et malū inopie temperarent. xlii.
Audiens autē iacob q alimēta ve-
nderentur ī egipto: dixit filijs ſuis
Quare negligitis? Audiui q triticū ve-
nūdetur in egipto. Deſcendite · et emite
nobis neceſſaria · ut poſſimus viuere
et nō cōſumamur inopia. Deſcendētes
igitur fratres ioſeph decem · ut emerent
frumenta ī egipto · beniamin domi · re-
tento a iacob: qui dixerat fratribus eius
ne forte in itinere quicq patiatur ma:
li ingreſſi ſūt terrā egipti: cum alijs qui

pergebāt ad emendū. Erat aūt fames
in terra chanaan: ⁊ ioſeph erat pĩceps
in terra egipti: atq; ad eius nutum fru-
menta pplis vendebant. Cūq; adoraſ-
ſent eū frēs ſui · et agnouiſſet eos: q̄ſi
ad alienos durius loquebat · interro-
gans eos. Unde veniſtis? Qui rn̄derūt
de terra chanaan: ut emamꝰ victui ne-
ceſſaria. Et tamē frēs ipe cognoſcens
nō eſt cognitus ab eis. Recordatuſq;
ſomniorū q̄ aliq̄n viderat: ait ad eos
Exploratores eſtis ut videatis infirmi-
ora terre veniſtis. Qui dixerūt. Nō eſt
ita dn̄e: ſed ſerui tui venerūt ut emerēt
cibos. Oēs filij vnius viri ſumꝰ. Pa-
cifici venimꝰ: nec quicq̄ famuli tui ma
chinātur mali. Quibꝫ ille rn̄dit. Aliť
eſt. Immunita terre huiꝰ cōſiderare ve-
niſtis. At illi dixerūt. Duodecī inquūt
frēs ſerui tui ſumus: filij viri vnius in
terra chanaan. Minimus cū pře nr̄o ē
alius nō eſt ſup. Hoc ē ait · qđ locutꝰ
ſū. Exploratores eſtis. Iā nūc experimē-
tum vři capiā. Per ſalutē pharaonis
nō egrediemini hinc: donec veniet fra-
ter veſter minimus. Mittite ex vobis
vnū ⁊ adducat eū: vos aūt eritis i vin-
culis · donec probent̄ q̄ dixiſtis: vtrū ve-
ra an falſa ſint. Alioq̄n per ſalutē pha-
raonis · exploratores eſtis. Tradidit
ergo illos cuſtodie trib; diebus. Die
aūt tercia eductus de carcere ait. Facite
q̄ dixi · et viuetis. Deum eni timeo. Si
pacifici eſtis · frater veſter vnus ligetur
in carcere: vos aūt abite · ⁊ ferte frumē-
ta que emiſtis i domos vřas · et fratrē
vřm miīmū ad me adducite: ut poſſim
vřos probare ſermones · et nō moria-
mini. Fecerūt ut dixerat: et locuti ſunt
ad inuicē. Merito hec patimur · q; pecca-
uimꝰ in frēm noſtrū videntes anguſtiā

aĩe illiꝰ dū deprecaret̄ nos ⁊ nō audiui-
mus: idcirco venit ſup nos iſta tribula-
tio. E qbꝫ imꝰ ruben ait. Nūquid nō
dixi vob · nolite peccare i puerū: et nō
audiſtis me: En ſanguis eiꝰ exquirit̄.
Neſciebāt aūt q; intelligeret ioſeph eo
q; p interptē loq̄ret̄ ad eos. Auertitq;
ſe parūper · ⁊ fleuit: ⁊ reuerſus locutꝰ eſt
ad eos: tollenſq; ſimeonē · et ligās il-
lis pn̄tib;. Iuſſitq; miniſtris ut imple-
rent ſaccos eorū tritico: ⁊ reponerēt pe-
cunias ſingulorū in ſaccul' ſuis datis ſu-
pra cibarijs in via. Qui fecerūt ita. At
illi portātes frumēta in aſinis ſuis pfe-
cti ſūt. Apertoq; vnus ſacco · ut daret iu-
mēto pabulū in diuerſorio · cōtēplatus
pecuniā in ore ſacculi: dixit frib; ſuis.
Reddita eſt michi pecunia. En hētur in
ſacco. Et obſtupefacti turbatiq; · mu-
tuo dixerūt. Quid nā ē hoc qđ fecit nob
deus. Uenerūtq; ad iacob prēm ſuū i ter-
ra chanaan: ⁊ narrauerūt ei oīa q̄ acci-
diſſent ſibi dicētes. Locutus eſt nobis
dn̄s terre dure: et putauit nos explo-
ratores eē pvincie. Cui rn̄dimꝰ. Pacifi-
ci ſumꝰ: nec vllas molimur inſidias.
Duodecī frēs vno patre geniti ſumus:
vnus nō eſt ſup · minimꝰ cū patre nr̄o
eſt i terra chanaan. Qui ait nob. Sic
pbabo q; pacifici ſitis. Frēm vřm vnū
dimittite apud me: ⁊ cibaria domib; ve-
ſtris neceſſaria ſumite · ⁊ abite. Frēmq;
vřm minimū adducite ad me ut ſciam
q; nō ſitis exploratores: ⁊ iſtū qui tene-
tur in vinculis recipere poſſitis: ac dein-
ceps q̄ vultis emēdi habeatis licenciam
Hijs dictis cū frumenta effunderēt · ſin-
guli repererūt in ore ſaccorū ligatas pe-
cunias: exterritiſq; ſil' oīb;: dixit pater
iacob. Abſq; liberis me eē feciſtis. Io-
ſeph nō ē ſup: ſimeon tenet̄ in vinculis

et beniamin auferetis. In me hec oīa
mala reciderūt. Cui rn̄dit ruben. Duos
filios meos interfice: ſi nō reduxero illū
tibi. Trade illū ī manu mea: et ego eū
tibi reſtituā. At ille: nō deſcendet inqͣt
filius meus vobiſcū. Frater eius mortu-
us eſt: et ipſe ſolus remanſit. Si quid
ei adverſitatis acciderit in terra ad quā
pergitis: deducetis canos meos cū dolo-
re ad inferos. xliii

Interim fames oēm terrā vehement' pre-
mebat: cōſumptiſq; cibis quos ex egi-
pto detulerāt dixit iacob ad filios ſuos.
Revertimini: et emite nobis pauxillum
eſcarū. Rn̄dit iudas. Denūciavit no-
bis vir ille ſub atteſtatione iuriſiuran-
di dicens. Non videbitis faciē meam
niſi frēs veſtrū minimū adduxeritis vo-
biſcū. Si ergo vis eū mittere nobi-
ſcū pergem' pariter et ememus tibi neceſ-
ſaria: ſi aūt nō vis: nō ibim'. Vir eni
ut ſepe diximus: denūciavit nobis dicēs
Nō videbitis faciē meā abſq; fratre ve-
ſtro minimo. Dixit eis iſrahel. In me-
am hoc feciſtis miſeriā: ut indicaretis
ei et aliū habere vos fratrē. At illi rn̄de-
rūt. Interrogavit nos homo p ordi-
nem noſtrā progeniē: ſi pater viveret:
ſi haberem' frēs. Et nos rn̄dim' ei cō-
ſequent' iuxta id qd̄ fuerat ſciſcitatus
Nūquid ſcire poteram' q dictur' eēt
adducite fratrem vr̄m vobiſcū. Iudas
quoq; dixit patri ſuo. Mitte puerū mecum
ut pficiſcamur et poſſemus vivere: ne
moriamur nos et parvuli nr̄i. Ego ſu-
ſcipio puerū: de manu mea require il-
lum. Niſi reduxero et reddidero eū tibi
ero peccati reus in te omni tpe. Si nō
interceſſiſſet dilacō iam vice altera ve-
niſſem'. Igitur iſrl' pater eorū dixit
ad eos. Si ſic neceſſe eſt: facite quod
vultis. Sumite de optimis terre fructi-
bus ī vaſis vr̄is et deferte viro munera:
modicū reſine et mellis. et ſtoracis et
ſtactes. et therebinti et amigdalarū. Pe-
cuniamq; duplicē ferte vobiſcū: et illā
quā inveniſtis in ſacculis reportate ne
forte errore factū ſit. Sed et frēm ve-
ſtrū tollite: et ite ad virū. Deus autem
meus omnipotēs faciat vobis eū placa-
bilē: et remittat vobiſcū frēm veſtrum
quē tenet in vinculis: et hūc beniamin.
Ego autē quaſi orbatus abſq; liberis
ero. Tulerūt ergo viri munera et pecu-
niam duplicē et beniamin: deſcenderūt-
q; in egiptū: et ſteterūt coram ioſeph.
Quos cū ille vidiſſet et beniamin ſimul
pcepit diſpēſatori dom' ſue dicēs. In-
troduc viros domū et occide victimas
et inſtrue conviviū: qm̄ hodie mecū ſunt
comeſturi in meridie. Fecit ille quod
ſibi fuerat imperatū: et introduxit vi-
ros domū. Ipſiq; exterriti dixerūt mu-
tuo. Propter pecuniā quā retulim' pri-
us in ſaccis nr̄is introducti ſum': ut
devolvat in nos calūniā: et violent'
ſubiciat ſervituti: nos et aſinos nr̄os.
Quāobrē in ipſis foribus accedētes ad
diſpēſatorē locuti ſūt. Oram' dn̄e ut
audias nos. Iā ante deſcēdim' ut e-
meremus eſcas: quibus emptis cū veniſ-
ſemus ad diverſoriū: apervim' ſaccos
noſtros et invenim' pecuniā in ore ſac-
corū: quā nūc eodē pondere reportavi'
Sed et aliud attulim' argentū: ut ema-
mus que nobis neceſſaria ſūt. Nō eſt
in noſtra cōſcientia: quis poſuerit eā ī
marſupijs nr̄is. At ille rn̄dit. Pax vo-
biſcū nolite timere. Deus veſter et de'
patris veſtri dedit vobis theſauros in
ſaccis veſtris. Nā pecuniā quā dediſtis
michi probatā ego habeo. Eduxitq;

ad eos ſimeon. Et introductis domū
attulit aquā: ⁊ lauerūt pedes ſuos: de-
ditq; pabulū aſinis eorū. Illi vero pa-
rabāt munera donec ingrederet̃ ioſeph
meridie. Audierāt enī q̄ ibi comeſturi
eſſent panē. Igit̃ ingreſſus eſt ioſeph
domū ſuā: obtuleruntq; ei munẽa · tenē-
tes in maīb; ſuis: ⁊ adorauerūt p̄ni i
terrā. At ille clement̃ reſalutatis eis:
īterrogauit eos dicēs. Sanuſne ē pat̃
veſter ſenex: de quo dixeratis michi? Ad
huc viuit? Qui reſpōderūt. Soſpes ē:
ſeruꝰ tuus pater noſter. Adhuc viuit
Et incuruati adorauerūt eū. Attollens
aūt ioſeph oculos: vidit beniamin frē
ſuū vterinū · ⁊ ait. Iſte ē frater vr̄ par-
uulus: de quo dixeratis michi? Et rur-
ſū. Deꝰ inq̄t miſereat̃ tui fili mi. Feſtia-
uitq; i domū · q2 cōmota fuerāt viſcera
eius ſup fratre ſuo: et erūpebāt lacrime
et introiēs cubiculū fleuit. Rurſūq; lo-
ta facie egreſſus · ꝯtinuit ſe: et ait. Po-
nite panes. Quib; appoſitis · ſeorſū io-
ſeph · et ſeorſū frīb; · egiptijs q̄; qui
veſcebātur ſimul ſeorſū. Illicitū eſt enī
egiptijs ꝯmedere cū hebreis · ⁊ ꝓphanū
putant huiuſcemōi ꝯuiuiū: ſederūt co-
ram eo · p̄mogenitꝰ iuxta primogenita
ſua · et minimus iuxta etatē ſuā. Et mira-
bant̃ nimis: ſumptis ptib; quas ab eo
acceperāt. Maiorq; pars venit beniamin
ita ut quinq; ptib; excederet. Biberūtq;
et inebriati ſūt cū eo. xliiij.

Precepit aūt ioſeph diſpēſatori do-
mus ſue dicēs. Imple ſaccos eo-
rū frumēto q̄tū poſſūt capere: ⁊ pone pecu-
niā ſingulorū i ſūmitate ſacci. Ciphū
aūt meū argenteū · et preciū qd̄ dedit tri-
tici: pone in ore ſacci iunioris. Factūq;
eſt ita. Et orto mane · dimiſſi ſūt cū aſi-
nis ſuis. Iamq; vrbē exierāt: ⁊ proceſ-
ſerāt paululū. Tūc ioſeph accerſito di-
ſpēſatore domus ait. Surge inq̄t ⁊ p-
ſeq̄re viros: et apprehēſis dicito. Qua-
re reddidiſtis malū pro bono. Ciphꝰ
quē furati eſtis: ipſe eſt in quo bibit do-
minꝰ meus et in quo auguriari ſolet.
Peſſimā rē feciſtis. Fecit ille ut iuſſerat
et apprehēſis p ordinē locutus ē. Qui
rn̄derūt. Quare ſic loq̄tur dn̄s nr̄: ut
ſerui tui tantū flagicij ꝯmiſerit. Pecu-
niā quā inuenimꝰ i ſūmitate ſaccoꝝ · re-
portauimus ad te de terra chanaan. Et
quomō ꝯſequēs ē ut furati ſimꝰ de do-
mo dn̄i tui aurū vl̄ argentū? Apud quē-
cūq; fuerit inuētū ſeruoꝝ tuoꝝ qd̄ q̄ris
moriat̃: ⁊ nos erimꝰ ſerui dn̄i nr̄i. Qui
dixit eis. Fiat iuxta veſtram ſententiā.
Apud quencūq; fuerit inuentū ipſe ſit
ſeruus meus: vos autē eritis innoxij.
Itaq; feſtinato deponētes i terrā ſaccos
aperuerūt ſinguli. Quos ſcrutatus · in-
cipiens a maiore uſq; ad minimū: inue-
nit ciphū i ſacco beniamin. At illi ſciſ-
ſis veſtib; · oneratiſq; rurſū aſinis · re-
uerſi ſūt in opidū: p̄muſq; iudas cum
fratrib; ingreſſus ē ad ioſeph. Necdū
enī de loco abierat. Oēs ante eum parit̃
in terrā corruerūt. Quib; ille ait. Cur
ſic agere voluiſtis. An ignoratis q̄ nō
ſit ſimilis mei in auguriandi ſciencia?
Cui iudas. Quid rn̄debimus inquit do-
mino meo · vel quid loquemur: aut iu-
ſte poterimꝰ obtēdere? Deus inuenit ini-
quitatē ſeruorū tuorū. En omēs ſerui
ſumus dn̄i mei: ⁊ nos ⁊ apud quē in-
uentus ē ciphus? Rn̄dit ioſeph. Abſit
a me ut ſic agā. Qui furatꝰ ē ciphū ipſe
ſit ſeruus meꝰ: vos aūt abite liberi ad
prēm veſtrū. Accedēs aūt ꝓpius iudas
confidēter ait. Oro dn̄e audi me: ut lo-
quat̃ ſeruus tuus verbū in aurib; tuis

et ne iraſcaris famulo tuo. Tu es enĩ
poſt pharaoñ dñs meus. Interroga-
ſti prius ſeruos tuos habetis prẽm aut
fratrẽ ⁊ nos rñdim⁹ tibi dño meo. Eſt
nobis pater ſenex: et puer paruulus q̃
in ſenectute illi⁹ natus eſt. cui⁹ vteri-
nus frater ẽ mortuus: et ipſũ ſolũ hã-
bet mater ſua: pater vero tenere diligit
eũ. Dixiſtiq; ſeruis tuis. Adducite eũ
ad me: et ponã oculos meos ſup illum
Suggeſſimus tibi dño meo: non po-
teſt puer relinquere prẽm ſuũ. Si enĩ
illũ dimiſerit moriet. Et dixiſti ſeruis
tuis. Niſi venerit frater veſter minim⁹
vobiſcũ: nõ videbitis amplius faciẽ me-
am. Cũ ergo aſcendiſſem⁹ ad famulũ
tuũ patrẽ noſtrũ: narrauimus ei oĩa q̃
locutus ẽ dñs meus. Et dixit pater nr̃
Reuertimini: ⁊ emite nobis parũ tritici
Cui diximus. Nõ poſſumus ire. Si fra-
ter noſter minim⁹ deſcenderit nobiſcũ
proficiſcemur ſil: alioqñ illo abſente.
nõ audem⁹ videre faciẽ viri. At ille rñ-
dit. Vos ſcitis q duos filios genuerit
michi vxor mea. Egreſſus eſt vnus et
dixiſtis beſtia deuorauit eũ: et hucuſq;
nõ cparet. Si tuleritis ⁊ iſtũ ⁊ aliqd
ei in via cõtigerit: deducetis canos me-
os cũ merore ad inferos. Igit ſi intra-
uero ad ſeruũ tuũ patrẽ nr̃m ⁊ puer de-
fuerit: cũ aĩa illi⁹ ex hui⁹ aĩa depen-
deat. videritq; eũ nõ eſſe nobiſcũ: mo-
rietur: et deducẽt famuli tui canos ei⁹
cũ dolore ad inferos. Ego pprie ſeru⁹
tuus ſim: q̃ in meã hunc recepi fidẽ. et
ſpopondi dicẽs. Niſi reduxero eũ pec-
cati reus ero in patrẽ meum omni tpe
Manebo itaq; ſeruus tuus pro puero
in miniſterio dñi mei: et puer aſcẽdat
cũ fratrib; ſuis. Non enĩ poſſũ redire
ad patrẽ abſente puero: ne calamitati⁹
que oppreſſura eſt patrem meũ teſtis aſ-
ſiſtam.

xlv.

Non ſe poterat
vltra cohibere ioſeph. multis co-
ram aſtantib;: vnde pcepit ut egrederẽ-
tur cũcti foras: et nullus intereſſet ali-
enus agnicõi mutue. Eleuauitq; vocẽ
cũ fletu: quã audierũt egiptij omniſq;
domus pharaonis: et dixit fratribus
ſuis. Ego ſũ ioſeph. Adhuc pater me⁹
viuit? Non poterant rñdere fratres: ni
mio terrore pterriti. Ad quos ille cle-
menter: accedite inqt ad me. Et cũ ap-
propinquaſſẽt ppe: ego ſũ ait ioſeph
frater veſter: quẽ vendidiſtis in egiptũ
nolite pauere neq; vobis durũ ẽe videat
q vendidiſtis me in hijs regionibus.
Pro ſalute enĩ veſtra miſit me de⁹ ante
vos in egiptũ. Biennũ eſt enĩ q cepit
fames eſſe in terra: et adhuc quinq; an-
ni reſtant. quibus nec arari poterit nec
meti. Premiſitq; me de⁹ ut rſeruemini
ſup terrã: ⁊ eſcas ad viuẽdũ habere poſ-
ſitis. Non vr̃o cõſilio ſed dei voluntate
huc miſſus ſum: qui fecit me q̃ſi patrẽ
pharaonis: et dominũ vniuerſe domus
eius: ac principem in omni terra egipti
Feſtinate et aſcendite ad prẽm meũ: et
dicetis ei. Hec mandat filius tuus io-
ſeph. Deus fecit me dñm vniũſe terre
egipti. Deſcende ad me ne moreris: et
habitab' i terra ieſſen. Eriſq; iuxta me
tu et filij tui: et filij filiorũ tuoꝝ: oues
tue. et armenta tua ⁊ vniũſa que poſſi-
des: ibiq; te paſcã. Adhuc enĩ quinq;
anni reſidui ſũt famis: ne et tu pereas
⁊ omnis domus tua: ⁊ oĩa que poſſides
En oculi vr̃i. et oculi fratris mei beni-
amin vident q os meũ. loquatur ad
vos. Nũciate patri meo vniũſam glo-
riam meã: et cũcta que vidiſtis in egi-
pto. Feſtinate: ⁊ adducite eum ad me.

Cūqꝫ amplexatus recidiſſꝫ ī collū beīa-
mín fr̄is ſui fleuit: illo qꝫ ſiliter flēte ſi-
milit̄ ſup collū eiꝰ. Oſculatuſqꝫ eſt io-
ſeph oēs fr̄es ſuos: ⁊ plorauit ſup ſin-
gl̄os. Poſt q̄ auſi ſūt loqui ad eū. Au-
ditūqꝫ ē et celebri ſermone vulgatū in
aula regis: venerūt fr̄es ioſeph. Et ga-
uiſus ē pharao: atqꝫ oīs familia eius.
Dixitqꝫ ad ioſeph: ut imperaret fratꝫ
ſuis dicēs. Onerātes iumēta ite ī terrā
chanaā ⁊ tollite īn prēꝫ vr̄m ⁊ ↄgnacō-
nē. ⁊ venite ad me ⁊ ego dabo vobꝫ oīa
bona egipti ut comedatis medullā ter-
re. Precipe etiā ut tollāt plauſtra de ter-
ra egipti ad ſubuectioēꝫ paruuloꝝ ſuoꝝ
ac ↄiugū. Et dicito. Tollite prēꝫ vr̄m
et ꝑperate quātociꝰ venientes: nec dimit-
tatis quicq̄ꝫ de ſuplectili vr̄a. qꝛ omēs
opes egipti vr̄e erūt. Feceruntqꝫ filij iſrl̄ ut
eis mādatū fuerat. Quibꝫ dedit ioſeph
plauſtra. ſcd̄m pharaoīs imperiū: ⁊ ci-
baria ī itinere. Singulꝫ qꝫ proferri iuſ-
ſit binas ſtolas: beniamin vero dedit
trecētos argēteos. cū quīqꝫ ſtolis opti-
mis: tantūdē pecunie et veſtiū mittens
pr̄i ſuo: addēs eis aſinos decē. q̄ ſubue-
herēt ex oībꝫ diuicijs egipti. ⁊ totidē aſi-
nas triticū in itinere. paneſqꝫ portātes
Dimiſit ergo fr̄es ſuos: ⁊ ꝓficiſcentibꝫ
ait. Ne iraſcamini ī via. Qui aſcēdētes
ex egipto. venerūt in terrā chanaan ad
prēm ſuū iacob: ⁊ nūciauerūt ei dicētes
Joſeph filius tuus viuit: ⁊ ipſe dn̄at̄ in
omni terra egipti. Quo audito iacob
q̄ſi de graui ſomno euigilās: tn̄ nō cre-
debat eis: illi ecōtra referebāt oēm ordi-
nē rei. Cūqꝫ vidiſſet plauſtra ⁊ vniū-
ſa que miſerat: reuixit ſpiritus eius. ⁊
ait. Sufficit michi ſi adhuc ioſeph
filius meus viuit. vadam et videbo il-
lum anteq̄ꝫ moriar. .xlvj.

P Rofectuſqꝫ iſrahel oībus q̄ habe-
bat. venit ad puteū iuramēti: et
mactatis ibi victimis deo pr̄is ſui yſa-
ac. audiuit eū p viſionē nocte vocātē
ſe: et dicēte ſibi. Jacob iacob. Cui rn̄-
dit. Ecce aſſū. Ait illi deꝰ. Ego ſū for-
tiſſimus deꝰ pr̄is tui. Noli timere: ſꝫ de-
ſcēde ī egiptū. qꝛ ī gentē magnā faciā te
ibi. Ego deſcendā tecū illuc: et ego in-
de adducam te reuertentē. Joſeph qꝫ po-
net manꝰ ſuas ſup oculos tuos. Sur-
rexit iacob mane a puteo iuramēti: tu-
lerūtqꝫ eū filij cū paruulis ⁊ vxoribus
ſuis. in plauſtris q̄ miſerat pharao ad
portandū ſenem: et oīa que poſſiderat
in terra chanaan. Venitqꝫ in egiptū cū
omni ſemine ſuo: filij eius ⁊ nepotes:
filie et cūcta ſimul progenies. Hec ſūt
aūt noīa filiorū iſrahel qui ingreſſi ſūt
in egiptū: ipſe cū liberis ſuis. Primoge-
nitus ruben. Filij ruben: enoch ⁊ phal-
lu: et eſrom. ⁊ charmi. Filij ſimeon: ia-
muhel: et iamin. et ahod. ⁊ iachin. et
ſaher: et ſaul filius chananitidis. Filij
leui: gerſon. et caath. et merari. Filij
iuda. her. ⁊ onan. et ſela. et phares. et
zara. Mortui ſūt aūt her ⁊ onan in ter-
ra chanaan. Natiqꝫ ſūt filij phares: eſ-
rom et amul. Filij yſachar: thola et
phua. et iobab. ⁊ ſemrom. Filij zabu-
lon: ſareth. ⁊ helon. ⁊ iahel. Hij filij
lye quos genuit ī meſopothamia ſyrie
cū dina filia ſua. Oēs aīe filiorū eius
et filiarū triginta tres. Filij gad: ſephō
et aggi. ſuphi. et eſebon. et ſiui. et be-
ri. et arodi ⁊ areli. Filij aſer: ienna. et
ieſua. ⁊ ieſui. ⁊ beria. ſara qꝫ ſoror eoꝝ
Filij beria. heber ⁊ melchiel. Hij filij zel-
phe. quā dedit laban lye filie ſue. ⁊ hos
genuit iacob. ſedecim animas. Filij ra-
chel vxoris iacob: ioſeph et beniamin

Natiqꝫ ſũt ioſeph filij in terra egipti:
quos genuit ei aſſenech filia phutifa-
ris ſacerdotis eliopoleos·manaſſes·et
effraim. Filij beniamin: bela·et bechor
et aſbel·⁊ gera·⁊ naaman·et iechri·et
rus menfon ⁊ ofim·⁊ ared. Hij filij ra-
chel quos genuit iacob: oẽs aĩe qua-
tuordecim. Filij dan: vſan. Filij nepta-
lim: iaſiel·⁊ guni·⁊ ieſer ⁊ ſalem. Hij
filij bale·quã dedit laban racheli filie
ſue: et hos genuit iacob: om̃es aĩe ſe-
ptem. Cũcteqꝫ aĩe que ĩgreſſe ſũt cũ
iacob in egiptũ: ⁊ egreſſe ſũt de femo-
re illiꝰ·abſqꝫ vxoribꝫ filiorũ eiꝰ: ſexa-
ginta ſex. Filij aũt ioſeph qui nati ſũt
ei in terra egipti: aĩe due. Omnes aĩe
domus iacob·que ingreſſe ſũt in egi-
ptũ: fuere ſeptuaginta. Miſit autẽ ia-
cob iudam ante ſe ad ioſeph in egiptũ
ut nũciaret ei: et ille occurreret ĩ ieſſen
Quo cũ perueniſſet iũcto ioſeph curru
ſuo·aſcendit obuiã patri ad eũdẽ locum
videnſqꝫ eũ·irruit ſup collũ eiꝰ: et int̃
amplexus fleuit. Dixitqꝫ pater ad io-
ſeph. Iã letus moriar qꝛ vidi faciem
tuam: et ſupſtitem te relinquo. Et ille
locutus eſt ad fratres ſuos: et ad oẽm
domũ patris ſui. Aſcendã et nunciabo
pharaoni dicãqꝫ ei. Fratres mei et do-
mus pr̃is mei q̃ erãt in terra chanaan·
venerũt ad me: et ſũt viri paſtores oui-
um·curãqꝫ habent alendorũ gregum.
Pecora ſua·et armenta ⁊ oĩa que habe-
re potuerũt·adduxerũt ſecũ. Cũqꝫ vo-
cauerit vos ⁊ dixerit·qd̃ eſt opus ve-
ſtrũ: rñdebitis. Viri paſtores ſumus
ſerui tui·ab infancia nr̃a vſqꝫ in pñs:
et nos et pr̃es noſtri. Hec aũt dicetis
ut habitare poſſitis in terra ieſſen quia
deteſtantur egiptij oẽs paſtores ouiũ.
Ingreſſus ergo ioſeph: nũci- xlvij·
auit pharaoni dicens. Pater meꝰ ⁊ fra-
tres·oues eorũ ⁊ armenta·⁊ cũcta que
poſſident: venerũt de terra chanaan: et
ecce cõſiſtunt in terra ieſſen. Extremos
qꝫ fratrũ ſuoꝝ quinqꝫ viros·ↄſtituit co-
rã rege. Quos ille ĩterrogauit. Quid
habetis operis? Rñderũt. Paſtores ouiũ
ſumus ſerui tui: ⁊ nos ⁊ pr̃es nr̃i. Ad
perigrinãdũ in terrã tuã venimꝰ: quo-
niã nõ eſt herba gregibꝫ ſeruorũ tuoꝝ
ingraueſcente fame in terra chanaan.
Petimuſqꝫ ut eſſe nos iubeas ſeruos tu-
os in terra ieſſen. Dixit itaqꝫ rex ad io-
ſeph. Pater tuus ⁊ fratres tui venerũt
ad te. Terra egipti in ↄſpectu tuo eſt:
in optimo loco fac eos habitare: ⁊ tra-
de eis terrã ieſſen. Quõ ſi noſti in eis eẽ
viros induſtrios: ↄſtitue illos magi-
ſtros pecorũ meorũ. Poſt hec introdu-
xit ioſeph patrẽ ſuũ ad regẽ: et ſtatuit
eũ corã eo. Qui benedicẽs illi: ⁊ inter-
rogatus ab eo·quot ſũt dies annorũ
vite tue: rñdit. Dies peregrinacõis vi-
te mee centũtriginta annorũ ſũt·par-
ui ⁊ mali·⁊ nõ peruenerũt vſqꝫ ad dies
patrũ meorũ quibꝫ peregrinati ſũt. Et
benedicto rege·egreſſus eſt foras. Io-
ſeph vero patri ⁊ fratribꝫ ſuis dedit poſ-
ſeſſionẽ in egipto in optimo·terre ſolo
rameſſes·ut preceperat pharao: et ale-
bat eos·omnẽqꝫ domũ patris ſui·pre-
bens cibaria ſingulis. In toto eni orbe
panis deerat: ⁊ oppreſſerat fames terrã
maxime egipti·⁊ chanaan. E quibus
omnẽ pecuniã ↄgregauit pro vendicõ-
ne frumenti: et intulit eam in erariũ re-
gis. Cũqꝫ defeciſſet emptoribꝫ preciũ:
venit cũcta egiptus ad ioſeph dicens.
Da nobis panes. Quare morimur co-
rã te·deficiente pecunia? Quibꝫ ille rñ-
dit. Adducite pecora vr̃a: ⁊ dabo vob

pro eis cibos. si preciũ nõ habetis. Que
cũ adduxissent dedit eis alimenta pro
equis ⁊ ovibus ⁊ bobus ⁊ asinis: susten-
tavitqꝫ eos illo anno pro cõmutacõne
pecorũ. Venerũt qꝫ anno secũdo: ⁊ dixe-
runt ei. Nõ celamus dño nr̃o q deficiẽ-
te pecunia. pecora simul defecerũt: nec
clam te est: q absqꝫ liberis corporibus ⁊
terra nichil habemus. Cur ergo mori-
emur te vidẽte. Et nos ⁊ terra nostra
tui erimus. Eme nos in servitutẽ regiã
et prebe semina: ne pereũte cultore redi-
gatur terra in solitudinem. Emit igit
ioseph omnẽ terrã egipti: vendentibus sin-
gulis possessiones suas pre magnitu-
dine famis. Subiecitqꝫ eã pharaoni
et cunctos populos eius a novissimis
terminis egipti usqꝫ ad extremos fines
eius p̃ter terrã sacerdotũ q̃ a rege tradi-
ta fuerat eis: quibus ⁊ statuta cibaria ex
horreis publicis p̃bebantur. et idcirco
nõ sũt cõpulsi vendere possessiões suas.
Dixit ergo ioseph ad populos. En ut
cernitis ⁊ vos ⁊ terrã vr̃am pharao pos-
sidet. Accipite semina ⁊ serite agros: ut
fruges habere possitis. Quintã partẽ re-
gi dabitis: quatuor reliquas pmitto
vobis in sementẽ. ⁊ in cibũ familijs. et
liberis vr̃is. Qui rñderũt. Salus nr̃a
in manu tua est. Respiciat nos tantũ
dñs noster ⁊ leti serviemus regi. Ex eo
tẽpore usqꝫ in p̃ntẽ diẽ in universa terra
egipti regibus quita pars solvitur: et fa-
ctũ est quasi in legẽ. absqꝫ terra sacer-
dotali q̃ libera ab hac cõdicõe fuit. Ha-
bitavit ergo isrl' in egipto. id est in ter-
ra iessen ⁊ possedit eã: auctusqꝫ ẽ ⁊ mul-
tiplicatus nimis: ⁊ vixit ĩ ea decẽ et septẽ
annis. Factiqꝫ sũt oẽs dies vite illius
centũquadragitaseptẽ annorũ. Cũqꝫ
appropinqre cerneret diẽ mortis eius.

vocavit filiũ suũ ioseph: ⁊ dixit ad eũ
Si inveni grãm in cõspectu tuo. pone
manũ tuã sub femore meo. ⁊ facies mi-
chi misericordiã ⁊ veritatẽ: ut nõ sepe-
lias me ĩ egipto. sꝫ dormiã cũ patribus me-
is ⁊ auferas me de terra hac. cõdasqꝫ me
in sepulcro maiorũ. Cui rñdit ioseph.
Ego faciã qđ iussisti. Et ille: iura ergo
inqt michi. Quo iurãte: adoravit isrl'
dñm: cõversus ad lectuli caput. xlviii

Hijs itaqꝫ transactis nũciatũ est io-
seph: q egrotaret pr̃ suus. Qui
assũptis duobus filijs manasse et effra-
im: ire perrexit. Dictumqꝫ ẽ seni. Ecce
filius tuus ioseph venit ad te. Qui cõ-
fortatus sedit in lectulo. Et ingresso
ad se ioseph ait. Deus omipotens appa-
ruit michi in luza que est in terra cha-
naan: benedixitqꝫ michi ⁊ ait. Ego te
augebo ⁊ multiplicabo: et faciam te in
turbas populorũ. Daboqꝫ tibi terram
hanc. et semini tuo post te: in possessi-
onẽ sẽpiternã. Duo ergo filij tui q̃ na-
ti sunt tibi in terra egipti. anteq̃ huc
venirẽ ad te mei erũt effraim ⁊ manas-
ses: sicut symeon ⁊ ruben reputabũtur
michi reliquos autem quos genueris
post eos tui erũt: et noĩe fratrũ suorũ
vocabũtur in possessionibus suis. Mi-
chi enĩ quãdo veniebam de mesopotha-
mia. mortua est rachel ĩ terra chanaan
in ipso itinere. Eratqꝫ vernũ tps. Et
ingrediebar effratã ⁊ sepelivit eã iuxta
viã effrate q̃ alio noĩe vocabat bethleẽ
Videns aũt filios eius dixit ad eũ. Qui sũt
isti? Rñdit. Filij mei sũt q̃s dedit mi-
chi dñs ĩ hoc loco. Adduc inqt eos ad
me ut bñdicã illis. Oculi enĩ isrl' cali-
gabãt p̃ nimia senectute: ⁊ clare videre
nõ poterat. Applicatosqꝫ ad se deoscula-
tus et circũplexus: dixit ad filiũ suum

Non ſū fraudatus aſpectu tuo: inſup
oſtendit michi deus ſemen tuū. Cūqȝ
tuliſſet eos ioſeph de gremio pr̄is · ado-
rauit pronus in terrā: et poſuit effraim
ad dexterā ſuā id eſt ad ſiniſtrā iſrahel:
manaſſen vero ī ſiniſtra ſua ad dexterā
ſcilicet pr̄is: applicauitqȝ ambos ad eū.
Qui extendens manū dexterā · poſuit ſu-
per caput effraim minoris fratris: ſini-
ſtrā aūt ſup caput manaſſe · qui maior
natu erat: cōmutans manus. Benedi-
xitqȝ iacob filios ioſeph: et ait. Deus ī
cuiꝰ cōſpectu ambulauerūt pr̄es mei a-
brahā et yſaac: deus qui paſcit me ab
adoleſcentia mea uſqȝ in p̄ntem diē: an-
gelus qui eruit me de cūctis malis · bn̄-
dicat pueris iſtis: ⁊ inuocetur ſup eos
nomē meū · nōia qȝ patrū meorū abra-
ham et yſaac: et creſcant in multitu-
dine ſup terrā. Videns aūt ioſeph ꝙ po-
ſuiſſet pater ſuus dexterā manū ſup ca-
put effraim: grauiter accepit. Et appre-
hēſā manū patris · leuare conatus ē
de capite effraim: ⁊ trāſferre ſup caput
manaſſe. Dixitqȝ ad prēm. Nō ita cō-
uenit pater: qȝ hic eſt p̄mogenitꝰ. Po-
ne manū dexterā ſup caput eiꝰ. Qui rē-
nuēs ait. Scio fili mi ſcio. Et iſte qͥ-
pe erit in populos · ⁊ multiplicabitur:
ſed frater eiꝰ minor maior erit illo ⁊ ſe-
men illiꝰ creſcet ī gentes. Benedixitqȝ
eis in tp̄e illo dicēs. In te benedicetur
iſrl̄: atqȝ dicet. Faciat tibi deus ſicut ef-
fraim et ſicut manaſſe. Cōſtituitqȝ ef-
fraim ante manaſſen. Et ait ad ioſeph
filiū ſuū. En ego morior: et erit deꝰ vo-
biſcū: ⁊ reducet vos ad terrā pr̄m vr̄o-
rū. Do tibi partē vnā extra fratres tu-
os: quā tuli de manu amorrei ī gladio
⁊ arcu meo.

Vocauit **xlix.**
aūt iacob filios ſuos: et ait eis.
Congregamini · ut annūtiem que ve-
tura ſūt vobis ī diebꝫ nouiſſimis. Cō-
gregamini et audite filij iacob: audi-
te iſrahel prēm vr̄m. Ruben p̄mogeni-
tus meus. Tu fortitudo mea: et princi-
piū doloris mei. Prior ī donis: maior
in imperio. Effuſus es ſicut aqua. Nō
creſcas: quia aſcēdiſti cubile patris tui
et maculaſti ſtratū eiꝰ. Simeon ⁊ leui
frēs: vaſa iniquitatis bellantia. In cō-
ſiliū eorū nō veniat aīma mea · ⁊ in ce-
tu illorū nō ſit gloria mea: qȝ in furo-
re ſuo occiderūt virū: et in voluntate
ſua ſuffoderūt murū. Maledictꝰ furor
eorū quia ꝑtinax: ⁊ indignacō eoꝝ qȝ
dura. Diuidā eos in iacob: et diſpergā
eos in iſrahel. Juda: te laudabūt frēs
tui. Manus tue in ceruicibꝫ inimicorū
tuorū: adorabūt te filij pr̄is tui. Catu-
lus leonis iuda. Ad p̄dam fili mi aſcē-
diſti: requieſcēs accubuiſti ut leo: ⁊ q̄-
ſi leena. Quis ſuſcitabit eū? Nō aufere-
tur ſceptrū de iuda · et dux de femore eiꝰ
donec veniat qui mittendus eſt: et ipē
erit exſpectacō gentiū. Ligans ad vi-
neam pullū ſuū: et ad vitē o fili mi a-
ſinam ſuā. Lauabit in vino ſtolā ſuā ⁊
in ſanguine vue palliū ſuū. Pulchrio-
res ſūt oculi eiꝰ vino et dentes eiꝰ lacte
candidiores. Zabulon in litore mariſ
habitabit: et in ſtacōne nauiū: pertin-
gens uſqȝ ad ſydonem. Yſachar aſinꝰ
fortis: accubans inter terminos. Vidit
requiē ꝙ eſſet bona · et terrā ꝙ optima
et ſuppoſuit humerū ſuū ad portandū
factuſqȝ eſt tributis ſeruiens. Dan iudi-
cabit populū ſuū: ſicut et alia tribꝫ in
iſrahel. Fiat dan coluber in via: cera-
ſtes in ſemita: mordens vngulas equi:
ut cadat aſcenſor eiꝰ retro. Salutare
tuū exſpectabo domine. Gad accinctus

preliabitur ante eū : et ipe accinget re-
trorſū. Aſer pinguis panis eius : ⁊ pre-
bebit delicias regibꝫ. Neptalim ceruus
emiſſus · et dans eloquia pulcritudis
Filius accreſcēs ioſeph : filiꝰ accreſcen-
et decorus aſpectu. Filie diſcurrerūt ſup
murū : ſꝫ exaſperauerūt eū · ⁊ iurati ſūt
inuiderūtqꝫ illi hn̄tes iacula. Sedit ī for-
ti arcus eiꝰ : ⁊ diſſoluta ſūt vincula bra-
chiorū ⁊ manuū illiꝰ · p manus potētis
iacob. Inde paſtor egreſſus eſt : lapis
iſrł. Deus patris tui erit adiutor tuus : ⁊
oīpotēs bn̄dicet tibi bn̄dictioībꝫ celi de-
ſup · bn̄dictioībꝫ abiſſi iacentis deorſū
bn̄dictioībꝫ vberū ⁊ vulue. Bn̄dictio-
nes patris tui · cōfortate ſūt benedicti-
onibꝫ patrū eius donec veniret deſiderīū
colliū eternorū. Fiāt in capite ioſeph ⁊
in vertice nazarei : int̄ frēs ſuos. Benia-
min lupus rapax · mane comedet predā
et veſpere diuidet ſpolia. Oēs hij in tri-
bubus iſrahel duodecī. Hec locutus ē
eis pater ſuus : bn̄dixitqꝫ ſingulis bn̄-
dictionibꝫ ꝓprijs : et p̄cepit eis dicēs.
Ego cōgregor ad populū meū. Sepe-
lite me cū patribꝫ meis ī ſpelūca dupli-
ci que eſt in agro · ephron ethei · cōtra
mambre in terra chanaan : quā emit
abraham cū agro · ab ephron etheo in
poſſeſſionē ſepulcri. Ibi ſepelierunt eū
et ſaram vxorē eius. Ibi ſepultus eſt
yſaac : cū rebecca coniuge ſua. Ibi ⁊ lya
condita iacet. Finitiſqꝫ mādatis quibꝫ
filios inſtruebat · collegit pedes ſuos
ſup lectulū et obijt : appoſituſqꝫ eſt ad
populum ſuum. L.

Quod cernens ioſeph · ruit ſuper
faciem patris · flens et deoſculās
eum · p̄cepitqꝫ ſeruis ſuis medicis : ut
aromatibꝫ cōdirēt prēm. Quibus iuſſa
explentibꝫ · trāſierūt quadraginta dies

Iſte quippe mos erat cadauerū conditorū
Fleuitqꝫ eū egiptꝰ ſeptuaginta diebꝫ. Et
expleto plāctus tpe locutꝰ ē ioſeph ad
familiā pharaonis. Si inueni gratiā ī
cōſpectu vr̄o · loquimini ī auribꝫ phara-
onis : eo q pr̄ meus adiurauerit me ·
dicēs en morior in ſepulcro meo qđ fo-
di michi in terra chanaan · ſepelies me
Aſcēdā igit̄ ⁊ ſepeliā prēm meū : ac reu̇-
tar. Dixitqꝫ ei pharao. Aſcēde ⁊ ſepeli
prēm tuū : ſicut adiuratꝰ es. Quo aſcē-
dente · ierūt cū eo oēs ſenes domus pha-
raonis · cūctiqꝫ maiores natu terre egi-
pti domꝰ ioſeph cū frībꝫ ſuis abſqꝫ par-
uulis · ⁊ gregibꝫ atqꝫ armētis : que dere-
liquerūt in terra ieſſen. Habuit qꝫ in
comitatu currus et equites et facta eſt
turba nō modica : veneruntqꝫ ad aream
adad · que ſita eſt trans iordanē : vbi
celebrantes exequias planctu magno
atqꝫ vehementi · impleuerūt ſeptē dies
Qđ cū vidiſſet habitatores terre chana-
an · dixerūt : Planctus magnus eſt iſte
egiptijs. Et idcirco vocatū ē nomē loci
illius · planctus egipti. Fecerūt ergo fi-
lij iacob ſicut preceperat eis : et portan-
tes eū in terrā chanaan · ſepelierūt eum
in ſpelūca duplici : quā emerat abra-
ham cū agro in poſſeſſionē ſepulcri · ab
ephron etheo · cōtra faciē mambre. Re-
uerſuſqꝫ ioſeph in egiptū cū fratribꝫ
ſuis et omī comitatu ſepulto prē. Quo
mortuo timētes frēs eius · ⁊ mutuo col-
loquētes · ne forte memor ſit iniurie quā
paſſus ē : et reddat nobis oē malū qđ
fecimus · mandauerūt ei. Pater tuus
p̄cepit nobꝫ anteqꝫ moreret̄ · ut hec vba
tibi diceremꝰ. Obſecro ut obliuiſcaris
ſceleris fratrū tuorū · ⁊ pcā atqꝫ malicie
quā exercuerīt in te. Nos qꝫ oramꝰ ut
ſeruo dei prī tuo dimittas iniqtatē hāc

Quibꝫ auditis fleuit ioſeph: venerūtqꝫ
ad eū fratres ſui · et proni adorantes in
terrā dixerunt. Serui tui ſum⁹. Quibꝫ
ille rn̄dit. Nolite timere. Nū dei poſſu-
mus reſiſtere voluntati. Vos cogita-
tis de me malū · ſed deus vertit illud in
bonū: ut exaltaret me ſicut in p̄ſentia-
rum cernitis: et ſaluos faceret multos
populos. Nolite timere: Ego paſcam
vos: ⁊ paruulos v̄ros. Cōſolatuſqꝫ ē
eos et blande · et leniter eſt locutus: et
habitauit in egipto cū omni domo p̄ris
ſui. Vixitqꝫ centūdecem annis · et vidit
effraim filios uſqꝫ ad terciā generacōē
Filij q̄ꝫ machir filij manaſſe nati ſūt in
genibꝫ ioſeph. Quibꝫ trāſactis locutus
eſt fratribꝫ ſuis. Poſt mortē meā deus
viſitabit vos · ⁊ aſcendere vos faciet de
terra iſta · ad terrā quā iurauit abrahā
yſaac · ⁊ iacob. Cumqꝫ adiuraſſet eos
atqꝫ dixiſſet · deus viſitabit vos · aſpor-
tate oſſa mea vobiſcū de loco iſto mor-
tuus eſt · expletis centumdecē vite ſue
annis et cōditus aromatibꝫ · repoſitus
eſt in loculo in egipto. Expl' lib' geneſ

Incipit liber exodi.

Hec ſūt noīa filiorū iſrahel
qui ingreſſi ſunt in egiptū
cū iacob. Singuli cū domi-
bus ſuis introierunt. Ru-
ben · ſimeon · leui · iudas · yſachar · za-
bulon · et beniamin: dan et neptalim ·
gad: ⁊ aſer. Erāt igit̄ oēs aīe eorū
qui igreſſi ſūt de femore iacob · ſeptua-
ginta. Joſeph aūt ī egipto erat. Quo
mortuo et vniūſis fratribꝫ eius omiqꝫ
cognacōe ſua: filij iſrahel creuerūt · et
q̄ſi germinātes multiplicati ſūt: ac ro
borati nimis impleuerūt terrā. Sur-
rexit interea rex nouus ſup egiptū: qui
ignorabat ioſeph. Et ait ad pplm ſuū
Ecce populus filiorū iſrahel multus · ⁊
fortior nobis eſt. Venite ſapient̄ oppri-
mamus eū · ne forte multiplicet̄: et ſi
ingruerit ɔtra nos bellū · addat̄ inimi-
cis nr̄is: expugnatiſqꝫ nobis · egredi-
atur de terra. Prepoſuit itaqꝫ eis magi-
ſtros operū: ut affligerēt eos oneribꝫ.
Edificaueruntqꝫ vrbes tabernaculorū
pharaoni phiton ⁊ ramaſſes. Quāto-
qꝫ opprimebant eos: tātomagis multi-
plicabātur · ⁊ creſcebant. Oderātqꝫ fili-
os iſrahel egiptij · et affligebāt illudē-
tes ⁊ inuidētes eis: atqꝫ ad amaritudi-
nem perducebāt vitā eoꝝ operibus duris
luti et lateris: omniqꝫ famulatu quo ī
terre operibus p̄mebant̄. Dixit autē rex
egipti obſtetricibꝫ hebreoꝝ: q̄rū vna
vocabat̄ ſephora · altera phua: p̄cipiens
eis. Quādo obſtetricabitis hebreas · ⁊
partus tēpus aduenerit: ſi maſculus
fuerit interficite eū: ſi femina reſeruate
Timuerūt aūt obſtetrices deū et nō fe-
cerūt iuxta p̄ceptū regis egipti: ſed cō-
ſeruabant mares. Quibꝫ accerſitis ad
ſe rex ait · Quid nā eſt hoc quod face-
re voluiſtis ut pueros ſeruaretis? Que
rn̄derūt. Nō ſunt hebree ſicut egiptie
mulieres. Ipſe eni obſtetricandi hn̄t
ſciētiā: et priuſq̄ veniam⁹ ad eas pa-
riūt. Bene ergo fecit dn̄s obſtetricibꝫ
et creuit populus: confortatuſqꝫ ē nimis.
Et quia timuerūt obſtetrices deū: edifi-
cauit eis domos. Precepit ergo pharao
oī populo ſuo dicēs. Quicq̄d maſculi-
ni ſexus natū fuerit in flumē proicite:
quicq̄d feminini reſeruate. II
Egreſſus ē poſt hec vir de domo
leui et accepit vxorē ſtirpis ſue:
que cōcepit ⁊ peperit filiū: et videns eū
elegantē abſcondit tribꝫ menſibus.
Cūqꝫ iā celare nō poſſet · ſūpſit fiſcellā

ſtirpeam: et liniuit eā bitumine ac pice
poſuitq; intus infantulū et expoſuit eū
in carecto ripe fluminis. ſtante procul
ſorore eius et cōſiderāte euentū rei. Ec-
ce aūt deſcēdebat filia pharaonis ut la-
uaretur in fluuio: et puelle eius gradie-
bantur per crepidinē aluei. Que cū vi
diſſet fiſcellam in papirione. miſit vnā
e famulabus ſuis. et allatā aperiens cer-
nenſq; in ea paruulū vagientē: miſer-
ta eius ait. De infantibus hebreorū eſt
hic. Cui ſoror pueri. vis inquit ut va-
dam et vocem tibi mulierē hebreā. que
nutrire poſſit infantulū? Rñdit. Va-
de. Perrexit puella et vocauit matrē ſuā
Ad quā locuta filia pharaonis: accipe ait
puerū iſtū. et nutri michi: ego dabo ti-
bi mercedē tuam. Suſcepit mulier et nu-
triuit puerū: adultumq; tradidit filie
pharaonis. Quē illa adoptauit in lo-
cū filij: vocauitq; nomē ei⁹ moyſes di-
cens: quia de aqua tuli eū. In diebus il-
lis poſtq; creuerat moyſes egreſſus eſt
ad fratres ſuos viditq; afflictionē eo-
rū: et virū egiptiū percutientē quendā de
hebreis fratribus ſuis. Cūq; circūſpexiſſet
huc atq; illuc. et nullū adeſſe vidiſſet
percuſſū egiptiū abſcondit ſabulo. Et
egreſſus die altero cōſpexit duos hebre-
os rixātes: dixitq; ei q faciebat iniuriā
Quare percutis proximū tuū. Qui rñdit
Quis cōſtituit te principē et iudicē ſuper
nos? Num occidere me tu vis ſicut heri oc-
cidiſti egiptiū? Timuit moyſes et ait.
Quomodo palā factū ē verbū iſtud. Audiuit-
q; pharao verbū iſtud. et querebat occidere
moyſen. Qui fugiēs de cōſpectu ei⁹ mo-
rat⁹ ē in terra madian et ſedit iuxta pu-
teū. Erāt aūt ſacerdoti madian ſeptē fi-
lie que venerant ad hauriendā aquā:
et impletis canalibus. adaquare cupie-
bant greges patris ſui. Superuenere pa-
ſtores et eiecerūt eas. Surrexitq; mo-
yſes: et defenſis puellis adaquauit oues
earū. Que cū reuertiſſent ad ietro pa-
trem ſuum: dixit ad eas. Cur velocius
veniſtis ſolito? Dixerūt. Vir egiptius
liberauit nos de manu paſtorū. Inſup
et hauſit aquam nobiſcū: potūq; dedit
ouibus. At ille: vbi eſt inquit. Quare
dimiſiſtis hominē. Vocate eū ut come
dat panē. Iurauit ergo moyſes q ha-
bitaret cū eo. Accepitq; ſephorā filiam
eius vxorē: q peperit ei filiū: quē voca-
uit gerſan dicēs. Aduena fui i terra ali-
ena. Alterū vero peperit: quē vocauit eli-
ezer. dicēs. Deus eni patris mei adiutor
meus et eripuit me de manu pharaonis.
Poſt multū vero tpis mortuus eſt rex
egipti. Et ingemiſcētes filij iſrl propter
opera vociferati ſūt. Aſcenditq; clamor
eorū ad deū ab operibus: et audiuit gemitū
eorū: ac recordatus ē federis quod pepi-
git cū abrahā. yſaac. et iacob. Et reſpe-
xit dñs filios iſrl et cognouit eos. iij

Moyſes autem paſcebat oues ie-
tro ſoceri ſui. ſacerdotis madian
Cūq; minaſſet gregem ad interiora de-
ſerti: venit ad montem dei oreb. Appa-
ruitq; ei dominus in flamma ignis de
medio rubi: et videbat q rubus arde-
ret et nō combureretur. Dixit ergo moy-
ſes. Vadam et videbo viſionē hanc ma-
gnā: quare nō cōburatur rubus. Cernens
aūt dñs q pergeret ad videndū. vocauit
eū de medio rubi. et ait. Moyſes moy-
ſes. Qui rñdit. Adſum. At ille: nō ap-
propies inquit huc. Solue calciamētū
de pedibus tuis. Locus eni in quo ſtas:
terra ſancta eſt. Et ait. Ego ſū deus pa-
tris tui. deus abrahā. et deus yſaac. et
deus iacob. Abſcōdit moyſes faciē ſuā

Nō eni audebat aſpicere ɔtra deū. Qui
ait dn̄s. Vidi afflictionē p̄pli mei in e-
gipto: et clamorē eiꝰ audiui: ꝓpter du-
riciam eorū qui p̄ſunt opibꝫ. Et ſci-
ens dolorē eius · deſcendi ut liberē eū de
manibꝫ egiptiorū: et educā de terra illa
in terrā bonā ⁊ ſpacioſam · in terrā que
fluit lacte ⁊ melle: ad loca chananei · ⁊
ethei · et amorrei · ⁊ pherezei · ⁊ euei · et
iebuſei. Clamor ergo filiorū iſrahel ve-
nit ad me: viditqꝫ afflictionē eorū · q̄
ab egiptijs opprimuntur. Sed veni ⁊
mittā te ad pharaonē: ut educas popu-
lū meū filios iſrahel · de egipto. Dixitqꝫ
moyſes ad deū. Quis ſū ego · ut vadā
ad pharaonē: et educā filios iſrahel · de
egipto? Qui dixit ei. Ego ero tecū: et
hoc habebis ſignū ꝙ miſerim te. Cū
eduxeris populū meū de egipto: immo-
labis deo ſup montē iſtū. Ait moyſes
ad deū. Ecce ego vadā ad filios iſrahel
et dicam eis. Deus patrū vr̄orū miſit
me ad vos. Si dixerīt michi q̄d eſt no-
men eius: quid dicam eis? Dixit dn̄s
ad moyſen. Ego ſū qui ſū? Ait. Sic
dices filijs iſrahel. Qui ē: miſit me ad
vos. Dixitqꝫ iterū deus ad moyſen · hec
dices filijs iſrahel. Dn̄s deus patrū ve-
ſtrorū · deus abrahā · ⁊ deus yſaac · ⁊ de-
us iacob · miſit me ad vos. Hoc nomē
michi eſt in eternū: et hoc memoriale
meū in generacōe et generacōem · vade
et cōgrega ſeniores iſrahel: ⁊ dices ad
eos. Dn̄s deus patrū vr̄orum apparuit
michi: deus abraham · ⁊ deus yſaac · ⁊
deus iacob · dicens. Viſitans viſitaui
vos · et vidi oīa que acciderūt vobis in
egipto: ⁊ dixi ut educā vos de afflictio-
ne egipti · in terrā chananei · ⁊ ethei · et
amorrei · et pherezei · et euei · ⁊ iebuſei ·
ad terrā fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ audiēt
vocē tuā. Ingredieriſqꝫ tu · ⁊ ſeniores
iſrahel · ad regem egipti: ⁊ dices ad eū.
Dn̄s deus hebreorū vocauit nos. Ibi-
mus viā triū dierū in ſolitudinem: ut
ymmolemꝰ dn̄o deo noſtro. Sed ego
ſcio ꝙ non dimittat vos rex egipti ut
eatis: niſi per manū validā. Extendāqꝫ
manū meā et pcutiam egiptū in cūctis
mirabilibꝫ meis · que facturus ſum in
medio eorū: poſt hec dimittet vos: da-
boqꝫ graciā populo huic corā egiptijs.
Et cū egrediemini · non exibitis vacui:
ſed poſtulabit mulier a vicina ſua · et
ab hoſpita ſua: vaſa argentea ⁊ aurea ·
ac veſtes · ponetiſqꝫ eas ſup filios et fi-
lias veſtras: et ſpoliabitis egiptum. iiij
Reſpondens moyſes · ait. Nō cre-
dent michi: neqꝫ audient vocem
meam: ſed dicent · nō apparuit tibi do-
minꝰ. Dixit ergo ad eū. Quid eſt q̄d
tenes in manu tua? Rn̄dit. Virga. Di-
xitqꝫ dn̄s. Proice eā in terrā. Proiecit
et verſa eſt in colubrum: ita ut fugeret
moyſes. Dixitqꝫ dominꝰ. Extende ma-
num tuā: ⁊ apprehēde caudā eius. Ex-
tendit · ⁊ tenuit: verſaqꝫ eſt in virgam
Vt credāt inquit ꝙ apparuerit tibi deꝰ
patrū tuorū: deus abraham · ⁊ deus yſa-
ac · ⁊ deus iacob. Dixitqꝫ dn̄s rurſum.
Mitte manū tuā in ſinū tuū. Quā cum
miſiſſet in ſinū: protulit leproſam ad
inſtar niuis. Retrahe ait manū tuā in
ſinū tuū. Retraxit ⁊ protulit iterū: et
erat ſimilis carni relique. Si nō crede-
rint inquit tibi: neqꝫ audierint ſermo-
nem ſigni prioris: credent verbo ſigni
ſequentis. Q̄d ſi nec duobꝫ quidē hijs
ſignis crediderint · neqꝫ audierint vocē
tuam: ſume aquā fluminis et effunde
eam ſuper aridā: et quicq̄d hauſeris de
fluuio · vertet̄ i ſanguinē. Ait moyſes

Obſecro dñe nō ſū eloquens ab heri ⁊
nudiuſtercius : et ex quo locutus es ad
ſeruū tuū : impeditioris ⁊ tardioris lin-
gue ſum. Dixit dñs ad eū. Quis fecit
os hoīs · aut quis fabricatus eſt mutū
et ſurdū · videntē ⁊ cecum ? Nōne ego ?
Perge igitur et ego ero in ore tuo : doce-
boq; quid loquaris. At ille : obſecro do-
mine inq̄t mitte quē miſſurus es. Ira-
tus dñs in moyſen ait. Aaron frater
tuus leuites · ſcio ꝙ eloquens ſit. Ec-
ce ipſe egredietur in occurſū tuū : videnſq;
te letabitur corde. Loquere ad eū · ⁊ po-
ne verba mea in ore eius : et ego ero in
ore tuo et in ore illius · et oſtendā vobꝫ
quid agere debeatis · Et ipſe loquetur pro
te ad populū · ⁊ erit os tuū : tu aūt eris
ei in hijs que ad deū ptinent. Virgā q̄q;
hanc ſume in manu tua : in qua factu-
rus es ſigna. Abijt moyſes · ⁊ reuerſus
eſt ad ietro ſocerū ſuū. Dixitq; ei. Va-
dam et reuertar ad fratres meos ī egi-
ptū : ut videam ſi adhuc viuant. Cui
ait ietro. Vade in pace. Dixit ergo do-
minus ad moyſen in madian. vade et
reuertere in egiptum. Mortui ſūt enī
omnes q̄ querebant aīam tuā. Tulit er-
go moyſes vxorē ſuā ⁊ filios ſuos · et
impoſuit eos ſup aſinū : reuerſuſq; eſt
in egiptū : portans virgam dei ī manu
ſua. Dixitq; ei dñs reuertēti in egiptū
Vide ut omnia oſtenta que poſui ī ma-
nu tua facias coram pharaone. Ego
indurabo cor eius · ⁊ nō dimittet popu-
lum. Diceſq; ad eū. Hec dicit dominꝰ
Filius meus primogenitus iſrahel. Di-
xi tibi. Dimitte filiū meū ut ſeruiat mi-
chi : ⁊ noluiſti dimittere eū. Ecce ego
interficiam filiū tuū primogenitū. Cūq;
eſſet in itinere in diuerſorio occurrit ei
dñs : et volebat occidere eū. Tulit illi-
co ſephora acutiſſimā petram et circūci-
dit preputium filij ſui. Tetigitq; pedes
eius et ait. Sponſus ſanguinū tu mi-
chi es. Et dimiſit eum poſtq̄ dixerat :
ſponſus ſanguinū tu michi es ob circū-
ciſionē. Dixitq; dñs ad aaron. Vade ī
occurſū moyſi in deſertū. Qui perrexit
obuiam ei in monte dei : et oſculatus ē
eū. Narrauitq; moyſes aaron omnia
verba dñi : pro quibꝫ miſerat eū : et ſi-
gna que mandauerat. Veneruntq; ſimul
et congregauerūt cūctos ſeniores filio-
rum iſrl̄ : locutuſq; eſt aaron oīa verba
que dixerat dñs ad moyſen : et fecit ſi-
gna coram populo : et credidit populꝰ
Audieruntq; ꝙ viſitaſſet dñs filios iſra
hel · et ꝙ reſpexiſſet afflictionem illoꝝ
et proni adorauerunt. ~ V ~

POſt hec ingreſſi ſūt moyſes et aa-
ron : et dixerūt pharaoni. Hec
dicit dñs deus iſrahel. Dimitte populū
meū ut ſacrificet michi in deſerto. At il-
le rn̄dit. Quis eſt dñs · ut audiam vo-
cem eius : et dimittam iſrahel ? Neſcio
dnm et iſrahel nō dimittā. Dixeruntq;
Deus hebreorū vocauit nos · ut eamꝰ
viā triū dierū in ſolitudinē : ⁊ ſacrifice-
mus dño deo nr̄o · ne forte accidat nobꝫ
peſtis aut gladius. Ait ad eos rex egi-
pti. Quare moyſes et aaron ſollicita-
tis populū ab opibꝫ ſuis. Ite ad onera
veſtra. Dixitq; pharao. Multus eſt po-
pulus terre. Videtis ꝙ turba ſuccreue-
rit : quanto magis ſi dederitis eis requiē
ab opibus ? Precepit ergo in die illo
prefectis operū · et exactoribus populi
dicēs. Nequaq̄ vltra dabitis paleas
pplo ad faciēdos lateres ſicut prius : ſꝫ
ipſi vadant · colligant ſtipulas : ⁊ mē-
ſuram laterum quā prius faciebant im-
ponetis ſup eos nec minuetis quicq̄.

Vacant eni: ⁊ idcirco vociferātur · dicē-
tes, Eamus et ſacrificemus deo noſtro
Opprimant̄ opibꝫ · ⁊ expleant ea ut nō
acquieſcant verbis mēdacibꝫ, Igitur
egreſſi prefecti operū ⁊ exactores · ad po-
pulū dixerūt, Sic dicit pharao, Non
do vobis paleas, Ite ⁊ colligite ſicubi
invenire poteritis: nec minuet̄ quicq̄z
de ope veſtro, Diſperſuſq̄z eſt populus
in omnē terrā egipti: ad colligēdas pa-
leas, Prefecti q̄z opm · inſtabant dicen-
tes, Complete opus veſtrū quotidie
ut prius facere ſolebatis quādo dabant̄
vobis palee, Flagellatiq̄z ſūt q̄ p̄erant
opibꝫ filiorū iſrl': ab exactoribꝫ pharao-
nis dicētibus, Quare nō impleſtis mē-
ſurā laterū ſicut prius: nec heri nec ho-
die? Veneruntq̄z prepoſiti filiorū iſrahel
et vociferati ſūt ad pharaonē dicētes,
Cur ita agis cōtra ſeruos tuos, Palee
nō dantur nobis: et lateres ſimilit̄ im-
perātur, En famuli tui flagell̄ cedimur
et iniuſte agit̄ cōtra populū tuū, Qui
ait, Vacatis ocio et idcirco dicitis, Ea-
mus et ſacrificemus dn̄o, Ite ergo et
operamini, Palee nō dabūtur vobis:
et reddetis cōſuetū numerū laterū, Vi-
debantq̄z ſe prepoſiti filiorū iſrl' in ma-
lū: eo ꝙ diceret̄ eis nō minuet̄ quicq̄z
operis de lateribus per ſingulos dies
Occurrerūtq̄z moyſi ⁊ aaron q̄ ſtabant
ex adverſo egredientes a pharaone et
dixerūt ad eos, Videat dn̄s ⁊ iudicet:
qm̄ fetere feciſtis odorē nr̄m corā pha-
raone ⁊ ſeruis eius: et prebuiſtis ei gla-
diū ut occideret nos, Reverſuſq̄z ē moy-
ſes ad dn̄m et ait, Dn̄e: cur afflixiſti
populū iſtū? Quare miſiſti me? Ex eo
eni quo ingreſſus ſum ad pharaonem
ut loquerer ex noīe tuo · afflixit popu-
lum iſtū: ⁊ nō liberaſti eos, VI

Dixitq̄z dn̄s ad moyſen, Nūc vi-
debis que facturus ſū pharaoni
Per manū eni fortē dimittet eos · et in
manu robuſta eiciet illos de terra ſua,
Locutuſq̄z eſt dn̄s ad moyſen dicens,
Ego dn̄s · q̄ apparui abraham · yſaac
et iacob · in deo oīpotente: ⁊ nomē me-
um adonay nō indicavi eis, Pepigiq̄z
fedus cū eis · ut darē eis terrā chanaan
terram peregrinacōis eorū in qua fue-
runt advene, Ego audivi gemitū fili-
orū iſrahel quo egiptij oppreſſerūt eos
et recordatus ſū pacti mei, Ideo dic fi-
lijs iſrl', Ego dn̄s · qui educā vos de er-
gaſculo egiptiorū · ⁊ eruam de ſeruitu-
te · ac redimā ī brachio excelſo ⁊ iudi-
cijs magnis · ⁊ aſſumā vos michi in po-
pulū: ⁊ ero veſter deus, Et ſcietis quia
ego ſū dn̄s deꝰ veſter · q̄ eduxerim vos
de ergaſculo egiptiorū: et induxerim
vos in terrā ſup quā levavi manū meā
ut darē eam abraham · yſaac · ⁊ iacob
daboq̄z illā poſſidendā vobis · ego dn̄s
Narravit ergo moyſes oīa filijs iſra-
hel: qui nō acquieverūt ei ꝓpter angu-
ſtiam ſpūs · et opus duriſſimū, Locu-
tuſq̄z eſt dn̄s ad moyſen dicēs, Ingre-
dere ⁊ loquere ad pharaonē regē egipti
ut dimittat filios iſrl' de terra ſua, Rn̄-
dit moyſes corā dn̄o, Ecce filij iſrl' nō
audiūt me · ⁊ q̄uo audiet pharao p̄ſerti
cū incircūciſus ſū labijs, Locutuſq̄z eſt
dn̄s ad moyſen ⁊ aaron: ⁊ dedit man-
datū ad filios iſrahel ⁊ ad pharaonem
regem egipti: ut educerent filios iſrl' de
terra egipti, Iſti ſunt p̄ncipes domoꝝ
per familias ſuas, Filij ruben primoge-
niti iſrahelis: enoch et phallu · eſrom ⁊
charmi, Hee ꝯgnacōnes ruben, Filij ſi-
meon: iamuel · et iamin · et aod · et la-
chin · ⁊ ſoer · ⁊ ſaul filius chananitidis

Hee progenies ſimeon. Et hec noīa fili-
orū leui · p cognacōes ſuas · gerſon · et
caath · ⁊ merari. Anni aūt vite leui fue-
rūt centūtriginta ſeptem. Filij gerſon
lobni ⁊ ſemei per cognacōnes ſuas. Fi-
lij caath: amram et yſuar et hebron et
oziel. Anni q̄ꝫ vite caath centūtrigin-
tatres. Filij merari: mooli ⁊ muſi. Hee
cognacōnes leui per familias ſuas. Ac-
cepit aūt amram vxorē iochabeth pa-
truelem ſuam: que peperit ei aaron · et
moyſen ⁊ mariam. Fuerūtq̄ꝫ anni vite
amram centumtriginta ſeptem. Filij q̄ꝫ
yſuar · chore et napheg · ⁊ zechri. Filij
q̄ꝫ oziel: miſael ⁊ eliſaphan et ſechri.
Accepit aūt aaron vxorem · eliſabeth fi-
liam aminadab · ſororē naaſon · que
peperit ei nadab · et abiu · ⁊ eleazar · et
ythamar. Filij q̄ꝫ chore · aſer · ⁊ helcha-
na · ⁊ abiaſab. Hee ſūt cognacōes cho-
ritarū. At vero eleaſar filius aaron ac-
cepit vxorem de filiab; phutiel · q̄ pepe-
rit ei phinees. Hij ſūt prīcipes familia-
rum leuiticaꝝ p cognacōes ſuas. Iſte
eſt aaron ⁊ moyſes: qb; p̄cepit dn̄s ut
educerēt filios iſrl̄ de terra egipti p tur-
mas ſuas. Hij ſūt q̄ loquūt ad pharao-
nem regē egipti ut educāt filios iſrl̄ de
egipto. Iſte eſt moyſes ⁊ aaron: ī die
qua locutus eſt dn̄s ad moyſen in ter-
ra egipti. Et locutus eſt dn̄s ad moy-
ſen dicens. Ego dn̄s. Loquere ad pha-
raonem regē egipti · oīa q̄ loquor tibi
Et ait moyſes corā dn̄o. En incircūci-
ſus labijs ſū. Quō audiet me pharao.

DIxitq̄ꝫ dn̄s ad moyſen vii.
Ecce cōſtitui te deū pharaonis: ⁊
aaron frater tuus erit ꝓpheta tu9. Tu
loq̄ris ei oīa que mando tibi: et ille
loquetur ad pharaonē: ut dimittat fi-
lios iſrahel de terra ſua. Sed ego indu-
rabo cor eius · et multiplicabo ſigna et
oſtenta mea in terra egipti · ⁊ nō audi-
et vos. Immittam q̄ꝫ manū meam ſup
egiptū et educam exercitū meū: ⁊ popu-
lum meū filios iſrl̄ · de terra egipti p in-
dicia maxima. Et ſciēt egiptij q2 ego
ſū dn̄s · qui extenderim manū meā ſuper
egiptū: et eduxerim filios iſrl̄ de medio
eorū. Fecit itaq̄ꝫ moyſes ⁊ aaron ſicut
preceperat ei dn̄s ita egerunt. Erat aūt
moyſes octoginta ānoꝝ · ⁊ aaron octo-
gintatriū: quādo locuti ſūt ad pharao-
nem. Dixitq̄ꝫ dn̄s ad moyſen ⁊ aaron
Cū dixerit vob pharao · oſtendite no-
bis ſigna: dices ad aaron. Tolle vir-
gam tuā · ⁊ proice eam corā pharaone
ac vertatur in colubrū. Ingreſſi itaq̄ꝫ
moyſes et aaron ad pharaonē · fece-
rūt ſicut p̄ceperat dn̄s. Tulitq̄ꝫ aaron
virgam corā pharaone et ſeruis eius:
que verſa eſt in colubrū. Vocauit aūt
pharao ſapiētes ⁊ maleficos · et fecerūt
etiam ipi p incantacōnes egiptiacas ⁊
archana q̄dā ſimilit. Proiecerūtq̄ꝫ ſin-
guli virgas ſuas · que verſe ſūt in dra-
cones. Sed deuorauit virga aarō vir-
gas eorū. Induratūq̄ꝫ eſt cor pharao-
nis: et nō audiuit eos ſicut preceperat
dn̄s. Dixit aūt dn̄s ad moyſen. In-
grauatū eſt cor pharaōis: ⁊ nō vult
dimittere p̄plm. Vade ad eū mane. Ecce
egredietr ad aquas. Et ſtabis in occur-
ſū eius ſup ripam fluminis · et virgā
que conuerſa eſt in dracone · tolles ī ma-
nu tua dicesq̄ꝫ ad eum. Dn̄s deus hebre-
orū miſit me ad te dicens. Dimitte po-
pulū meū ut ſacrificet michi in deſerto
et uſq̄ꝫ ad preſēs · audire me noluiſti.
Hec igit dicit dn̄s. In hoc ſcies q2 ſim
dn̄s. Ecce percutiā virga que in manu
mea ē aquā flumīs ⁊ vertet ī ſanguiē

Piſces quoq; qui ſunt in fluuio morië-
tur ⁊ cõputreſcent aque: ⁊ affligentur
egiptij bibentes aquã fluminis. Dixit q̄z
dñs ad moyſen. Dic ad aaron. Tol-
le virgam tuã et extende manũ tuã ſup
aquas egipti, et ſup fluuios eorũ ⁊ ri-
uos et paludes. ⁊ omnes lacus aquarũ
ut vertantur in ſanguinẽ: et ſit cruor ĩ
omni terra egipti tam in ligneis vaſiſ
q̄z in ſaxeis. Feceruntq; moyſes ⁊ aaron
ſicut p̄ceperat dñs. Et eleuans virgam
percuſſit aquam fluminis coram phara-
one ⁊ ſeruis eius: que verſa eſt in ſan-
guinẽ: ⁊ piſces qui erãt in flumīe mor-
tui ſunt. Cõputruitq; fluuius. et non
poterãt egiptij bibere aquã fluminis: ⁊
fuit ſanguis in tota terra egipti. Fece-
rũtq; ſimilit̃ malefici egiptiorũ incan-
tacõibus ſuis: Et induratũ eſt cor pha-
raonis. nec audiuit eos ſicut p̄ceperat
dñs. Auertitq; ſe ⁊ ingreſſus eſt domũ
ſuã. nec appoſuit cor etiã hac vice. Fo-
derũt aũt omnes egiptij p circuitũ flu-
minis aquã ut biberent. Non eñi pote-
tabernaculi. Fecit et atriū. in cuius au-
ſtrali plaga erāt tentoria de biſſo retor-
ta cubitorū centū: colūne enee viginti
cū baſibus ſuis. Capita colūnarū et tota
operis celatura argētea. Eque ad ſeptē-
trionalē plagā. tentoria columne ba-
ſeſq; et capita colūnarū eiuſdē mēſure
et operis ac metalli erant. In ea vero
plaga que ad occidentē reſpicit fuerunt
tentoria cubitorū quinquaginta. colū-
ne decem cū baſibus ſuis enee. et capita
colūnarū et tota operis celatura argen-
tea. Porro cōtra orientē quinquaginta
cubitorū parauit tentoria. e quibus quī-
decim cubitos colūnarū trium cū baſibus
ſuis vnum tenebat latus: et in parte
altera. quia inter vtraq; introitum ta-
bernaculi fecit. quindecim eque cubitorum
erant tentoria: columneq; tres et baſes
totidem. Cūcta atrij tentoria: biſſus re-
torta texuerat. Baſes columnarū fue-
re enee. capita aūt earum cū cunctis ce-
laturis ſuis argentea: ſed et ipſas colū-
nas atrij veſtiuit argento. Et in introi-
tu eius opere plumario fecit tētoriū. ex
iacincto. purpura. vermiculo ac biſſo
retorta. quod habebat viginti cubitos
in lōgitudine. altitudo vero quinq; cu-
bitorū erat. iuxta menſuram quā cun-
cta atrij tentoria habebant. Columne
autē in ingreſſu fuere quatuor. cū baſi-
bus eneis. capitaq; earum et celature
argentee. Paxillos quoq; tabernaculi et
atrij per girū fecit eneos. Hec ſunt in-
ſtrumenta tabernaculi teſtimonij. que
enumerata ſūt iuxta preceptū moyſi in
cerimonijs leuitarū per manū ythamar
filij aaron ſacerdotis. que beſelehel filius
huri filij hur de tribu iuda domino per
moyſen iubente compleuerat. iuncto
ſibi ſocio ooliab filio achiſamech de tri-
bu dan: qui et ipſe artifex lignorū egre-
gius fuit. et polimitarius. atq; pluma-
rius. ex iacincto. purpura. vermiculo
et biſſo. Omne aurū quod expenſū eſt
in opere ſanctuarij. et quod oblatū eſt
in donarijs viginti et nouē talentorū
fuit. et ſeptingētorum triginta ſiclorū
ad mēſuram ſāctuarij. Oblatū eſt aūt
ab hijs. qui tranſierunt ad numerum

a viginti annis ꝛ ſupra: de ſexcentis tri-
bus milibꝫ ꝛ qͣngentis qͣnquaginta ar-
matorū. Fuerūt pterea centū talenta ar-
genti· e qͥbus cōflate ſūt baſes ſanctu-
arij et introitus vbi velū pendet. Cen-
tum baſes facte ſūt de talētis centū: ſin-
gulis talentis p baſes ſingulas ſuppu-
tatis. De mille aūt ſeptingētis ꝛ ſeptu-
agintaqͣnqꝫ fecit capita colūnarū: quas
et ipſas veſtiuit argento. Eris quoqꝫ obla-
ta ſūt talenta ſeptuagintaduo milia· ꝛ
quadringenti ſupra ſicli: ex quibꝫ fuſe
ſunt baſes in introitu tabernaculi teſti-
monij· et altare eneum cū craticula ſua
oīaqꝫ vaſa que ad vſū eius ptinent: ꝛ ba-
ſes atrij tam ī circuitu quam in ingreſſu eius
et paxilli tabernaculi atqꝫ atrij p gyrū.
De iacincto vero ꝛ purpu- xxxix
ra vermiculo ac biſſo· fecit veſtes
quibꝫ indueret aaron quādo miniſtra-
bat in ſanctis: ſicut pcepit dn̄s moyſi.
Fecit igit̄ ſuphumerale de auro· iacin-
cto ꝛ purpura· coccoqꝫ biſtincto ꝛ biſ-
ſo retorta: ope polimitario. Inciditqꝫ
bracteas aureas· ꝛ extenuauit ī fila ut
poſſent torqri cū priorū colorū ſubte-
gmine: duaſqꝫ oras ſibi inuicē copula-
tas ī vtroqꝫ latere ſūmitatū· ꝛ baltheū
ex eiſdē coloribꝫ ſicut pceperat dn̄s mo-
yſi. Parauit et duos lapides onichi-
nos aſtrictos et incluſos auro: et ſcul-
ptos arte gēmaria noībꝫ filiorū iſrahel
Sex noīa in lapide vno ꝛ ſex in altero
iuxta ordinē natiuitatis eorū. Poſuitqꝫ
eos in lateribꝫ ſuphumeralis: in momi-
mentū filiorū iſrl̄: ſicut preceperat dn̄s
moyſi. Fecit et racōnale ope polimito
iuxta opus ſuphumeralis· ex auro· ia-
cincto· purpura coccoqꝫ biſtincto ꝛ biſ-
ſo retorta· quadrāgulū· duplex· men-
ſure palmi: et poſuit in eo gēmarū ordi-
nes quatuor. In primo verſu erat ſar-
dius· topazius· ſmaragdus: in ſecūdo
carbūculus ſaphirus· iaſpis: in tercio
ligurius· achates· ametiſtus: in quar-
to· criſolitus· onichinus· et berillus:
circūdati ꝛ incluſi auro p ordines ſuos
Ipiqꝫ lapides duodecī: ſculpti erāt noī-
bus duodecim tribuū iſrl̄: ſinguli p no-
mina ſingulorū. Fecerūt in racōnali et
catenulas ſibi inuicē coherētes de auro
puriſſimo· et duos vncinos: totidēqꝫ
anulos aureos. Porro anulos poſue-
runt in vtroqꝫ latere racōnalis ex quibꝫ
penderent due cathene auree· quas inſe-
ruerūt vncinis qui in ſuphumeralis an-
gulis eminebāt. Hec ꝛ ante ꝛ retro ita
cōueniebāt ſibi: ut ſuphumerale ꝛ racō-
nale mutuo necterentur· ſtricta ad bal-
theū et anulis fortius copulata· quos
iungebat vitta iacinctina· ne laxa flu-
erent ꝛ a ſe inuicē mouerent ſicut prece-
pit dn̄s moyſi. Fecerūt quoqꝫ tunicā ſup-
humeralis totā iacinctinā· et capitium
in ſuperiori parte cōtra mediū: oramqꝫ
p gyrū capitij textilem· deorſū aūt ad
pedes malapunica ex iacincto purpura
vermiculo ac biſſo retorta· et tintinna-
bula de auro puriſſimo· que poſuerūt in-
ter malagranata in extrema parte tuni-
ce p gyrū· tintinnabulū aūt aureū et
malūpunicū: quibꝫ ornatus incedebat
pontifex quando miniſterio fūgebat̄· ſi-
cut pcepit dn̄s moyſi. Fecerūt et tuni-
cas biſſinas ope textili aaron et filijs
eius ꝛ mitras cū coronulis ſuis ex biſ-
ſo: feminalia quoqꝫ linea biſſina· cingulū
vero de biſſo retorta· iacincto· purpura
ac vermiculo· diſtinctū arte plumaria
ſicut pceperat dn̄s moyſi. Fecerūt et la-
minā ſacre veneracōnis de auro puriſſi-
mo· ſcripſeruntqꝫ in ea ope gemmario

ſanctū dñi: et ſtrinxerūt eam cū mitra vitta iacinctina · ſicut pceperat dñs moyſi · Perfectū eſt igitur omne opus tabernaculi ⁊ tecti teſtimonij · Feceruntq; filij iſrl' cuncta q̄ preceperat dñs moyſi: et obtulerūt tabernaculū · ⁊ tectum · et vniuerſam ſupellectilē · anulos · tabulas · vectes · colūnas · ac baſes · opertorium de pellibꝫ arietum : rubricatis · et aliud operimentū de iacinctinis pellibꝫ velū · archam · vectes · ppiciatoriū · menſam cū vaſis ſuis · et ppoſicōnis panibꝫ candelabrū · lucernas · et vtenſilia earū cū oleo: altare aureū: ⁊ vngentū · ⁊ thimiama ex aromatibus · ⁊ tentorium in introitu tabernaculi · altare eneū · retiaculum · vectes · et vaſa eius omnia · labrum cū baſi ſua: tentoria atrij · ⁊ colūnas cū baſibꝫ ſuis: tentoriū in introitu atrij funiculoſq; illi⁹ ⁊ paxillos · Nichil ex vaſis defuit: que in miniſteriū tabernaculi et in tectū federis iuſſa ſūt fieri · Veſtes q̄q; qbus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario · aaron ſcilicet et filij eius · obtulerūt filij iſrahel: ſicut preceperat dñs · Que poſtq̄ cūcta vidit completa benedixit eis ·

xl

Locutuſq; ē dominus ad moyſen dicens · Menſe primo prima die menſis eriges tabernaculū teſtimonij: et pones in eo archam · dimitteſq; ante illam velum · et illata menſa · pones ſuper eam que rite precepta ſūt · Candelabrum ſtabit cū lucernis ſuis · et altare aureū in quo adoletur incenſū corā archa teſtimonij · Tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij pones: ⁊ ante illud altare olocauſti · Labrū inter altare et tabernaculū: qd̄ implebis aqua · Circūdabiſq; atriū tētorijs: ⁊ ingreſſū eius · Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculū cū vaſis ſuis ut ſactificent: altare olocauſti ⁊ oīa vaſa eius: labrū cū baſi ſua · Omia vnctiōis oleo cōſecrabis: ut ſint ſancta ſanctorū · Applicabiſq; aaron et filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij · et lotos aqua indues ſanctis veſtibꝫ · ut miniſtrent michi: et vnctio eorū in ſacerdotiū ſempiternū pficiat · Fecitq; moyſes oīa q̄ pceperat dñs · Igitur menſe pmo anni ſcd̄i · pma die menſis: collocatū ē tabernaculū · Erexitq; moyſes illud ⁊ poſuit tabulas · ac baſes et vectes: ſtatuitq; colūnas ⁊ expandit tectū ſup tabernaculū · impoſito deſup opimento · ſicut dñs imperauerat · Poſuit ⁊ teſtimoniū in archa · ſubditis infra vectibꝫ: et oraculū deſup · Cūq; intuliſſet archā in tabernaculū teſtimonij: appēdit ante eā velū ut expleret dñi iuſſionē · Poſuit et menſam ī tabernaculo teſtimonij ad plagam ſeptentrionalē extra velum: ordinatis corā propoſicōnis panibus ſicut preceperat dñs moyſi · Poſuit et candelabrū in tabernaculo teſtimonij e regione mēſe in parte auſtrali: locatis per ordinem lucernis iuxta pceptū dñi · Poſuit ⁊ altare aureum ſub tecto teſtimonij contra velum · ⁊ adoleuit ſup eo incenſum aromatū · ſicut iuſſerat dñs moyſi · Poſuit ⁊ tentoriū in introitu tabernaculi teſtimonij: ⁊ altare olocauſti in veſtibulo teſtimonij · offerens in eo olocauſtū et ſacrificia ut dñs impauerat · Labrū q̄q; ſtatuit inter tabernaculū teſtimonij et altare implēs illud aqua · laueruntq; in eo moyſes et aaron: ac filij eius manus ſuas ac pedes · cū ingrederētur tectū federis: et accederēt ad altare ſicut preceperat dñs moyſi · Erexit et atriū per gyrum tabernaculi altaris

ducto in introitu eius tētorio. Poſtq̄ omīa pfecta ſūt operuit nubes tabernaculū teſtimonij: et gloria dn̄i impleuit illud. Nec poterat moyſes ingredi tectum federis. nube operiente oīa. et maieſtate dn̄i choruſcante: qꝛ cūcta nubes operuerat. Si quādo nubes tabernaculum deſerebat: pficiſcebant̄ filij iſrl̄ p turmas ſuas. Si pendebat deſup: manebant in eodē loco. Nubes quippe domini incubabat p diem tabernaculo. et ignis in nocte videntibȝ cūctis populis iſrahel. per cunctas manſiones ſuas.

Explicit lib' exodi. Incipit liber leuitici. pmū capl'm.

Vocauit autē moyſen et locutus eſt ei dn̄s de tabernaculo teſtimonij dicēs. Loq̄re filijs iſrl̄ et dices ad eos. Homo q̄ obtulerit ex vob hoſtiā dn̄o de pecoribȝ: id ē de bobȝ et ouibȝ offerens victimas: ſi olocauſtum fuerit eius oblacō ac de armento maſculū immaculatū offeret ad oſtiū tabernaculi teſtimonij. ad placandū ſibi dn̄m. Ponetq; ſup caput hoſtie man9 et acceptabilis erit: atq; in expiacōem eius proficiēs. Immolabitq; vitulū corā dn̄o. et offerēt filij aaron ſacerdotis ſanguinē eius. fundentes p altaris circuitū: qd̄ eſt ante oſtiū tabernaculi. Detractaq; pelle hoſtie. artus in fruſta cōcident: et ſubiciēt in altari ignē. ſtrue lignorū ante cōpoſita. ⁊ menbra q̄ ſūt ceſa deſup ordinātes. caput videlicet ⁊ cūcta q̄ adherent iecori. inteſtinis et pedibus lotis aqua. adolebitq; ea ſacerdos ſup altare in olocauſtū. et ſuauē odorē dn̄o. Quod ſi de pecoribȝ oblacō eſt. de ouibȝ ſiue de capris olocauſtū: agnum anniculum et abſq; macula offeret: immolabitq; ad latus altaris qd̄ reſpicit ad aquilonē corā dn̄o. Sanguinē vero illius fundent ſup altare filij aaron. p circuitū: diuidētq; menbra. caput et omīa q̄ adherēt iecori. ⁊ imponēt ſuper ligna. quibȝ ſubiciēdus eſt ignis. Inteſtina vero ⁊ pedes lauabūt aqua: ⁊ oblata omnia adolebit ſacerdos ſup altare in olocauſtū ⁊ odorē ſuauiſſimū dn̄o. Si aūt de auibȝ olocauſti oblacō fuerit dn̄o. de turturibȝ ⁊ pullis colūbe: offeret eam ſacerdos ad altare. ⁊ retorto ad collū capite. ac rupto vulneris loco. decurrere faciet ſanguinē ſup crepidinē altaris. veſiculā vero gutturis et plumas. proiciet ꝓpe altare ad orientalem plagam. in loco in quo cineres effundi ſolent. Cōfringetq; aſcellas eius et nō ſecabit neq; ferro diuidet eā. et adolebit ſup altare: lignis igne ſuppoſito. Olocauſtum eſt: et oblacō ſuauiſſimi odoris domino. ii.

Anima cū obtulerit oblacōem ſacrificij dn̄o. ſimilia erit eius oblacio. fundetq; ſup eā oleū ⁊ ponet thus. ac deferet ad filios aarō ſacerdotis. Quorum vnus tollet pugillū plenū ſimile et olei ac totū thus: ⁊ ponet memoriale ſup altare: in odorē ſuauiſſimū dn̄o. Qd̄ autē reliquū fuerit de ſacrificō erit aaron ⁊ filiorū eius: ſanctū ſanctorū de oblacōnibȝ dn̄i. Cū aūt obtuleris ſacrificiū coctū in clibano de ſimila. panes ſcilicet abſq; fermento conſperſos oleo. et lagana azima oleo lita: ſi oblacō tua fuerit de ſartagine. ſimile conſperſe oleo et abſq; fermento: diuides eam minutatim. ⁊ fundes ſup eam oleū Si autē de craticula fuerit ſacrificium eque ſimila oleo conſpergetur: quam

offerens dño · tradet manibꝫ ſacerdotis
Qui cū obtulerit eam · tollet memoria
le de ſacrificio: ⁊ adolebit ſup altare in
odorē ſuauitatis dño. Quicqͥd aūt reli
quū eſt erit aaron et filiorū eius · ſan
ctum ſanctorū de oblacōnibꝫ dñi. Oīs
oblacō que offertur dño: abſqꝫ fermē
to fiet: nec quicqꝫ fermēti ac mellis ado
lebitur in ſacrificio dñi. Primicias tā
tum eorū offeretis ac munera: ſuper al
tare vero nō imponentur in odorē ſua
uitatis. Quicqͥd obtuleris ſacrificij · ſa
le cōdies: nec auferes ſal federis dei tui
de ſacrificio tuo. In omī oblacōe offe
res ſal. Si aūt obtuleris munus p̄mi
tiarū frugū tuarū dño: de ſpicis adhuc
virentibꝫ: torrebis eas igni · et cōfrin
ges in morē farris · et ſic offeres primi
tias tuas dño: fundens ſup ea oleū et
thus imponens · quia oblacō dñi eſt.
De qua adolebit ſacerdos in memoriā
muneris: partem farris fracti · et olei
ac totum thus. - iij -

Quod ſi hoſtia pacificoꝝ fuerit eiꝰ
oblacō · ⁊ de bobꝫ voluerit offer
re marē ſiue feminā immaculatam offe
ret corā dño. Ponetqꝫ manū ſuper ca
put victime ſue: que immolabit in in
troitu tabernaculi teſtimonij. Fūdētqꝫ
filij aaron ſacerdotis: ſanguinē per alta
ris circuitū: et offerent de hoſtia pacifi
corum in oblacōem dño adipē: qui ope
rit vitalia · et quicqͥd pinguedinis eſt
intrinſecus: duos renes cū adipe quo te
guntur ilia · et reticulū iecoris cū renū
culis adolebūtqꝫ ea ſuper altare in olo
cauſtū lignis igne ſuppoſito i oblacio
nem ſuauiſſimi odoris dño. Si vero de
ouibꝫ fuerit eius oblacō et pacificorū
hoſtia · ſiue maſculū obtulerit: ſiue fe
minā immaculata erūt omia. Si agnū
obtulerit corā dño ponet manū ſuā ſu
per caput victime ſue que immolabit
in veſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fū
detqꝫ filij aaron ſanguinē eiꝰ per circui
tū altaris: ⁊ offerēt de pacificoꝝ hoſtia
ſacrificiū dño: adipē et caudā totā cū re
nibꝫ ⁊ pinguedinē q̄ operit ventrē atqꝫ
vniuerſa vitalia · et vtrūqꝫ renunculū
cū adipe q̄ eſt iuxta ilia · reticulūqꝫ ieco
ris cū renūculis: ⁊ adolebit ea ſacerdos
ſup altare in pabulū ignis ⁊ oblacōis
dñi. Si capra fuerit eiꝰ oblacō · et ob
tulerit eā dño · ponet manū ſuā ſup ca
put eiꝰ: immolabitqꝫ eā i introitu taber
naculi teſtimonij. Et fūdent filij aaron
ſanguinē eius p altaris circuitū · tollēt
qꝫ ex ea in paſtū ignis dominia · adi
pem q̄ operit vētrē · ⁊ qui tegit vniuerſa
vitalia · duos renūculos cū reticulo qđ
eſt ſup eos iuxta ilia · et aruinā iecoris
cū renūculis · adolebitqꝫ ea ſup altare
ſacerdos in alimoniā ignis ⁊ ſuauiſſimi
odoris. Omnis adeps domini erit iure
perpetuo · in generacōnibus et cunctis
habitaculis veſtris: nec ſanguinē nec
adipem omnino comedetis. iiij

Locutuſqꝫ eſt dominus ad moy
ſen dicens. Loquere filijs iſrahel
Anima que peccauerit p ignorantiam
et de vniuerſis mandatis domini: que
precepit ut non fierent quippiam fecerit
ſi ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit · de
linquere faciens populū: offert pro pec
cato ſuo vitulū immaculatū dño. Et
adducet illum ad oſtiū tabernaculi te
ſtimonij · coram dño: ponetqꝫ manū
ſuper caput eius: ⁊ immolabit eum do
mino. Hauriet quoqꝫ de ſanguine vi
tuli: inferens illum in tabernaculū te
ſtimonij. Cūqꝫ intinxerit digitū in ſā
guinem aſperget eum ſepcies corā dño

cōtra velū ſanctuarij. Ponetq; de eodē
ſanguine ſuper cornua altaris thimia
matis gratiſſimi dño qḋ eſt in taberna-
culo teſtimonij. Omnē aūt reliquū ſā-
guinē fūdet in baſim altaris olocauſti.
in introitu tabernaculi. Et adipē vituli
offeret pro peccato: tam eum q̄ vitalia
operit. q̃z oīa q̄ intrinſecus ſūt. duos
renūculos et reticulū. qḋ eſt ſupra eos
iuxta ilia. et adipē iecoris cū renūculis
ſicut offertur de vitulo hoſtie pacifico-
rum. ⁊ adolebit ea ſup altare olocauſti
Pellem vero ⁊ oēs carnes. cū capite et
pedibus ⁊ inteſtinis ⁊ fimo et reliquo
corpore efferet extra caſtra in locū mū-
dum. ut cineres effundi ſolent: īcen-
detq; ea ſup lignorū ſtruē: que in loco
effuſorū cinerū cremabūtur. Qḋ ſi oīs
turba filiox iſrl̄ ignorauerit. et ꝑ impe-
ritiam fecerit qḋ cōtra mandatū dñi ē
et poſtea intellexerit peccatū ſuū: offe-
ret pro peccato ſuo vitulū. Adducetq;
eū ad oſtiū tabernaculi: ⁊ ponēt ſenio-
res ppl̄i manus ſup caput eius coram
dño immolatoq; vitulo in cōſpectu do-
mini. inferet ſacerdos q̄ vnctus eſt de ſā-
guine eius in tabernaculū teſtimonij:
tincto digito aſpergēs ſepties cōtra ve-
lum. Ponetq; de eodē ſanguine in cor-
nibꝰ altaris. qḋ eſt corā dño in taber-
naculo teſtimonij. Reliquū autē ſan-
guinē fūdet iuxta baſim altaris olocau
ſtorū: qḋ eſt in oſtio tabernaculi teſti-
monij. Omnēq; eius adipem tollet. et
adolebit ſupra altare ſic faciens. et de
hoc vitulo q̄mo fecit ⁊ prius: et rogāte
pro eis ſacerdote propicius erit ei dñs
Ipſum aūt vitulū efferet extra caſtra
atq; cōburet ſicut ⁊ priorē vitulū: q2
eſt pro peccato multitudinis. Si pecca-
uerit princeps et fecerit vnū e pluribꝰ
per ignorantiā qḋ dñi lege prohibetur
et poſtea intellexerit peccatū ſuū offeret
hoſtiā corā dño: hircū de capris imma-
culatū: ponetq; manū ſuam ſup caput
eius. Cūq; immolauerit eū in loco vbi
ſolet mactari olocauſtū corā dño. q2
pro peccato eſt: tinget ſacerdos digitū ī
ſanguine hoſtie pro peccato. tangens
cornua altaris olocauſti. et reliquum
fūdens ad baſim eius: adipē vero adole
bit ſupra ſicut in victimis pacificorum
fieri ſolet. Rogabitq; pro eo ſacerdos
et pro peccato eius: et dimittetur ei.
Qḋ ſi peccauerit aīa ꝑ ignorantiā de
ppl̄o terre ut faciat quicq̄ de hijs q̄ do-
mini lege prohibentur atq; delinquat
et cognouerit peccatū ſuum. offeret ca-
pram immaculatam: ponetq; manus
ſup caput hoſtie que pro peccato eſt: ⁊
immolabit eam in loco olocauſti. Tol
letq; ſacerdos de ſanguine ī digito ſuo
et tangens cornua altaris olocauſti re
liquū fūdet ad baſim eius. Omnē aūt
adipē auferens ſicut auferri ſolet de vi-
ctimis pacificorū adolebit ſup altare ī
odorē ſuauitatis dño: rogabitq; ꝓ eo
et dimittetur ei. Si autē de pecoribus
obtulerit victimā pro peccato ouē ſci-
licet immaculatam: ponet manū ſup ca-
put eius: et immolabit eam ī loco vbi
ſolent cedi olocauſtox hoſtie. Sumet
q; ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo
et tangens cornua altaris olocauſti.
reliquū fūdet ad baſim eius. Omnē q̃z
adipē auferēs. ſicut auferri ſolet adeps
arietis q̄ immolat̄ ꝓ pacificis cremabit
ſup altare incenſū dñi: rogabitq; pro
eo et ꝓ peccō eius: et dimittet̄ ei. V.

Si peccauerit aīa et audierit vo
cem iurantis teſtiſq; fuerit qḋ ipſe
vidit aut cōſcius eſt: niſi indicauerit

poꝛtabit iniquitatē ſuā. Anima que te-
tigerit aliqͦd immundū · ſiue qd̄ occiſū
a beſtia ē · aut ꝑ ſe moꝛtuū · aut qd̄libꝫ
aliud reptile ⁊ oblita fuerit immūdicie
ſue · rea ē et deliquit: et ſi tetigerit quic-
q̄ͥ de immūdicia hoīs iuxta omnē im-
puritatē qua pollui ſolet oblitaqꝫ co-
gnouerit poſtea ſbiacebit delicto. Ani-
ma q̄ iurauerit et ꝓtulerit labijs ſuis
ut vel male quid faceret vel bene et nō
fecerit · et idipm̄ iuramento et ſermone
firmauerit · oblitaqꝫ poſtea intellexerit
delictū ſuū: agat penitentiā pro peccato
et offerat de gregibꝫ agnā ſiue caprā:
oꝛabitqꝫ pro eo ſacerdos et pro pecca-
tis eius. Sin autē nō potuerit offerre
pecus · offerat duos turtures vel duos
pullos colūbarū dn̄o · vnū pro pecca-
to et alterū in olocauſtū: dabitqꝫ eos
ſacerdoti. Qui p̄mū offerēs pro peccato
retoꝛq̄bit caput eius ad pennulas · ita
ut collo adhereat ⁊ nō penitus abrūpa-
tur · et aſperget de ſanguine eius parie-
tem altaris. Quicqͦd aūt reliquū fue-
rit faciet diſtillari ad fūdamentū eius
quia pro peccato eſt. Alterum vero in
olocauſtū adolebit ut fieri ſolet: roga-
bitqꝫ pro eo ſacerdos et pro peccato eiꝰ
et dimittetur ei. Qd̄ ſi nō quiuerit ma-
nus eiꝰ duos offerre turtures · aut du-
os pullos colūbarū · offeret pro pecca-
to ſuo ſimile partē ephy · decimam. Nō
mittat in eam oleū nec thuris aliquid
imponet · qꝛ pro peccato eſt: tradetqꝫ eā
ſacerdoti · qui plenū ex ea pugilū hauri-
ens cremabit ſuper altare in monimētū
eius qui obtulerit · rogans pro illo et
expiās: reliquā vero partem ipe habe-
bit ī munere. Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moy-
ſen dicēs. Anima ſi p̄uaricans cerimo-
nias per erroꝛē · in hijs q̄ dn̄o ſunt ſan-
ctificata peccauerit · offeret pro delicto
ſuo arietē immaculatū de gregibꝫ · qui
emi poteſt duobꝫ ſiclis iuxta pōdus ſā-
ctuarij · ipmqꝫ qd̄ intulit damni reſti-
tuet · et qn̄tā partē ponet ſupꝛa tradens
ſacerdoti qui rogabit pro eo offerēs ari-
etem ⁊ dimittetur ei. Anima q̄ peccaue-
rit ꝑ ignoꝛantiā · fecerit vnū ex hijs q̄
dn̄i lege ꝓhibētur · ⁊ peccati rea: intelle-
xerit iniquitatē ſuā · offeret arietem im-
maculatū de gregibꝫ ſacerdoti iuxta me-
ſurā eſtimacōnemqꝫ peccati: q̄ oꝛabit
pro eo qꝛ neſciēs fecerit · et dimittetur
ei · qꝛ ꝑ erroꝛē deliquit in dn̄o. vi.
Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen di-
cens. Anima que peccauerit · et
cōtēpto dn̄o negauerit pꝛoximo ſuo de-
poſitū qd̄ ſidei eius creditū fuerat · vel
vi aliqͦd extoꝛſerit · aut calūniā fecerit
ſiue rem perditam inuenerit et infiaās
inſuper peierauerit · et qd̄libet aliud ex
pluribꝫ fecerit in quibꝫ ſolēt peccare ho-
mines · cōuicta delicti reddet omia que
per fraudē voluit obtinere integra: ⁊ qn̄-
tam inſup partē dn̄o cui damnū intule-
rat. Pro pcc̄o aūt ſuo offeret arietē im-
maculatū de grege · et dabit eū ſacerdo-
ti iuxta eſtimacōem menſurāqꝫ delicti ·
qui rogabit pro eo coꝛā dn̄o ⁊ dimitte-
tur illi pro ſingulis q̄ faciendo peccauit.
Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen · dicens.
Pꝛecipe aaron ⁊ filijs eius. Hec eſt lex
olocauſti. Cremabitur ī altari tota no-
cte uſqꝫ mane. Ignis ex eodem altari
erit. Veſtietur tunica ſacerdos · et femi-
nalibꝫ lineis: tolletqꝫ cineres quos vo-
rans ignis exuſſit: et ponens iuxta alta-
re · ſpoliabitur p̄oꝛibꝫ veſtimētis: indu-
tuſqꝫ alijs efferet eos extra caſtra: ⁊ in
loco mūdiſſimo uſqꝫ ad fauillā cōſumi
faciet · Ignis aūt in altari ſēper ardebit

quē nutriet ſacerdos. ſubiciens mane
per ſingulos dies. et impoſito olocau-
ſto deſup. adipes adolebit pacificorum
Ignis eſt iſte perpetuus. q nunq̄ deficiet
et in altari. Hec eſt lex ſacrificij et liba-
mentorū q̄ offerēt filij aaron corā dño
et corā altari. Tollet ſacerdos pugillū
ſimile q̄ cōſperſa eſt oleo. ⁊ totū thus
qd̄ ſup ſimilā eſt: adolebitq; illud in al
tari i monimētū odoris ſuauiſſimi dño
Reliquā aūt partē ſimile comedet aarō
cū filijs ſuis abſq; fermento et comedet
in loco ſanctuarij tabernaculi. Ideo au-
tem nō fermentabitur: qꝛ pars eius in
dñi offertur incenſū. Sanctū ſanctorꝝ
erit: ſicut pro peccato atq; delicto. Ma-
res tantū ſtirpis aaron. comedēt illud
Legitimū ac ſempiternū erit in genera-
cōnibꝰ veſtris de ſacrificijs dñi. Omnis
qui tetigerit illa ſanctificabitur. Locutuſ
q; eſt dñs ad moyſen dicens. Hec eſt
oblacō aaron et filiorū eius quā offer-
re debent dño in die vnctionis ſue. De-
cimam partem ephy offerent ſimile in
ſacrificio ſempiterno. Mediū eius ma-
ne et mediū eius veſpere: q̄ in ſartagi-
ne oleo cōſperſa frigetur. Offeret autē
eam calidā in odorē ſuauiſſimū dño ſa-
cerdos qui iure patri ſucceſſerit: ⁊ tota
cremabitur in altari. Omne enī ſacrificiū
ſacerdotū igne cōſumetur: nec quiſq̄
comedet ex eo. Locutus eſt aūt dñs ad
moyſen dicēs. Loquere aaron et filijs
eius. Iſta eſt lex hoſtie p̄ peccato. In
loco vbi offertur olocauſtū immolabi-
tur corā dño. Sanctū ſanctorū ē. Sa-
cerdos qui offert comedet eā in loco ſan-
cto in atrio tabernaculi. Quicqd tetige-
rit carnes eius ſanctificabitur. Si de ſan-
guine illius veſtis fuerit aſperſa laua-
bitur in loco ſancto. Vas autē fictile
in quo cocta eſt cōfringetur: qꝛ ſi vas
eneū fuerit defricabitur: et lauabitur aqua
Omnis maſculus de genere ſacerdotali
veſcetur de carnibꝰ eius. qꝛ ſanctū ſan-
ctorū eſt. Hoſtia enī q̄ ceditur pro pec-
cato: cuius ſanguis infertur in taberna-
culū teſtimonij ad expiandū in ſanctu-
ario nō comedetur: ſed cōburetur igni. VII

Hec eſt lex hoſtie pro delicto.
Sancta ſanctorū ē. Idcirco vbi
immolabitur olocauſtū: mactabitur et vi-
ctima pro delicto. Sanguis eius p gy-
rum altaris fūdetur. Offerent ex ea cau-
dam et adipē qui operit vitalia: duos
renūculos. et pinguedinē q̄ iuxta ilia ē
reticulūq; iecoris cū renūculis: et adole-
bit ea ſacerdos ſup altare. Incenſū eſt
dñi pro delicto. Omnis maſculus de ſa-
cerdotali genere in loco ſancto veſcetur
hijs carnibꝰ: qꝛ ſanctum ſanctorū eſt.
Sicut pro pccō offertur hoſtia: ita et
pro delicto. Vtriuſq; hoſtie lex vna erit
ad ſacerdotē qui eā obtulerit ptinebit
Sacerdos qui offert olocauſti victimā
habebit pellem eius. Et omē ſacrificiū
ſimile qd̄ coquitur in clibano. et quic-
quid in craticula vel in ſartagine prepa-
ratur eius erit ſacerdotis a quo offertur
ſiue oleo cōſperſa ſiue arida fuerint.
Cūctis filijs aaron menſura equa per
ſingulos diuidetur. Hec eſt lex hoſtie
pacificorū q̄ offertur dño. Si pro gra-
ciarū actione oblacō fuerit: offerēt pa-
nes abſq; fermento. cōſperſo oleo ⁊ la-
gana azima vncta oleo coctamq; ſimi-
lam et collirid as. olei admixtione con-
ſperſas: panes q̄q; fermētatos cū hoſtia
graciarū q̄ immolatur pro pacificis et
quibꝰ vnus pro p̄mitijs. offertur dño
et erit ſacerdotis qui fūdet hoſtie ſāgui-
nem. Cuius carnes eadē comedent die

nec remanebit ex eis quicq̄ uſq; mane
Si voto vel ſponte quiſpiā obtulerit
hoſtiā: eadē ſimilit̄ edetur die. Sed et ſi
quid in craſtinū remanſerit: veſci licitū
eſt. Quicqd aūt tercius inuenerit dies
ignis abſumet. Si quis de carnibꝫ vi-
ctime pacificoꝝ die tercio comederit ir-
rita fiet eius oblacio: nec proderit offe-
renti: quin pocius quecūq; aīma tali ſe
edulio cōtaminauerit p̄uaricacōis rea
erit. Caro q̄ tetigerit aliqd immūdum
nō comedetur: ſed cōburet̄ igni. Qui
fuerit immūdus veſcetur ex ea. Anima
polluta q̄ ederit de carnibꝫ hoſtie pacifi-
coꝝ q̄ oblata eſt dn̄o pibit de populis
ſuis: ꝛ que tetigerit immūdiciā hoīs
vel iumēti: ſiue omnis rei que polluere
poteſt: et comederit de huiuſcemōi car-
nibꝫ: interibit de ꝑplis ſuis. Locutuſq;
eſt dn̄s ad moyſen dicens. Loquere fi-
lijs iſrahel. Adipem ouis et bouis et ca-
pre nō comedetis. Adipē cadaueris mor-
ticini et eius animalis quod a beſtia ca-
ptū eſt. habebitis in varios vſus. Si
quis adipē qui offerri debet in incenſum
domini comederit peribit de populo ſuo.
Sanguinē quoq; omnis animalis nō
ſumetis in cibo: tam de omibus q̄ȝ de pe-
coribꝫ. Omnis anima que ederit ſangui-
nem: peribit de populis ſuis. Locutuſq;
eſt dn̄s ad moyſen dicens. Loquere fi-
lijs iſrl̄ dicens. Qui offert victimā paci-
ficoꝝ dn̄o: offerat ſimul et ſacrificiū
id eſt libamēta eius. Tenebit manibꝫ
adipem hoſtie: et pectuſculū. Cūq; am
bo oblata domino cōſecrauerit tradent
ſacerdoti: qui adolebit adipem ſuper alta-
re: pectuſculū autē erit aaron et filioꝝ
eius. Armus quoq; dexter de pacificoꝝ
hoſtijs: cedet in primitias ſacerdotis.
Qui obtulerit ſanguinem et adipem fi-
lioꝝ aaron: ipſe habebit et armum
dextrum in porcione ſua. Pectuſculum
enī eleuacionis et armū ſeparacōis tu-
li a filijs iſrahel de hoſtijs eoꝝ pacificis
et dedi aaron ſacerdoti: ꝛ filijs eius lege
perpetua ab omī populo iſrahel. Hec eſt
vnctio aaron et filioꝝ eius in cerimo-
nijs domini. die quo obtulit eos moy-
ſes ut ſacerdocio fungerentur: et que p̄
cepit eis dari dominus a filijs iſrahel re-
ligione perpetua in generacōibꝫ ſuis
Iſta eſt lex olocauſti ꝛ ſacrificij pro pec-
cato atq; delicto. et pro cōſecracōne et
pacificoꝝ victimis quā cōſtituit dn̄s
moyſi in monte ſynai. quando mādau-
it filijs iſrl̄ ut offerrent oblacōes ſuas
dn̄o in deſerto ſynai. VIII.

Locutuſq; eſt dominus ad moy-
ſen dicens. Tolle aaron cū filijs
ſuis. veſtes eoꝝ et vnctionis oleū: vi-
tulū pro peccato. duos arietes caniſtꝝ
cū azimis: et congregabis omnem cetū
ad oſtiū tabernaculi. Fecit moyſes ut
dominus imperarat. cōgregataq; omī
turba ante fores tabernaculi. ait. Iſte
eſt ſermo quē iuſſit dominus fieri. Sta-
timq; obtulit aaron et filijs eius. Cū-
q; lauiſſet eos. veſtiuit pontificē ſubu-
cula linea. accingens eum balteo. et in-
duens eum tunica iacinctina: et deſu-
per humerale impoſuit. quod aſtringēs
angulo aptauit racōnali. in quo erat
doctrina et veritas. Cidari quoq; texit
caput: et ſuper eam contra frontem po-
ſuit laminam auream cōſecratā in ſan-
ctificacione: ſicut preceperat ei dominus
Tulit et vnctionis oleum: quo liniuit
tabernaculū cum omni ſuppellectili ſua.
Cūq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſe-
ptem vicibꝫ vnxit illud et oīa vaſa ei⁹
labrumq; cū baſi ſua ſanctificauit oleo

Quod fūdens ſup caput aaron: vnxit eū et cōſecrauit. Filios quoq; ei⁹ oblatos cōſecrauit. veſtiuitq; tunicas lineis et cinxit baltheis: impoſuitq; mitras ut iuſſerat dñs. Obtulit ⁊ vitulū pro peccato. Cūq; ſup caput eius poſuiſſet aaron ⁊ filij ei⁹ manus ſuas: immolauit eū hauriēs ſanguinē: et tincto digito tetigit cornua altaris p gyrū. Quo expiato et ſanctificato: fudit reliquū ſanguinē ad fūdamēta eius. Adipē vero q̇ erat ſup vitalia ⁊ reticulū iecoris duoſq; renūculos cū arunulis ſuis adoleuit ſuper altare: vitulū cū pelle ⁊ carnib; ⁊ fimo cremās extra caſtra: ſicut preceperat dñs. Obtulit ⁊ arietē in olocauſtum. Super cuius caput cū impoſuiſſent aaron et filij ei⁹ manus ſuas immolauit eū: ⁊ fudit ſāguinē ei⁹ p circuitū altaris. Ipmq; arietē in fruſta cōcidens caput eius et artus ⁊ adipem adoleuit igni: lotis prius inteſtinis et pedib;. Totūq; ſimul arietē incendit ſuper altare eo q̇ eſſet olocauſtū ſuauiſſimi odoris dño ſicut preceperat ei. Obtulit et arietē ſcōm in cōſecracōem ſacerdotū: poſueruntq; ſuper caput eius aaron et filij eius manus ſuas. Quē cū immolaſſet moyſes ſumēs de ſāguine. tetigit extremū auricule dextre aaron. ⁊ pollicē manus ei⁹ dextre: ſimilit̄ ⁊ pedis. Obtulit ⁊ filios aaron. Cūq; de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremū auricule ſingulorum dextre et pollices manus ac dextri pedis. reliquū fudit ſup altare per circuitū. Adipē vero et caudā. omnemq; pinguedinē q̇ operit inteſtina: reticulūq; iecoris ⁊ duos renes cū adipib; ſuis et armo dextro ſeparauit. Tollens aūt de caniſtro azimorum qd̄ erat corā dño panes abſq; fermēto et colliridā aſperſam oleo laganūq;: poſuit ſup adipes et armū dextrū. tradēs ſimul oīa aaron et filijs eius. Qui poſtq̄ leuauerunt ea corā dño: rurſū ſuſcepta de maīb; eoꝝ adoleuit ſuper altare olocauſti. eo q̇ cōſecracōnis eſſet oblacō in odorē ſuauitatis ſacrificij dñi. Tulitq; pectuſculum eleuās illud corā dño de ariete cōſecracōnis in partē ſuā: ſicut preceperat ei dñs. Aſſumenſq; vnguentū. ⁊ ſanguinem qui erat in altari aſperſit ſuper aaron ⁊ veſtimēta eius. et ſup filios illi⁹ ac veſtes eorū. Cūq; ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo precepit eis dicēs. Coquite carnes ante fores tabernaculi. ⁊ ibi comedite eas. Panes quoq; cōſecracōnis edite q̇ poſiti ſūt in caniſtro: ſicut precepit michi deus dicēs. Aaron ⁊ filij eius comedēt eos. Quicq̇d autē reliquū fuerit de carne ⁊ panib;: ignis obſumet. De oſtio quoq; tabernaculi nō exibitis ſeptē diebus uſq; ad diē quo implebitur tempus cōſecracōnis veſtre. Septē enim dieb; finitur cōſecracō ſicut in pñtiaꝝ factū eſt: ut ritus ſacrificij cōpleretur. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruātes cuſtodias dñi ne moriamini. Sic enī michi preceptū eſt. Feceruntq; aaron et filij eius cuncta que locutus eſt dñs per manū moyſi.

ix

Facto aūt octauo die vocauit moyſes aaron et filios eius ac maiores natu iſrl̄: dixitq; ad aaron. Tolle de armento vitulū pro peccato: ⁊ arietem in olocauſtū. vtrūq; immaculatū et offer illos corā dño. ⁊ ad filios iſrl̄ loqueris. Tollite hircū pro peccato et vitulū atq; agnū anniculū ⁊ ſine macula in olocauſtū: bouē ⁊ arietē pro pacificis: ⁊ immolate eos corā dño i ſacrificio ſingulorū ſimilam cōſperſam oleo

offerētes. Hodie enī dn̄s apparebit vo
bis. Tulerūt ergo cūcta que iusserat
moyſes ad oſtiū tabernaculi: vbi cum
oīs multitudo aſtaret ait moyſes. Iſte
eſt ſermo quē p̄cepit dn̄s. facite et appa-
rebit vobis gloria eius. Et dixit ad aa-
ron. Accede ad altare: et immola ꝓ pec-
cato tuo. Offer olocauſtū: ⁊ deprecare
pro te et pro populo. Cūq; mactaueris
hoſtiā populi: ora pro eis: ſicut p̄cepit
dn̄s. Statimq; aaron accedens ad alta-
re immolauit vitulū pro peccato ſuo:
cuius ſāguinē obtulerūt ei filij ſui. In
quo tingens digitū tetigit cornua al-
taris ⁊ fudit reſiduū ad baſim ei9. Adi
pemq; et renunculos ac reticulū iecoris
que ſunt pro peccato adoleuit ſup alta-
re ſicut p̄ceperat dn̄s moyſi. Carnes ve-
ro et pellem eius extra caſtra cōbuſſit
igni. Immolauit et olocauſti victimā
Obtulerūtq; ei filij ſui ſanguinē eius:
quē fudit per altaris circuitum. Ipſam
etiā hoſtiā in fruſta cōciſam cū capite et
membris ſingulis obtulerūt: que oīa
ſuper altare cremauit igni. lotis aqua
prius inteſtinis ⁊ pedib;. Et pro pecca-
to ppl'i offerens mactauit hircū: expiato
q; altari fecit olocauſtū. addens in ſacri
ficio libamenta. q̄ pariter offerūtur et
adolens ea ſup altare: abſq; cerimonijs
olocauſti matutini. Immolauit et bo-
uem atq; arietē hoſtias pacificas popu-
li. Obtulerūtq; ei filij ſui ſāguinē quē
fudit ſup altare in circuitu. adipē autē
bouis. et caudā arietis renūculoſq; cū
adipib; ſuis. et reticulū iecoris poſue-
runt ſuper pectora. Cūq; cremati eſſent
adipes ſup altare: pectora eoꝝ ⁊ armos
dextros ſeparauit aaron eleuans corā
dn̄o: ſicut p̄ceperat moyſes. Et extēdēs
manū ad populum benedixit ei: ſicq;
completis hoſtijs pro peccato ⁊ olocau
ſtis et pacificis. deſcendit. Ingreſſi au-
tem moyſes et aaron in tabernaculum
teſtimonij et deinceps egreſſi: benedixe-
runt populo. Apparuitq; gloria domi-
ni omni multitudini: et ecce egreſſus
ignis a domino deuorauit olocauſtū ⁊
adipes: qui erāt ſuper altare. Qd̄ cum
vidiſſent turbe: laudauerūt dn̄m ruen
tes in facies ſuas. X

Arreptiſq; nadab ⁊ abiu filij aarō
thuribulis ſuis impoſuerūt ignē
et incenſū deſup offerentes corā dn̄o
ignem alienū: quod eis preceptū non
erat. Egreſſuſq; ignis a dn̄o deuora
uit eos: et mortui ſunt coram domino
Dixitq; moyſes ad aaron. Hoc eſt qd̄
locutus eſt dn̄s. Sanctificabor in hijs
qui appropinquant michi: et in con-
ſpectu omnis populi glorificabor. Qd̄
audiens tacuit aaron. Vocatis autem
moyſes miſahele. ⁊ eliſaphan. filijs ozi-
el patrui aaron: ait ad eos. Ite et tolli-
te fratres veſtros de cōſpectu ſanctuarij
et aſportate extra caſtra. Confeſtimq;
pergentes tulerūt eos ſicut iacebant ve-
ſtitos lineis tunicis: ⁊ eiecerūt foras ut
ſibi fuerat imperatum. Locutuſq; eſt
moyſes ad aaron. et ad eleazar et ythā-
mar filios eius. Capita veſtra nolite
nudare. et veſtimenta nolite ſcindere
ne forte moriamini et ſuper omnē cetū
oriat' indignacō. Fratres veſtri et oīs
domus iſrahel plangant incendiū qd̄
dn̄s ſuſcitauit: vos autem nō egredie-
mini fores tabernaculi: alioquin peribi
tis. Oleū quippe ſancte vnctionis eſt
ſuper vos. Qui fecerūt oīa iuxta prece
ptum moyſi. Dixitq; dn̄s ad aaron.
Vinū et omne qd̄ inebriare poteſt non
bibetis. tu et filij tui quādo intrabitis

in tabernaculū teſtimonij ne moriami-
ni qꝛ preceptū ſempiternū eſt in genera-
cōnes veſtras · et ut habeatis ſcientiam
diſcernendi inter ſanctū et ꝓphanum ·
inter pollutū ⁊ mūdū · doceatiſqꝫ filios
iſrahel omīa legitima mea q̄ locutus ē
dn̄s ad eos manum moyſi. Locutuſqꝫ
eſt moyſes ad aaron · et ad eleazar et
ythamar filios eiꝰ · q̄ erāt reſidui. Tol-
lite ſacrificiū qđ remanſit de oblacōne
dn̄i · et comedite illud abſqꝫ fermento
iuxta altare: qꝛ ſanctū ſanctorū ē. Co-
meditis aūt in loco ſancto qđ datū eſt
tibi et filijs tuis: de oblacōnibꝫ dn̄i: ſi-
cut p̄ceptū eſt michi. Pectuſculū q̄ꝫ qđ
oblatū eſt · et armū qui ſeparatus eſt
edetis in loco mūdiſſimo tu et filij tui
et filie tue tecū. Tibi em̄ ac liberis tuis
repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribꝫ filio-
rū iſrl̄ · eo ꝙ armū ⁊ pectus et adipes q̄
cremant̄ in altari · eleuauerūt corā do-
mino: et pertineant ad te: et ad filios
tuos lege perpetua ſicut precepit dn̄s.
Inter hec hircū qui oblatus fuerat pro
peccato cū quereret moyſes exuſtū repe-
rit · iratuſqꝫ cōtra eleazar · et ythamar
filios aaron qui remanſerāt ait. Cur
nō comediſtis hoſtiam pro peccato in
loco ſancto · que ſancta ſanctorū eſt: ⁊
data vobis ut portetis iniquitatē multi-
tudinis et rogetis pro ea in conſpectu
dn̄i: preſertim cū de ſanguine illius nō
illatū intra ſancta · et comedere debue-
ratis eam in ſanctuario: ſicut p̄ceptū eſt
michi? Rn̄dit aaron. Oblata eſt hodie
victima pro pcc̄o et olocauſtū coram
dn̄o: michi aūt accidit qđ vides. Quo
potui comedere eā · aut placere dn̄o in ce-
rimonijs mēte lugubri? Qđ cū audiſ-
ſet moyſes recepit ſatiſfactionē.
Locutus eſt dn̄s ad moy XI.
ſen · ⁊ aaron dicēs. Dicite filijs iſrahel
Cuſtodite oīa q̄ ſcripſi vobis: ut ſim
deus veſter. Hec ſūt animalia q̄ come-
dere debetis de cūctis animantibꝫ terre.
Omne qđ habet diuiſam vngulā et ru-
minat in pecoribus comedetis. Quicqd
aūt ruminat et habet vngulā ſed non
diuidit eā · ſicut camelus ⁊ cetera · non
comedetis illud · et inter immūda repu-
tabitis. Cirogrillus qui ruminat vn-
gulāqꝫ nō diuidit immūdus eſt: lepus
q̄ꝫ nā et ipe ruminat ſed vngulā nō di-
uidit · et ſus q̄ cū vngulā diuidat non
ruminat: horū carnibꝫ non veſcemini.
Nec cadauera cōtingetis: qꝛ immūda
ſūt vobis. Hec etiā ſunt q̄ gignuntur
in aquis · et veſci licitum eſt. Omne qđ
habet pennulas et ſquamas tam in ma-
ri q̄ꝫ in fluminibus et ſtagnis comedetis
Quicqd aūt pennulas et ſquamas nō
habet eorū q̄ in aquis mouentur et vi-
uunt abominabile vobis execrandūqꝫ
erit. Carnes eorū nō comedetis: ⁊ mor-
ticina vitabitis. Cūcta q̄ nō habent pē-
nulas ⁊ ſquamas in aquis polluta erūt
Hec ſūt q̄ de auibꝫ comedere non debetis
et vitanda ſūt vobis. Aquilam et gri-
phū · et alietū · ⁊ miluū · ac vulturem
iuxta genus ſuū · ⁊ om̄e coruini generis
in ſimilitudinē ſuā · ſtruconē: ⁊ noctu-
am: et larū ⁊ accipitrē iuxta genus ſuū
bubonē ⁊ mergulū: ⁊ ibin · ⁊ cignū · ⁊
onocrotalū · ⁊ porphirionē · herodionē
et caradrion iuxta genus ſuū: vpupā
q̄ꝫ et veſpertilionē. Om̄e de volucribus
qđ graditur ſup quatuor pedes abomi-
nabile erit vobis. Quicqd aūt ambu-
lat quidē ſup quatuor pedes ſed habet lō-
giora retro crura p que ſalit ſup terrā
comedere debetis: ut eſt brucus in gene-
re ſuo · et attacus atqꝫ ophiomachus

atq; locuſta: ſingula iuxta genus ſuū.
Quicqd aūt ex volucribꝫ · quatuoꝛ tan-
tum habet pedes execrabile erit vobis: ⁊
quicūq; moꝛticina eoꝝ tetigerit pollue-
tur · et erit immūdus uſq; ad veſperā:
et ſi neceſſe fuerit ut poꝛtet quippiā ho-
rū moꝛtuū lauabit veſtimenta ſua · et
immūdꝰ erit uſq; ad occaſū ſolis. Om-
ne aial qd̄ habet quidē vngulā ſed non
diuidit eam · nec ruminat · immūdum
erit: et quicqd tetigerit illud cōtamina-
bitur. Quod ambulat ſup manus ex
cunctis aiantibꝫ que incedunt quadru-
pedia: immūdū erit. Qui tetigerit moꝛ-
ticina eoꝛū polluetur uſq; ad veſperum
et qui poꝛtauerit huiuſcemōi cadauera
lauabit veſtimenta ſua: et inmundus
erit uſq; ad veſperū · q2 omnia hec im-
munda ſunt vobis. Hec q̄q; inter pollu-
ta reputabūtur de hijs que mouentur
in terra muſtela et mus ⁊ cocodꝛillus:
ſingula iuxta genus ſuū: migale came-
leon: et ſtellio · et lacerta ⁊ talpa: oīa
hec immūda ſunt. Qui tetigerit moꝛtici-
na eoꝛū immūdus erit uſq; ad veſperū
et ſuper quem ceciderit quicq̄ de moꝛtici-
nis eoꝛū polluetur. Tam vas ligneū
et veſtimentū q̄ pelles · et cilicia · et in
q̄cūq; fit opus tingent̄ aqua: ⁊ polluta
erūt uſq; ad veſperū: ⁊ ſic poſtea mūda-
bunt̄. Vas aūt fictile ī qd̄ hoꝛū quicq̄
intro ceciderit polluet̄: ⁊ ideo frangēdū ē
Omis cibus quē comedetis ſi fuſa fue-
rit ſup eū aqua immūdus erit · et omē
liquēs qd̄ bibitur de vniuerſo vaſe im-
mūdum erit. Et quicqd de moꝛticinis
huiuſcemōi ceciderit ſuper illud immun-
dum erit: ſiue clibani: ſiue cytropedes
deſtruentur · ⁊ immūdi erūt. Fontes ve-
ro et ciſterne · et omnis aquarum con-
gregacō munda erit. Qui moꝛticinum
eoꝛum tetigerit polluetur. Si ceciderit
ſuper ſementem nō polluent eam · ſin au-
tem quiſpiam aqua ſementem perfude-
rit: et poſtea moꝛticinis tacta fuerit: il-
lico polluetur. Si moꝛtuū fuerit ani-
mal quod licet vobis comedere: qui ca-
dauer eius tetigerit immūdus erit uſq;
ad veſperū. Et qui comederit ex eo quip-
piam ſiue poꝛtauerit · lauabit veſtimē-
ta ſua · ⁊ immundus erit uſq; ad veſpe-
rum. Omne quod reptat ſuper terram
abominabile erit: nec aſſumetur in ci-
bum. Quicquid ſuper pectus quadru-
pes gradit̄: ⁊ multos habet pedes ſiue p
humū trahit̄ non comedetis: q2 abomi-
nabile eſt. Nolite cōtaminare animas
veſtras: nec tangatis quicq̄ eoꝛum ne
immundi ſitis. Ego ſum dn̄s deus ve-
ſter. Sancti eſtote · quia ego ſanctus
ſū ne polluatis animas veſtras in omi
reptili quod mouetur ſuper terrā. Ego
em̄ ſū dn̄s qui eduxi vos de terra egipti
ut eſſem vobis in deum. Sancti eritis
quia ego ſanctus ſum. Iſta eſt lex ani-
mantium ac volucrū: et omnis anime
viuentis · que mouetur in aqua · et re-
ptat in terra: ut differentias noueritis
mundi et immundi: et ut ſciatis quid
comedere et reſpuere debeatis.

xii

Locutuſq; eſt dominus ad moy-
ſen dicens. Loquere filijs iſrahel
et dices ad eos. Mulier ſi ſuſcepto ſe-
mine pepererit maſculum immūda erit
ſeptem diebus iuxta dies ſeparacōnis
menſtrue: et die octauo circumcidetur in-
fantulus: ipſa vero triginta tribus die-
bus manebit in ſanguine purificacio-
nis ſue. Omne ſanctum non tanget:
nec ingredietur in ſanctuarium donec
impleantur dies purgacōis ſue. Si
autem feminam pepererit immunda erit

duab; ebdomadibus iuxta ritū fluxus
menſtrui : et ſexaginta ſex dieb; mane-
bit in ſāguine purificacōis ſue. Cūqȝ
expleti fuerint dies purificacōnis ſue
pro filio ſiue pro filia deferet agnū an-
niculū in olocauſtū et pullū columbe:
ſiue turturē pro peccato ad oſtiū taber-
naculi teſtimonij ⁊ tradet ſacerdoti : qui
offeret illa corā dño : et orabit pro ea
et ſic mūdabit a pfluuio ſanguinis ſui
Iſta eſt lex parturientis maſculū et fe-
minā. Quod ſi nō inuenerit manus eius
nec potuerit offerre agnū · ſumet duos
turtures vl duos pullos colūbaꝝ vnū
in olocauſtū ⁊ alterū pro peccō. Orabit-
qȝ pro ea ſacerdos ⁊ ſic mūdabit. XIII.

Locutuſqȝ eſt dñs ad moyſen et
aaron dicēs. Homo in cuius cute
et carne ortus fuerit diuerſus color ſi-
ue puſtula: aut lucens quippiam id eſt
plaga lepre: adducet ad aaron ſacerdo-
tem · vel ad vnūquēlibet filiorū eius.
Qui cū viderit leprā in cute · et pilos in
albū mutatos colorē · ipamqȝ ſpeciē le-
pre humiliorē cute et carne reliqua pla-
ga lepre eſt · et ad arbitriū ei⁹ ſeparabi-
tur. Sin aūt lucēs candor fuerit in cute
nec humilior carne reliqua: et pili co-
loris priſtini: recludet eū ſacerdos ſeptē
dieb; · et cōſiderabit die ſeptimo. Et ſi
quidē lepra vltra nō creuerit · nec trāſi-
erit in cute priores terminos · rurſū re-
cludet eū ſeptē dieb; alijs · ⁊ die ſeptio
cōtēplabit. Si obſcurior fuerit lepra
et nō creuerit ī cute mūdabit eā: qꝛ ſca-
bies ē: lauabitqȝ homo veſtimēta ſua ⁊
mūdus erit. Quod ſi poſtq̄ a ſacerdote vi-
ſus eſt ⁊ redditus eſt mūdicie iterum
lepra creuerit adducetur ad eū ⁊ immū-
dicie cōdemnabitur. Plaga lepre ſi fue-
rit in homine adducetur ad ſacerdotem
et videbit eū. Cūqȝ color albus in cute
fuerit · et capillorū mutauerit aſpectū
ipſa quoqȝ caro viua apparuerit : lepra ve-
tuſtiſſima iudicabit: atqȝ inolita cuti.
Cōtaminabit itaqȝ eū ſacerdos · et nō
recludet: qꝛ perſpicue immūdicie ē. Sin
autē effloruerit diſcurrēs lepra in cute
et operuerit omnē carnē a capite uſqȝ
ad pedes · quicqd ſub aſpectu oculorum
cadit: cōſiderabit eū ſacerdos · et teneri
lepra mūdiſſima iudicabit eo qꝛ omīs
in candorē verſa ſit · ⁊ idcirco homo mū-
dus erit. Quando vero caro viuens in
eo apparuerit: tūc ſacerdotis iudicō pol-
luetur · et inter immūdos reputabitur.
Caro enī viua ſi lepra aſpergitur : im-
mūda eſt. Quod ſi rurſū verſa fuerit
in alborē et totū hominē operuerit · cō-
ſiderabit eū ſacerdos ⁊ mūdū eſſe decer-
net. Caro aūt ⁊ cutis in qua vlcus na-
tum eſt ⁊ ſanatū · ⁊ in loco vlceris cica-
trix alba apparuerit ſiue ſubrufa: addu-
cet homo ad ſacerdotē. Qui cū viderit locū
lepre humiliorē carne reliqua: ⁊ pilos
verſos in candorē: cōtaminabit eū. Pla-
ga enī lepre orta eſt in vlcere. Quod ſi
pilus coloris eſt priſtini ⁊ cicatrix ſub
obſcura · et vicina carne nō eſt humili-
or: recludet eū ſeptē diebus. Et ſi quidē
creuerit adiudicabit eū lepre · ſin autē
ſteterit in loco vlceris eſt cicatrix · et ho-
mo mūdus erit. Caro aūt ⁊ cutis quā
ignis exuſſerit · et ſanata albā ſiue ru-
fam habuerit cicatricē cōſiderabit eam
ſacerdos. Et ecce verſa eſt in alborē · et
locus eius reliqua cute eſt humilior · cō-
taminabit eū · qꝛ plaga lepre in cicatri-
ce orta eſt. Quod ſi pilorū color nō fu-
erit immutatus · nec humilior plaga
carne reliqua · et ipſa lepre ſpecies fue-
rit ſubobſcura · recludet eū ſeptē dieb;

et die ſeptimo ɔtemplabit. Si creuerit
in cute lepra cõtaminabit eũ: ſinaũt in
loco ſuo candoꝛ ſteterit nõ ſatis clarus
plaga cõbuſtionis eſt et idcirco mũda-
bitur · q; cicatrix eſt cõbuſture. Vir ſi-
ue mulier in cuius capite vel barba ger-
minauerit lepra: videbit eos ſacerdos.
Et ſiquidẽ humilioꝛ fuerit locus carne
reliqua ⁊ capillus flauus: ſolitoq; ſub-
tilioꝛ · cõtaminabit eos: quia lepra ca-
pitis ac barbe eſt. Sinaũt viderit locũ
macule equalẽ vicine carni · et capillũ
nigrũ: recludet eos ſeptem diebꝫ: et die
ſeptimo intuebitur. Si nõ creuerit ma-
cula · ⁊ capillus ſui coloꝛis eſt · ⁊ locus
plage carni reliqᷓue equalis radetur ho-
mo abſq; loco macule · et recludetur ſe-
ptem diebꝫ alijs. Si die ſeptimo viſa
fuerit ſtetiſſe plaga ĩ loco ſuo: nec hu-
milioꝛ carne reliqua · mũdabit eũ: lo-
tiſq; veſtibꝫ ſuis mũdus erit. Sinaũt
poſt emũdacõem: rurſus creuerit macu-
la in cute · nõ queret amplius vtrũ ca-
pillus in flauũ coloꝛẽ ſit cõmutatus:
q; aperte immũdus eſt. Poꝛro ſi ſtete-
rit macula et capilli nigri fuerint: no-
uerit hoĩem ſanatũ eſſe: et cõfidenẽ pro-
nũciet eũ mũdũ. Vir ſiue mulier ĩ cuiꝰ
cute candoꝛ apparuerit: intuebit eos ſa-
cerdos. Si dep̃henderit ſubobſcurũ albo-
rem lucere in cute: ſciat nõ eſſe lepꝛam
ſed maculã coloꝛis candidi: et homiez
mũdũ. Vir de cuiꝰ capite capilli fluũt
caluus et mũdus eſt. Et ſi a fronte ced-
derint pili · recaluaſter et mũdus eſt.
Sinaũt in caluicio ſiue in recaluacõne
albus vel rufus coloꝛ fuerit exoꝛtus · ⁊
hoc ſacerdos viderit · cõdemnabit eum ·
haut dubie lepꝛe: que oꝛta eſt in calui-
cio. Quicũq; ergo maculatꝰ fuerit lepꝛa
et ſeparatus eſt ad arbitriũ ſacerdotis:
habebit veſtimenta diſſuta caput nudũ
os veſte cõtectũ · cõtaminatũ ac ſoꝛdi-
dũ ſe clamabit. Omi tẽpoꝛe quo lepꝛo-
ſus eſt ⁊ immũdus: ſolus habitabit ex-
tra caſtra. Veſtis lanea ſiue linea · que
lepꝛam habuerit in ſtamine atq; ſubte-
gmine aut certe pellis vel quicq̃d ex pel-
le confectũ eſt: ſi alba vel rufa macula
fuerit infecta · lepꝛa reputabitur: oſten-
deturq; ſacerdoti. Qui cõſideratã reclu-
det ſeptem diebus · et die ſeptimo rur-
ſus aſpiciens · ſi dep̃henderit creuiſſe: le-
pꝛa perſeuerans eſt: pollutũ iudicabit
veſtimentũ: et omne in quo fuerit in-
uenta: et idcirco comburetur flammis.
Quod ſi eã viderit nõ creuiſſe: pꝛecipiet
et lauabunt id in quo lepꝛa eſt: reclu-
detq; illud ſeptem diebus alijs. Et cum
viderit faciem quidẽ pꝛiſtinam non re-
uerſam · nec tamen creuiſſe lepꝛam: im-
mundum iudicabit et igne cõburet:
eo q̄ infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti:
vel per totum lepꝛa. Sinautẽ obſcuri-
oꝛ fuerit locus lepꝛe poſtq̃ veſtis eſt lo-
ta: abrũpet eũ ⁊ a ſolido diuidet. Quod
ſi vltra apparuerit in hijs locis q̃ pꝛius
immaculata erant: lepꝛa volatilis ⁊ va-
ga debet igne cõburi. Si ceſſauerit · la-
uabit aqua ea que pura ſunt ſecũdo: et
munda erũt. Iſta eſt lex lepꝛe veſtimẽti
lanei et linei · ſtaminis atq; ſubtegmi-
nis · omniſq; ſuppellectilis pellicee · quõ
mũdari debeat vel ɔtaminari. xiiij ·

LOcutuſq; eſt dominus ad moy-
ſen dicens. Hec eſt ritus lepꝛoſi
quando mundatus eſt. Adducetur ad
ſacerdotem. Qui egreſſus de caſtris ·
cum inuenerit lepꝛam eſſe mundatam.
pꝛecipiet ei qui purificatur: ut offerat
duos paſſeres viuos pꝛo ſe: quos ve-
ſci licitum eſt: et lignum cedꝛinum ·

vermiculūq; et yſopū. Et vnū ex paſſe-
ribꝫ immolari iubebit ī vaſe fictili ſup
aquas viuētes: aliū aūt viuū cū ligno
cedrino ⁊ cocco et yſopo. tinget in ſan-
guine paſſeris īmolati q̄ aſperget illū
q̄ mūdādus eſt ſepcies ut iure purget
et dimittet paſſerē viuū ut ī agrū auo-
let. Cūq; lauerit homo veſtimēta ſua
radet oīs pilos corporis. ⁊ lauabitur
aqua. purificatuſq; ingredietˀ caſtra.
ita dūtaxat ut maneat extra tabernacu-
lum ſuū ſeptē diebus: ⁊ die ſeptima ra-
det capillos capitis: barbāq; ⁊ ſuperci-
lia: ac totiꝰ corporis pilos. Et lotis rur-
ſum veſtibꝫ ⁊ corpore. die octauo aſſu-
met duos agnos immaculatos. ⁊ ouē
anniculā abſq; macula: et tres decimas
ſimile in ſacrificiū q̄ conſperſa ſit oleo:
et ſeorſum olei ſextariū: Cūq; ſacerdos
purificans hominē ſtatuerit eū et hec
oīa corā dn̄o in oſtio tabernaculi te-
ſtimonij: tollet agnū et offeret eū pro
delicto oleiq; ſextariū. Et oblatis ante
dn̄m omnibꝫ: immolabit agnū vbi ſo-
let immolari hoſtia pro pcc̄o et olocau-
ſtū: id eſt in loco ſancto. Sicut em̄ ꝓ
peccato: ita et pro delicto ad ſacerdotem
ꝑtinet hoſtia. Sancta ſanctorū eſt.
Aſſumēſq; ſacerdos de ſanguine hoſtie
q̄ immolata eſt pro delicto ponet ſuper
extremū auricule dextre eius q̄ mūdatur
et ſup pollices manus dextre et pedis:
et de olei ſextario mittet in manū ſuam
ſiniſtrā tingetq; digitū dextrū in eo: et
aſperget corā dn̄o ſepcies. Quod autē
reliquū eſt olei in leua manu. fūdet ſu-
per extremū auricule dextre eius q̄ mun-
datur: et ſup pollices manus ac pedis
dextri et ſup ſanguinem qui effuſus eſt
pro delicto: et ſuper caput eius. Roga-
bitq; ꝓ eo corā dn̄o: ⁊ faciet ſacrificiū
pro peccato. Tunc immolabit olocau-
ſtum et ponet illud in altari cū libamē-
tis ſuis. et homo rite mūdabitur. Quod
ſi pauper eſt: et nō poteſt manus eius
inuenire q̄ dicta ſūt: pro delicto ſumet
agnū ad oblacōem. ut roget pro eo ſa-
cerdos. decimamq; partē ſimile. cōſper-
ſe oleo in ſacrificiū. et olei ſextariū. du-
oſq; turtures ſiue duos pullos colūbe
quorū vnꝰ ſit pro pcc̄o: ⁊ alter in olo-
cauſtū: offeretq; ea die octauo purifi-
cacōnis ſue ſacerdoti ad oſtiū taberna-
culi teſtimonij corā dn̄o. Qui ſuſcipiēs
agnū pro delicto: et ſextariū olei. leua-
bit ſimul: immolatoq; agno de ſāgui-
ne eiꝰ ponet ſup extremū auricule dextre
eius qui mūdatur ⁊ ſup pollices manꝰ
eius ac pedis dextri. Olei vero partem
mittet in manū ſuam ſiniſtrā: in quo
tingens digitū dextre manus aſperget
ſepcies corā dn̄o tāgetq; extremū dextre
auricule illius q̄ mūdatur: et pollices
manus ac pedis dextri. in loco ſangui-
nis q̄ effuſus eſt pro delicto. Reliquā
aūt partē olei q̄ eſt ī ſiniſtra manu. mit-
tet ſup caput purificati: ut placet pro
eo dn̄m: ⁊ turturem ſiue pullū colūbe
offeret vnū pro delicto. ⁊ alterū in olo-
cauſtū cū libamentis ſuis. Hoc eſt ſa-
crificiū leproſi. q̄ habere non poteſt oīa
in emūdacōem ſui. Locutuſq; eſt dn̄s
ad moyſen ⁊ aaron dicēs. Cūq; ingreſ-
ſi fueritis terrā chanaan quā ego dabo
ceſſit ab eis omne preſidium: dn̄s no-
biſcū eſt: nolite metuere. Cūq; clama-
ret omis multitudo ⁊ lapidibꝫ eos vel-
let opprimere: apparuit gloria dn̄i ſuper
tectū federis. cūctis videntibꝫ filijs iſrl.
Et dixit dn̄s ad moyſen. Vſq;quo de-
trahet michi populus iſte? Quouſq;
nō credet michi in omnibꝫ ſignis que

fecí corā eis? Feriam igitur eos peſtilen-
tia atq; cōſumā: te aūt faciā principem
ſup gentē magnā ⁊ fortiorē q̄3 hec eſt
Et ait moyſes ad dn̄m. Ut audiāt egi-
ptij de quorū medio eduxiſti populum
iſtū ⁊ habitatores terre huius: qui au-
dierūt ꝙ tu dn̄e in ppl'o iſto ſis ⁊ facie
videaris ad faciem: ⁊ nubes tua prote
gat illos. ⁊ in colūna nubis precedas
eos per diem. ⁊ in colūna ignis per no-
ctem. ꝙ occideris tantā multitudinē q̄ſi
vnū hominē: ⁊ dicant. Nō poterat in-
troducere populū in terrā pro qua iura-
uerat: idcirco occidit eos in ſolitudine
Magnificetur ergo fortitudo domini: ſi-
cut iuraſti dicens. Dn̄s patiens ⁊ mul-
te miſericordie. auferens iniquitatē ⁊
ſcelera: nullūq; innoxiū derelinquens:
qui viſitas peccata patrū filios in terciā
⁊ quartam generacōem: dimitte obſe-
cro peccatū populi tui huius ſecūdū ma-
gnitudinē miſericordie tue: ſicut ppicia-
us fuiſti egredientib; de egipto uſq; ad
locū iſtum. Dixitq; dn̄s. Dimiſi iuxta
verbum tuū. Viuo ego: ⁊ implebit glo-
ria dn̄i vniuerſa terra. Attamē omnes
homines qui viderūt maieſtatē meam:
⁊ ſigna que feci in egipto ⁊ in ſolitudi-
ne. ⁊ temptauerūt me iā p decem vices
nec obedierūt voci mee. nō videbūt ter-
ram pro qua iuraui patrib; eorum: nec
quiſq̄ ex illis qui detraxit michi intue-
bitur eam. Seruū meū caleb qui ple-
nus alio ſpiritu ſecutus eſt me inducā
in terram hanc quā circuiuit: ⁊ ſemen
eius poſſidebit eā: quoniā amalechites
⁊ chananeus habitant in vallibus.
Cras mouete caſtra: ⁊ reuertimini in
ſolitudinem p viam maris rubri. Locu
tuſq; eſt dn̄s ad moyſen ⁊ aaron dicēs
Vſq; quo multitudo hec peſſima murmu-
rat cōtra me? Querelas filiorū iſrahel
audiui. Dic ergo eis. Viuo ego ait do-
minus: ſicut locuti eſtis audiente me.
ſic faciā vobis. In ſolitudine hac iace-
bunt cadauera veſtra. Omīs qui nume-
rati eſtis a vigīti annis ⁊ ſupra ⁊ mur-
muraſtis contra me. nō intrabitis ter-
ram ſup quā leuaui manū meā ut habi-
tare vos facerem: preter caleb filium ie-
phone. ⁊ ioſue filium nun. Paruulos
aūt veſtros de quib; dixiſtis quod pre-
de hoſtib; forent introducam: ut vide-
ant terram que vobis diſplicuit: veſtra
cadauera iacebūt in ſolitudine. Filij ve-
ſtri erūt vagi in deſerto annis quadra-
ginta: ⁊ portabūt fornicacōnem veſtrā
donec cōſumentur cadauera patrū in de-
ſerto: iuxta numerū quadraginta dieꝝ
quibus cōſideraſtis terrā. Annus pro
die imputabitur. Et quadraginta an-
nis recipietis iniquitates veſtras: ⁊ ſcie-
tis vlcōnē meam. Quoniā ſicut locut9
ſum. ita faciam omni multitudini huic
peſſime. que conſurrexit aduerſū me:
in ſolitudie hac deficiet ⁊ morietᷣ. Igitᷣ
omnes viri: quos miſerat moyſes ad
cōtemplandā terram. ⁊ q̄ reuerſi mur-
murare fecerant contra eū omnē multi-
tudinē. Detrahentes terre ꝙ eſſet mala:
mortui ſunt atq; percuſſiq; in conſpectu
domini. Ioſue aūt filius nun ⁊ caleb fi-
lius iephone vixerunt ex omibus: qui
perrexerant ad conſiderandā terrā. Locu-
tuſq; eſt moyſes vniuerſa verba hec ad
omīs filios iſrahel: ⁊ luxit populus ni-
mis. Et ecce mane p̄mo ſurgētes aſcen-
derunt verticem montis: atq; dixerunt.
Parati ſumus aſcendere ad locū de quo
dn̄s locutus eſt: quia peccauim9. Qui-
bus moyſes. Cur inq̄t trāſgredimini
verbū dn̄i. qd̄ vobis nō cedet i pſperū?

Nolite aſcēdere · nō eñ eſt dn̄s vobiſcū:
ne corruatis corā inimicis veſtris. Ama-
lechites ⁊ chananeus ante vos ſūt q̄rū
gladio corructis: eo q̄ nolueritis acq̄-
eſcere dn̄o: nec erit dn̄s vobiſcū. At il-
li cōtenebrati aſcenderūt in verticē mon-
tis. Archa autē teſtamenti dn̄i ⁊ moy-
ſes nō receſſerūt de caſtris. Deſcenditq̄
amalechites ⁊ chananeus q̄ habitabāt
in monte: et percutiens eos atq̄ cōcidens
pſecutus eſt eos uſq̄ horma. XV.
Locutus eſt dn̄s ad moyſen dicēs
Loquere ad filios iſrl̄ · ⁊ dices ad
eos. Cū ingreſſi fueritis terrā habita-
cionis veſtre quā ego dabo vobis · ⁊ fe-
ceritis oblacōem dn̄o ī olocauſtū · aut
victimā pacificam vota ſoluentes · vel
ſponte offerentes munera · aut in ſolē-
nitatibus vr̄is adolentes odorem ſuauita-
tis dn̄o: de bubus ſiue de ouibus offeret
quicūq̄ immolauerit victimā: ſacrifi-
ciū ſimile decimā partē ephi cōſperſam
oleo · qd̄ menſurā habebit quartā par-
tem hin: et vinū ad liba fundenda eiuſ-
dem menſure dabit in olocauſtū ſiue in
victimam. Per agnos ſingulos et arie-
tes erit ſacrificiū ſimile duarū decimarū
que cōſperſa ſit oleo tercie partis hin:
et vinū ad libamentū tercie partis eiuſ-
dem menſure offeret in odorē ſuauitatis
domino. Quādo vero de bubus feceris
olocauſtū aut hoſtiam ut impleas vo-
tum vel pacificas victimas: dabis per
ſingulos boues ſimile tres decimas cō-
ſperſe oleo · quod habeat mediū menſu-
re hin · et vinum ad liba fundenda eiuſ-
dem menſure in oblacōnem ſuauiſſimi
odoris domino. Sic facietis per ſingu-
los boues et arietes et agnos · et edos
tam indigene q̄ peregrini eodem ritu of-
ferent ſacrificia. Unum preceptum erit
atq̄ iudiciū tā vobis q̄ aduenis terre.
Locutus eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Loq̄-
re filiis iſrl̄: et dices ad eos. Cū veneri-
tis in terrā quā dabo vobis · et comede-
ritis de panibus regionis illius: ſepara-
bitis primitias dn̄o de cibis veſtris. Si-
cut de areis primitias ſeparabitis: ita ⁊
de pulmentis dabitis primitiua domino
Quod ſi per ignorantiam preterieritis
quicq̄ horū que locutus eſt dominus
ad moyſen · et mandauit per eū ad vos
a die qua cepit iubere ⁊ vltra · oblitaq̄
fuerit facere multitudo: offeret vitulū
de armento olocauſtū in odorē ſuauiſſi-
mū dn̄o · ⁊ ſacrificiū eius ac liba ut ceri-
monie poſtulant: hircumq̄ pro pecca-
to: et rogabit ſacerdos pro omni mul-
titudine filiorū iſrahel ⁊ dimittetur eis
quoniā nō ſponte peccauerunt. nichilo-
minus offerentes incenſū dn̄o pro ſe ⁊
pro peccato atq̄ errore ſuo: et dimitte-
tur vniuerſe plebi filiorū iſrl̄: et adue-
nis qui peregrinant̄ inter vos: quoniā
culpa eſt omnis p̄pl̄i per ignorantiā. Nō
ſi anima vna neſciens peccauerit · offe-
ret capram anniculam pro peccato ſuo
et deprecabit̄ pro ea ſacerdos qd̄ inſcia
peccauerit corā dn̄o: impetrabitq̄ ei ve-
niam ⁊ dimittetur illi. Tā indigenis q̄
aduenis vna lex erit omniū q̄ peccaue-
rint ignorantes. Anima vero que p ſu-
perbiam aliquid cōmiſerit: ſiue ciuis ſit
ille ſiue peregrinus: quoniā aduerſus
dn̄m rebellis fuit: peribit de populo ſuo
Verbū eñ dn̄i contempſit · et preceptū
illius fecit irritum: idcirco delebitur · et
portabit iniquitatem ſuam. Factum eſt
autē cum eſſent filii iſrahel in ſolitudi-
ne · et inueniſſent hominē colligentē li-
gna in die ſabbati: obtulerunt eū moy-
ſi et aaron: et vniuerſe multitudini.

Qui recluſerũt eũ in carcerem: neſcien-
tes quid ſuper eo facere deberent. Dixit
q; dñs ad moyſen. Morte moriať ho-
mo iſte: obruat eũ lapidib; omis tur-
ba extra caſtra. Cũq; eduxiſſent eũ fo-
ras obruerũt eũ lapidib;: et mortuus
eſt ſicut p̃ceperat dñs. Dixit q; dñs ad
moyſen. Loquere filijs iſrahel et dices
ad eos: ut faciant ſibi fimbrias p an-
gulos palliorum: ponentes in eis vittas
iacinctinas. Quas cũ viderint recordẽ-
tur omniũ mandatorũ dñi: nec ſequant
cogitacões ſuas et oculos per res va-
rias fornicantes: ſed magis memores
preceptorũ dñi. faciãt ea: ſintq; ſancti
deo ſuo. Ego dñs de' veſter. qui eduxi
vos de terra egipti: ut eſſem deus veſter

Ecce aũt chore filius . xvi .
yſaar filij caath. filij leui. et da-
than. atq; abiran filij eliab. Hon q; fi-
lius pheleth de filijs ruben ſurrexerunt
contra moyſen: aliiq; filiorũ iſrahel du-
centi quinquaginta viri proceres ſyna-
goge. et qui tempore concilij p noia voca-
bantur. Cumq; ſtetiſſent aduerſũ moy-
ſen et aaron dixerũt. Sufficiat vobis
quia omis multitudo ſanctorum eſt: et in
ipſis eſt dñs. Cur eleuamini ſup popu-
lum dñi? Quod cũ audiſſet moyſes cecĩ-
dit pronus in faciem: locutuſq; ad cho-
re et ad omnẽ multitudinẽ. Mane in-
quit notũ faciet dñs qui ad ſe pertineãt:
et ſanctos applicabit ſibi. et quos ele-
gerit appropinquabũt ei. Hoc igitur
facite. Tollat vnuſquiſq; thuribula
ſua tu chore et omẽ conciliũ tuũ. et hau-
ſto cras igne ponite deſuper thimiama
corã dño: et quẽcunq; elegerit. ipſe erit
ſanctus. Multũ erigimini filij leui. Di-
xitq; rurſum ad chore. Audite filij le-
ui. Num parum vobis eſt q; ſeparauit
vos deus iſrahel ab omi populo: et iun-
xit ſibi: ut ſeruiretis ei in cultu taberna-
culi et ſtaretis coram frequentia populi
et miniſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit
accedere te et omes fratres tuos filios
leui: ut vobis etiã ſacerdotiũ vendicetis
et omis globus tuus ſtet cõtra dñm?
Quid eſt enĩ aaron ut murmuretis con-
tra eũ? Miſit ergo moyſes ut vocaret
dathan et abiran filios eliab. Qui re-
ſponderũt. Nõ venimus. Nũquid pa-
rum eſt tibi q; eduxiſti nos de terra egi-
pti que lacte et melle manabat ut occi-
deres in deſerto. niſi et dominat' fueris
noſtri? Reuera induxiſti nos in terram
q̃ fluit riuis lactis et mellis: et dediſti
nobis poſſeſſiones agrorũ et vinearũ.
An et oculos noſtros vis eruere? Nõ
venimus. Iratuſq; moyſes valde: ait
ad dñm. Ne reſpicias ſacrificia eorum.
Tu ſcis q; nec aſellũ quidẽ vnq̃ acce-
perim ab eis: nec afflixerim quẽpiam eo-
rum. Dixitq; ad chore. Tu et omis cõ-
gregacõ tua ſtate ſeorſũ corã dño. et aa-
ron die craſtino ſeparatim. Tollite ſin-
guli thuribula veſtra. et ponite ſup ea
incenſũ offerentes dño ducenta quinq̃-
ginta thuribula: aaron q; teneat thuri-
bulũ ſuũ. Quod cũ feciſſent ſtantib; moy-
ſe et aaron. et coaceruaſſent aduerſum
eos omnẽ multitudinẽ ad oſtiũ taber-
naculi: apparuit cunctis gloria dñi. Locu-
tuſq; dñs ad moyſen et aaron ait. Se-
paramini de medio cõgregacõis huius:
ut eos repente diſperdã. Qui ceciderunt
proni in faciem: atq; dixerunt. Fortiſſi-
me deus ſpirituum vniuerſe carnis. num
vno peccante cõtra omes tua ira deſeuiet?
Et ait dñs ad moyſen. Precipe vniuer-
ſo populo ut ſeparetur a tabernaculis
chore et dathan et abiran. Surrexitq;

moyſes et abijt ad dathan ⁊ abiron: et
ſequentib⁹ eū ſeniorib⁹ iſrł dixit ad tur-
bam. Recedite a tabernaculis impiorū:
et nolite tangere q̄ ad eos ptinent: ne
inuoluamini in peccatis eorū. Cūq; re-
ceſſiſſent a tentorijs eorū p circuitū · da-
than et abiron egreſſi ſtabant in introi-
tu papilionū ſuaꝝ: cū vxorib⁹ ⁊ liberis
omīq; frequentia. Et ait moyſes. In
hoc ſcietis q dñs miſerit me: ut facerē
vniuerſa que cernitis: et nō ex ꝓprio ea
corde protulerim. Si cōſueta hominū
morte interierint: ⁊ viſitauerit eos pla-
ga qua et ceteri viſitari ſolent: nō mi-
ſit me dñs. Sin autē nouam rē fecerit
dñs: ut aperiens terra os ſuū deglutiat
eos et om̄ia que ad illos pertinēt · deſcē-
derintq; viuentes in infernū: ſcietis q
blaſphemauerint dñm. Cōfeſtim igiť
ut ceſſauit loqui dirupta eſt terra ſub
pedib⁹ eorū: et aperiens os ſuū deuora-
uit illos cū tabernaculis ſuis · et vniuer-
ſa ſubſtantia eorū. Deſcenderūtq; viui
in infernū operti humo · et perierūt de me-
dio multitudinis. At vero omnis iſra-
hel: qui ſtabat per gyrū fugit a clamo-
re pereuntium dicens. Ne forte et nos
terra deglutiat. Sed et ignis egreſſus a
dño interfecit ducentos quīquaginta vi-
ros q̄ offerebāt incenſū. xvii.

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen di-
cens. Precipe eleazaro filio aaron
ſacerdoti ut tollat thuribula que iacent
in incendio · ⁊ ignem huc illucq; diſper-
gat · quoniā ſanctificata ſunt in mortu-
bus peccatorum producatq; ea in lami-
nas: et affigat altari · eo q oblatum
ſit in eis incenſum domino et ſanctifi-
cata ſint: ut cernāt ea pro ſigno et mo-
nimento filij iſrahel. Tulit ergo eleazar
ſacerdos thuribula enea: in quib⁹ obtu-
lerant hij quos incendium deuorauit:
et produxit ea in laminas affigens al-
tari: ut haberent poſtea filij iſrahel qui-
bus admonerentur: ne quis accedat ali-
enigena et qui nō eſt de ſemine aaron:
ad offerendū incenſū domino: ne patia-
tur ſicut paſſus eſt chore · et om̄is con-
gregacō eius: loquente domino ad mo-
yſen. Murmurauit autē om̄is multitu-
do filioꝝ iſrahel ſequenti die cōtra moy-
ſen et aaron: dicēs. Vos interfeciſtis po-
pulū dñi. Cumq; oriretur ſeditio ⁊ tu-
multus increſceret: moyſes et aaron
fugerunt ad tabernaculū federis. Quod
poſtq̄ ingreſſi ſūt operuit nubes: ⁊ apa-
ruit gloria dñi. Dixitq; dñs ad moy-
ſen. Recedite de medio huius multitu-
dinis: et iam nunc delebo eos. Cumq;
iacerēt in terra: dixit moyſes ad aaron
Tolle thuribulū · et hauſto igne de al-
tari mitte incenſum deſuper · pergens ci-
to ad populum: ut roges pro eis. Iam
enī egreſſa eſt ira a domino: et plaga
deſeuit. Quod cū feciſſet aaron · ⁊ cucur-
riſſet ad mediā multitudinem quā iam
vaſtabat incendiū obtulit thimiama:
et ſtans inter mortuos ac viuētes pro
populo deprecatus eſt: ⁊ plaga ceſſauit
Fuerunt autē qui percuſſi ſunt quatuor-
decim milia hominū et ſeptingenti: abſ-
q; hijs qui perierant in ſedicōne chore
Reuerſuſq; ē aaron ad moyſen ad oſti-
um tabernaculi federis: poſtq̄ quieuit
interitus. Et locutus eſt dñs ad moy-
ſen dicens. Loquere ad filios iſrahel: ⁊
accipe ab eis virgas ſingulas p cogna-
cōnes ſuas a cunctis principib⁹ tribuū
virgas duodecim: et vnuſquiſq; nomē
ſuper ſcribes virge ſue. Nomen autem
aaron erit in tribu leui: et vna virga
cunctas eorum familias continebit:

poneſq; eas in tabernaculo federis corā teſtimonio vbi loquar ad te. Quem ex hijs elegero germinabit virga eius: et cohibebo a me querimonias filiorum iſrl quibus cōtra vos murmurāt. Locutuſq; eſt moyſes ad filios iſrahel: et dederunt ei omēs principes virgas p ſingulas tribus. Fuerūtq; virge duodecim abſq; virga aaron. Quas cum poſuiſſet moyſes corā dn̄o in tabernaculo teſtimonij: ſequenti die egreſſus inuenit germinaſſe virgā aaron in domo leui: et turgētibus gemmis eruperāt flores: q̄ folijs dilatatis in amigdalas deformati ſunt Protulit ergo moyſes omēs virgas de conſpectu dn̄i ad cūctos filios iſrahel: viderūtq; receperūt ſinguli virgas ſuas Dixitq; dn̄s ad moyſen. Refer virgā aaron in tabernaculū teſtimonij: ut ſeruetur ibi in ſignū rebelliū filiorum iſrahel: et quieſcant querele eorū a me ne moriantur. Fecitq; moyſes ſicut preceperat dn̄s. Dixerunt aūt filij iſrahel ad moyſen. Ecce cōſumpti ſumus: omēs peribimus. Quicūq; accedit ad tabernaculum dn̄i moritur. Nū uſq; ad internicionē cuncti delendi ſumus?

XVIII.

Dixitq; dn̄s ad aaron. Tu et filij tui et domus patris tui tecū portabitis iniquitatē ſanctuarij: et tu et filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij veſtri. Sed et fratres tuos de tribu leui ꝛ ſceptro patris tui ſume tecū: preſtoq; ſint et miniſtrent tibi. Tu aūt et filij tui miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonij. Excubabūtq; leuite ad precepta tua: et ad cuncta opa tabernaculi: ita dūtaxat ut ad vaſa ſanctuarij et altare nō accedant: ne et illi moriantur: et vos pereatis ſimul. Sint aūt tecū et excubent in cuſtodijs tabernaculi: et in omnibus cerimonijs eius: alienigena nō miſcebitur vobis. Excubate ī cuſtodia ſanctuarij: et in miniſterio altaris: ne oriatur indignacō ſuper filios iſrahel. Ego dedi vobis fratres veſtros leuitas de medio filiorum iſrahel: ꝛ tradidi donum dn̄o ut ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius. Tu aūt ꝛ filij tui cuſtodite ſacerdotiū veſtrū: et omīa que ad cultū altaris pertinent: ꝛ intra velū ſūt per ſacerdotes amminiſtrabūtur. Si quis externus acceſſerit occidetur. Locutus ē dn̄s ad aaron. Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarū mearū. Omnia que ſanctificantur a filijs iſrl tibi tradidi et filijs tuis pro officio ſacerdotali legitima ſempiterna. Hec ergo accipies de hijs que ſanctificantur ꝛ oblata ſunt dn̄o. Omīs oblacō ꝛ ſacrificiū: ꝛ quicquid pro peccato atq; delicto redditur michi ꝛ cedet in ſancta ſanctorū: tuū erit ꝛ filiorum tuorū. In ſanctuario comedes illud. Mares tantū edēt ex eo: q2 cōſecratū eſt tibi Primitias aūt quas vouerint ꝛ obtulerint filij iſrahel: tibi dedi ꝛ filijs tuis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mūdus eſt in domo tua: veſcetur eis. Omnem medullā olei ꝛ vini ac frumenti: quicquid offerūt primitiarū dn̄o: tibi dedi Uniuerſa frugum inicia que gignit humus ꝛ dn̄o deportantur: cedent in vſus tuos. Qui mundus eſt in domo tua veſcetur ex eis. Omne qd̄ ex voto reddiderint filij iſrahel: tuū erit. Quicquid primū erumpit e vulua cūcte carnis: quā offerūt dn̄o: ſiue ex hominibus ſiue de pecoribus fuerit: tui iuris erit: ita dumtaxat ut pro hominis primogenito precium accipies: et omne aīal qd̄ inmūdum eſt redimi facias: cuius redempcio erit poſt vnum menſem: ſiclis argenti

quinqꝫ pondere ſanctuarij. Siclus vi
ginti obolos habet. Primogenitū aūt
bouis et ouis ⁊ capre nō facies redimi:
quia ſanctificate ſūt dn̄o. Sanguinē
tantū eorū fundes ſup altare: et adipes
adolebis in ſuauiſſimū odorem domino
Carnes vero in vſū tuum cedent: ſicut
pectuſculū cōſecratum et armus dexter
tua erūt. Om̄s primitias ſanctuarij q̄s
offerūt filij iſrahel domino: tibi dedi et
filijs ac filiabus tuis iure ꝑpetuo. Pa
ctum ſalis eſt ſempiternū corā dn̄o: tibi
ac filijs tuis. Dixitqꝫ dn̄s ad aaron.
In terra eorum nichil poſſidebitis: nec
habebitis partē inter eos. Ego pars et
hereditas tua in medio filiorū iſrl̄. Fi
lijs aūt leui dedi om̄s decimas iſrahelis
in poſſeſſionē. pro miniſterio q̄d ſeruiūt
michi in tabernaculo federis: ut nō acce
dāt vltra filij iſrl̄ ad tabernaculū: nec
cōmittāt peccatū mortiferū: ſolis filijs
leui michi in tabernaculo ſeruientibus
et portantibꝫ peccata populi. legitimū
ſempiternū erit ī generacōnibꝫ veſtris
Nichil aliud poſſidebunt decimaꝝ obla
tione contenti: quas in vſus eorū ⁊ ne
ceſſaria ſeparaui. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad
moyſen dicēs. Precipe leuitis atqꝫ denū
tia. Cū acceperitis a filijs iſrl̄ decimas
quas dedi vobis: primitias earū offer
te dn̄o. id eſt decimam partē decime: ut
reputetur vobis in oblacōnem primiti
uorū: tam de areis q̄ʒ de torcularibus et
vniuerſis quorū accipitis primitias of
ferte domino. ⁊ date ea aaron ſacerdoti
Omnia que offertis ex decimis. et in do
naria dn̄i ſeparabitis: optia ⁊ electa erūt
Dicesqꝫ ad eos. Si preclara ⁊ meliora
queqꝫ obtuleritis ex decimis. reputabi
tur vobis quaſi de area ⁊ torculari dedi
tis primitias. et comedetis eas ī omībꝫ
locis veſtris. tam vos q̄ʒ familie veſtre
quia preciū eſt pro miniſterio quo ſer
uitis in tabernaculo teſtimonij: et non
peccabitis ſup hoc egregia vobis ⁊ pin
guia reſeruantes: ne polluatis oblacō
nes filiorū iſrl̄: et moriamini. xix.
Locutuſqꝫ eſt domin⁹ ad moyſen
et aaron dicens. Iſta eſt religio
victime quā conſtituit dn̄s. Precipe fi
lijs iſrl̄. ut adducant ad te vaccā rufā
etatis integre in qua nulla ſit macula.
nec portauerit iugū: tradetiſqꝫ eā eleaza
ro ſacerdoti. Qui eductam extra caſtra
immolabit in cōſpectu omnium: et tin
guēs digitū ī ſāguine ei⁹. aſperget cō
tra fores tabernaculi ſeptem vicibꝫ: cō
buretqꝫ eā cunctis videntibꝫ: tam pelle
et carnibus eius: q̄ʒ ſanguine et fimo
flamme traditis. Lignum quoqꝫ cedri
num et yſopum coccumqꝫ bis tinctum
ſacerdos mittet in flammā que vaccam
vorat. Et tūc demū lotis veſtibꝫ et cor
pore ſuo. egredietur in caſtra: cōmacu
latuſqꝫ erit uſqꝫ ad veſperam. Sed et
ille qui cōbuſſerit eā lauabit veſtimen
ta ſua ⁊ corp⁹: ⁊ immūdus erit uſqꝫ ad
veſperam. Colliget autē vir mundus
cineres vacce. et effūdet eos extra caſtra
in loco puriſſimo: ut ſint multitudini
filiorū iſrahel in cuſtodiam et in aquā
aſperſionis: quia pro peccato vacca cō
buſta ē. Cūqꝫ lauerit q̄ vacce portaue
rat cineres veſtimenta ſua: immūd⁹ erit
uſqꝫ ad veſperum. Habebunt hoc fi
lij iſrahel et aduene qui habitant inter
eos ſanctum iure perpetuo. Qui tetige
rit cadauer hominis: et propter hoc ſe
ptem diebꝫ fuerit immūdus. aſperge
tur ex hac aqua die tercio et ſeptimo ⁊
ſic mundabit̄. Si die tercio aſperſus
nō fuerit: ſeptimo nō poterit emūdari.

Omīs qui tetigerit humane aīme mor
ticinū: et aſperſus hac cōmixtione non
fuerit · polluet tabernaculū dn̄i: et peri
bit ex iſrl'. Quia aqua expiacōnis non
eſt aſperſus immūdus erit: et manebit
ſpurcicia eius ſuper eū. Iſta eſt lex ho
minis qui morit' in tabernaculo. Omīs
qui ingrediūtur tentoriū illius · et vni
uerſa vaſa que ibi ſunt polluta erūt ſe
ptem diebus. Vas quod nō habuerit
operculū nec ligaturā deſuper · immūdū
erit. Si quis in agro tetigerit cadauer
occiſi hoīs: aut p mortui · ſiue os illi
us vel ſepulcrū · immūdus erit ſeptem
diebus. Tollent de cineribȝ combuſtiōis
atq; peccati · et mittent aquas viuas ſu
per eos in vas: in quibus cū homo mū
dus tinxerit yſopū · aſperget eo omne
tentoriū et cūctam ſuppellectilē: et ho
mines huiuſcemōi ɔtagione pollutos
atq; hoc modo mundus luſtrabit īmū
dū tercio et ſeptimo die · expiatuſq; die
ſeptimo lauabit et ſe et veſtimenta ſua
et immundus erit uſq; ad veſperā. Si
quis hoc ritu nō fuerit expiat' · peribit
aīma illi' de medio eccleſie: quia ſanctu
ariū dn̄i polluit: et nō eſt aqua luſtra
cōnis aſperſus. Erit hoc preceptū legi
timum ſempiternum. Ipe q̄ȝ qui aſper
git aquas: lauabit veſtimēta ſua. Oīs
qui tetigerit aquas expiacōis: immun
dus erit uſq; ad veſperā. Quicquid te
tigerit immūdus · immundū faciet: et
anima que horū quippiam tetigerit: im
munda erit uſq; ad veſperū. XX

Veneruntq; filij iſrahel et omīs mul
titudo in deſertū ſin menſe primo
et manſit populus ī cades. Mortuaq;
eſt ibi maria · et ſepulta in eodem loco
Cūq; indigeret aqua populus cōuene
runt aduerſū moyſen et aaron: et verſi
in ſeditionē dixerūt. Vtinā periſſemus
inter fratres noſtros corā dn̄o. Cur edu
xiſti eccleſiā dn̄i ī ſolitudinē: ut et nos
et noſtra iumenta moriamur? Quare
nos feciſtis aſcendere de egipto · et addu
xiſtis ad locū iſtū peſſimū qui ſeri nō po
teſt: qui nec ficum gignit · nec vineas
nec mala granata: inſup et aquā non
habet ad bibendum? Ingreſſuſq; moy
ſes et aaron dimiſſa multitudine in ta
bernaculū federis · corruerūt proni ī ter
ram: clamaueruntq; ad dn̄m atq; dixe
runt. Dn̄e deus audi clamorem populi
huius · et aperi eis theſaurū tuū fontem
aque viue: ut ſaciati ceſſet murmuracō
eorū. Et apparuit gloria dn̄i ſuper eos
Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen dicens.
Tolle virgam et cōgrega populū tu et
aaron frater tuus: et loquimini ad pe
tram corā eis · et illa dabit aquas. Cū
q; eduxeris aquā de petra · bibet omnis
multitudo et iumenta eius. Tulit igit'
moyſes virgam que erat in cōſpectu do
mini ſicut p̄ceperat ei · congregata mul
titudine ante petrā · dixitq; eis. Audite
rebelles et increduli. Num de petra hac
vobis aquā poterimus eicere? Cūq; ele
uaſſet moyſes manū: percuciens virga
bis ſilicē · egreſſe ſunt aque largiſſime
ita ut pplus biberet et iumenta. Dixitq;
dn̄s ad moyſen et aaron. Quia nō cre
didiſtis michi ut ſātificaretis me corā
filijs iſrl': nō introducetis hos pplos in
terrā quā dabo eis. Hec eſt aqua cōtra
dictionis · vbi iurgati ſunt filij iſrahel
contra dn̄m: et ſanctificatus eſt in eis
Miſit interea nuncios moyſes de cades
ad regem edom · qui dicerent. Hec mā
dat frater tuus iſrahel. Noſti omnem
laborem qui apprehendit nos · quomō
deſcenderint patres noſtri in egiptum ·

et habitauerimus ibi multo tempore:
afflixerintq; nos egiptij et patres nr̄os
et quomō clamauerimus ad dn̄m ⁊ ex-
audierit nos: miſeritq; angelū qui edu
xerit nos de egipto. Ecce in vrbe cades
q̄ eſt in extremis finibꝫ tuis poſiti: obſe-
cram⁹ ut nobis trāſire liceat p terrā tuā
Nō ibim⁹ p agros nec p vineas: nō bi-
bem⁹ aquas de puteis tuis: ſed gradie-
mur via publica: nec ad dextrā nec ad
ſiniſtrā declinātes. donec trāſeamus ter-
minos tuos. Cui rn̄dit edom. Nō trā-
ſibis p me. Alioquin armatus occurrā
tibi. Dixerūtq; filij iſrahel. Per tritam
gradiemur viā: et ſi biberimus aquas
tuas nos et pecora noſtra. dabim⁹ qd̄
iuſtū eſt. Nulla erit in precio difficul-
tas tantū velociter tranſeamus. At ille
reſpondit. Nō tranſibitis. Statimq;
egreſſus eſt obuius cū infinita multitu
dine ⁊ manu forti: nec voluit acquieſce-
re deprecāti: ut cōcederet trāſitum per fi
nes ſuos. Quāobrē diuertit ab eo iſrl̄
Cūq; caſtra mouiſſent de cades venerūt
in montē or. q̄ eſt in finibꝫ terre edom:
vbi locutus eſt dn̄s ad moyſen dicens
Pergat inquit aaron ad pp̄los ſuos.
Nō eīm intrabit terrā quā dedi filijs iſra
hel: eo q̄ incredulus fuerit ori meo ad
aquas contradictionis. Tolle aaron
et filiū eius cū eo: et duces eos in mon
tem or. Cūq; nudaueris patrem veſte
ſua. indues ea eleazarum filiū eius. et
aaron colligetur. ⁊ morietur ibi. Fecit
moyſes ut p̄ceperat dn̄s. et aſcenderunt
in montem or corā omni multitudine
Cūq; aaron ſpoliaſſet veſtibꝫ ſuis: in-
duit eis eleazarū filiū eius. Illo mor
tuo in montis ſupercilio: deſcendit cū ele
azaro. Omnis aūt multitudo videns oc
cubuiſſe aaron. fleuit ſup eo triginta
diebꝫ p cūctas familias ſuas. xxi.
Quod cū audiſſet chananeus rex a-
rad q̄ habitabat ad meridiē. ve-
niſſe ſcilicet iſrl̄ per exploratorū viam.
pugnauit cōtra illū: ⁊ victor exiſtens
duxit ex eo predā. At iſrl̄ voto ſe dn̄o
obligans ait. Si tradideris populum
iſtū in manu mea. delebo vrbes eius.
Exaudiuitq; dn̄s preces iſrl̄. ⁊ tradidit
chananeū. quē ille interfecit ſubuerſis
vrbibus eius: et vocauit nomē loci illi-
us orma. id eſt anathema. Profecti ſūt
aūt et de monte or. p viam q̄ ducit ad
mare rubrū: ut circuirent terrā edom.
Et tedere cepit populū itineris ac labo-
ris: locutuſq; cōtra dominū et moyſen
ait. Cur eduxiſti nos de egipto: ut mo-
reremur ī ſolitudine. Deeſt panis: nō
ſunt aque: anima noſtra iam nauſeat
ſup cibo iſto leuiſſimo. Quāobrem mi-
ſit dn̄s in populū ignitos ſerpentes: ad
quorum plagas et mortes plurimorū
venerunt ad moyſen atq; dixerūt. Pec-
cauimus: quia locuti ſumus contra do-
minum et te. Ora ut tollat a nobis ſer-
pentes. Orauit moyſes pro populo.
Et locutus eſt dominus ad eum. Fac
ſerpentem eneū. et pone eū pro ſigno.
Qui percuſſus aſpexerit eū viuet. Fecit
ergo moyſes ſerpentem eneum: et po-
ſuit eū pro ſigno. Quē cū percuſſi aſpi
cerent: ſanabātur. Profectiq; filij iſrl̄
caſtrametati ſunt in oboth. Unde egreſ
ſi fixere tentoria in ieabarim in ſolitudi-
ne que reſpicit moab: cōtra orientalem
plagam. et inde mouentes venerūt ad
torrentem zareth. Quem relinquentes
caſtrametati ſunt contra arnon. que
eſt in deſerto: et prominet in finibus
amorrei. Siquidē arnon terminus eſt
moab: diuidens moabitas ⁊ amorreos

Unde dicitur in libro bellorū dñi. Si-
cut fecit in mari rubro: sic faciet in tor
rentibus arnon. Scopuli torrentiū in-
clinati sunt ut requiescerent in ar:
et recūberent in finibꝫ moabitarū. Ex
eo loco apparuit puteus: ſup quo locu-
tus eſt dñs ad moyſen. Congrega po-
pulū: et dabo ei aquā. Tūc cecinit iſrl
carmē iſtud. Aſcendat puteus concine
bant: puteus quē foderūt principes: et
parauerūt duces multitudinis in dato-
re legis et in baculis ſuis. De ſolitudi-
ne: mathana. De mathana: nahaliel.
De nahaliel: ī bamoth. Bamoth val-
lis eſt in regione moab: in vertice phaſ-
ga: et qð reſpicit contra deſertū. Miſit
aūt iſrl nūcios ad ſeon regem amorre-
orum dicens. Obſecro ut trāſire michi
liceat per terram tuam. Non declinabi-
mus in agros et vineas: non bibemus
aquas ex puteis. Via regia gradie-
mur: donec tranſeam' terminos tuos
Qui cōcedere noluit ut trāſiret iſrahel
per fines ſuos: quin potius exercitu cō-
gregato egreſſus eſt obuiā in deſertum
et venit in iaſa: pugnauitq; contra eū
A quo percuſſus eſt ī ore gladij: ⁊ poſ-
ſeſſa eſt terra eius ab arnon uſq; ieboc
et filios ammon: quia forti preſidio te-
nebantur termini ammonitarū. Tulit
ergo iſrahel omnes ciuitates eius: et ha-
bitauit in urbibus amorrei: in eſebon
ſcilicet et viculis eius. Urbs eſebon fu-
it regis ſeon amorrei: qui pugnauit cō-
tra regem moab: et tulit omnem ter-
ram que dicōnis illius fuit uſq; arnon
Idcirco dicitur in prouerbio. Venite ī
eſebon: edificetur ⁊ cōſtruatur ciuitas
ſeon. Ignis egreſſus eſt de eſebon: flā-
ma de oppido ſeon: et deuorauit ar moa
bitarū: et habitatores excelſorū arnon
Ve tibi moab: perijſti popule chamos.
Dedit filios eius in fugam: et filias in
captiuitatē regi amorreorum ſeon. Iu-
gum ipſorū diſperijt ab eſebon uſq; di-
bon laſſi peruenerūt in iophe uſq; meda
ba. Habitauit itaq; iſrl in terra amor-
rei. Miſitq; moyſes qui explorarent ia-
zer: cuius ceperūt viculos: et poſſederūt
habitatores. Verterūtq; ſe ⁊ aſcenderūt
per viam baſan: et occurrit eis og rex
baſan cū omni populo ſuo pugnatur'
in edrai. Dixitq; dñs ad moyſen. Ne
timeas eū: quia in manu tua tradidi il-
lū et omnem populū ac terrā eius: faci-
eſq; illi ſicut feciſti ſeon regi amorreoꝝ
habitatori eſebon. Percuſſerūt igitur
et hūc cū filijs ſuis: uniuerſūq; popu-
lū eius uſq; ad internicōem: et poſſe-
derūt terrā illius. Profectiq; caſtrame-
tati ſūt in campeſtribꝫ moab: ubi trās
iordanē iericho ſita eſt.

xxij.

Uidens autem balac filius ſephor
omnia que fecerat iſrahel amorreo
et q̄ p̄timuiſſent eum moabite: et impe-
tum eius ferre nō poſſent: dixit ad ma
iores natu madian. Ita delebit hic po-
pulos omīs qui in noſtris finibꝫ cōmo
rātur: quomō ſolet bos herbas uſq; ad
radices carpere. Ipſe erat eo tēpore rex
in moab. Miſit ergo nuncios ad bala
am filiū beor ariolū: qui habitabat ſu-
per flumen terre filiorū ammon: ut vo-
carent eū et dicerent. Ecce egreſſus eſt
populus ex egipto: qui operuit ſupficiē
terre ſedens cōtra me. Veni igitur ⁊ ma
ledic populo huic q2 fortior me eſt: ſi
quomō poſſim percutere ⁊ eicere eū de ter
ra mea. Noui enī q̄ benedictus ſit cui
benedixeris: ⁊ maledictus in quē male-
dicta cōgeſſeris. Perrexerūtq; ſeniores
moab ⁊ maiores natu madian habētes

diuinacōis preciū in manibꝫ. Cūq̄ ve-
nissent ad balaam: et narrassent ei oīa
verba balac. ille respondit. Manete
hic nocte: et respondebo quicqd michi
dixerit dn̄s. Manentibꝫ illis apud ba-
laam: venit deus et ait ad eū. Quid si-
bi volūt hoīes isti apud te? Respondit
Balac filius sephor rex moabitarū mi-
sit ad me dicens. Ecce populus q̄ egres-
sus est de egipto operuit supficiem ter-
re: veni et maledic ei. si quo modo pos-
sim pugnans abigere eū. Dixitq; deus
ad balaam. Noli ire cū eis neq; male-
dicas populo. quia benedictus ē. Qui
mane consurgens: dixit ad principes.
Ite in terrā vestram: q2 prohibuit me
deus venire vobiscū. Reuersi principes
dixerūt ad balac. Noluit balaam veni-
re nobiscū. Rursum ille multo plures
et nobiliores q̄3 āte miserat misit. Qui
cū venissent ad balaam. dixerūt. Sic
dicit balac filius sephor. Ne cuncteris ve-
nire ad me. Paratus sū honorare te: et
quicquid volueris dare. Veni et male-
dic pplo isti. Respondit balaam. Si de-
derit michi balac plenā domū suā argen-
ti et auri. nō potero immutare verbum
dn̄i dei mei. ut vel plus vel minus lo-
quar. Obsecro ut hic maneatis etiā hac
nocte: et scire queā quid michi rursum
respondeat dn̄s. Venit ergo deus ad ba-
laam nocte et ait ei. Si vocare te vene-
rint homines isti. surge et vade cū eis.
ita dumtaxat: qd̄ precepero tibi facias.
Surrexit balaam mane. et strata asina
profectus est cum eis. et iratus est deꝰ.
Stetitq; angelus dn̄i in via contra ba-
laam qui sedebat asine: et duos pueros
habebat secū. Cernens asina angelum
stantē in via euaginato gladio: auer-
tit se de itinere. et ibat per agrum. Quā
cū verberaret balaam et vellet ad semitā
reducere: stetit angelus in angustijs
duarū maceriarum quibus vinee cin-
gebantur. Quem videns asina: iunxit
se parieti: et attriuit sedentis pedem. At
ille iterum verberabat et nichilominus
angelus ad locum angustum transiēs
vbi nec ad dextram nec ad sinistram po-
terat deuiari obuiꝰ stetit. Cūq; vidisset
asina stantem angelum: concidit sub
pedibꝫ sedentis. Qui iratus vehemētius
cedebat fuste latera eius. Aperuitq; dn̄s
os asine et locuta ē. Quid feci tibi? Cur
percutis me ecce iam tercio? Respondit
balaam. Quia commeruisti: et illusi-
sti michi. Vtinam haberem gladium ut
te percuterem. Dixit asina. Nonne ani-
mal tuum sum: cui semper sedere consue-
sti usq; in presentē diem? Dic quid si-
mile vnq̄ fecerim tibi. At ille ait. Nū-
q̄. Protinus aperuit dominus oculos
balaam: et vidit angelum stantem in
via euaginato gladio. adorauitq; eum
pronus in terram. Cui angelus. Cur
inquit tercio verberas asinam tuā. Ego
veni ut aduersarer tibi: quia peruersa
est via tua michiq; contraria. Et nisi
asina declinasset de via dans locum re-
sistenti. te occidissem: et illa viueret.
Dixit balaam peccaui: nesciēs q2 tu sta-
res contra me. Et nunc si displicet tibi
ut vadam reuertar. Ait angelus. Va-
de cum istis: et caue ne aliud q̄ precepe-
ro tibi loquaris. Iuit igitur cū princi-
pibus. Quod cū audisset balac. egres-
sus est in occursū eius in oppido moabi-
tarum quod situm est in extremis fini-
bus arnon. Dixitq; ad balaam. Misi
nūcios ut vocarēt te. Cur nō statim ve-
nisti ad me? An quia mercedem aduen-
tui tuo reddere nequeo? Cui ille rn̄dit.

Ecce aſſū. Nūquid loqui potero aliud
niſi qđ deus poſuerit in ore meo? Per-
rexerūt ergo ſimul: et venerunt in vrbē
que in extremis regni eius finib9 erat.
Cumq3 occidiſſet balac boues · et oues
miſit ad balaam et principes qui cū eo
erant munera. Mane aūt facto · duxit
eū ad excelſa baal · et intuitus eſt extre-
mam partem populi. · xxiii ·

Dixitq3 balaam ad balac. Edifica
michi hic ſeptem aras · ⁊ para to-
tidem vitulos · eiuſdēq3 numeri arietes
Cūq3 feciſſet iuxta ſermonē balaam: im-
poſuerūt ſimul vitulū et arietem ſuper
aram. Dixitq3 balaā ad balac. Sta pau-
liſper iuxta olocauſtū tuū donec vadā
ſi forte michi occurrat dn̄s: et qđcunq3
imperauerit loquar tibi. Cūq3 abiſſet
velociter occurrit illi deus. Locutuſq3 ad
eum balaam: ſeptem inquit aras erexi:
et impoſui vitulū ⁊ arietē deſuper. Dn̄s
aūt poſuit verbū in ore eius · et ait. Re
uertere ad balaac: et hec loqueris. Re-
uerſus inuenit ſtantē balaac iuxta olo-
cauſtū ſuū et omnes principes moabi-
tarū: aſſumptaq3 parabola ſua dixit.
De aran adduxit me balac · rex moabi
tarum de montibus orientis. Veni in-
quit et maledic iacob: propera et dete-
ſtare iſrahel. Quomō maledicā: cui nō
maledixit deus? Qua racōe deteſter: quē
dn̄s nō deteſtatur. De ſummis ſilicib9
videbo eū: et de collib9 cōſiderabo illum
Populus ſolus habitabit: et inter gē
tes nō reputabitur. Quis dinumerare
poſſit puluerē iacob: et noſſe numerū
ſtirpis iſrahel. Moriatur anima mea
morte iuſtorū: et fiant nouiſſima mea
horū ſimilia. Dixitq3 balac ad balaam
Quid eſt hoc qđ agis? Vt malediceres
inimicis meis vocaui te · ⁊ tu ecōtrario
benedicis eis? Cui ille reſpondit. Num
aliud poſſum loqui niſi qđ iuſſerit dn̄s
Dixit ergo balaac. Veni mecū in alterū
locū vnde partem iſrl̄ videas: et totū vi-
dere nō poſſis: inde maledicito ei. Cūq3
duxiſſet eum in locū ſublimem ſup ver-
ticem montis phaſga: edificauit balaā
ſeptem aras · et impoſitis ſupra · vitulo
atq3 ariete: dixit ad balac. Sta hic iu
xta olocauſtū tuum: donec ego obuius
pergam. Cui cū dn̄s occurriſſet: poſuiſ-
ſetq3 verbum in ore eius ait. Reuertere
ad balac ⁊ hec loqueris ei. Reuerſus in-
uenit eū ſtantē iuxta olocauſtū ſuū: et
principes moabitarū cū eo. Ad quē ba-
lac. Quid inquit locutus eſt dn̄s? At
ille aſſumpta parabola ſua ait. Sta ba-
lac et auſculta: audi fili ſephor. Non
eſt deus quaſi homo ut mentiatur: nec
ut filius hominis ut mutetur. Dixit
ergo ⁊ nō faciet: locutus ē ⁊ nō imple
bit. Ad benedicendū adductus ſū: be-
nedictionē prohibere nō valeo. Non
eſt ydolū in iacob: nec videtur ſimula-
crum in iſrahel. Dn̄s deus eius cū eo eſt
et clangor regis victorie in illo. Deus
eduxit illū de egipto · cuius fortitudo ſi
milis ē rinocerotis. Nō eſt augurium ī ia-
cob · nec diuinacō in iſrahel. Tempori-
bus ſuis dicet iacob ⁊ iſrahel quid ope-
ratus ſit deus? Ecce populus ut leena cō-
ſurget: et quaſi leo erigetur. Nō accu-
babit donec deuoret predam: et occiſo-
rum ſanguinem bibat. Dixitq3 balac
ad balaam. Nec maledicas ei nec bene
dicas. Et ille. Nonne ait dixi tibi: q
quicquid michi deus imperaret hoc face
rem? Et ait balac ad eum. Veni et du-
cam te ad alienum locum: ſi forte pla-
ceat deo ut inde maledicas eis. Cumq3
duxiſſet eū ſup verticē montis phogor

qui reſpicit ſolitudinē. Dixit ei balaam
Edifica michi hic ſeptem aras: et para
totidē vitulos: eiuſdēq; numeri arietes
Fecit balaac ut balaam dixerat: impo=
ſuitq; vitulos ⁊ arietes p ſinglas aras

xxiiii.

Cumq; vidiſſet balaam
q placeret domino ut benediceret
iſrahel: nequaq abijt ut ante perrexe=
rat ut auguriū quereret. ſed dirigens
contra deſertū vultum ſuū. et elevans
oculos vidit iſrahel in tentorijs cōmo-
rantem per tribus ſuas. ⁊ irruente in ſe
ſpiritu dei: aſſūpta parabola ait. Dixit
balaam fili⁹ beor: dixit homo cui obtu-
ratus eſt oculus. dixit auditor ſermonū
dei qui viſionē omīpotentis intuitus eſt
qui cadit ⁊ ſic aperiūtur oculi ei⁹. Quā
pulcra tabernacula tua iacob. et tento=
ria tua iſrahel: ut valles nemoroſe. ut
horti iuxta fluuios irrigui. ut taberna-
cula q̄ fixit dn̄s q̄ſi cedri ꝓpe aquas.
Fluet aqua de ſitula eius: et ſemen illi⁹
erit in aquas multas. Tolletur ꝓpter
agag rex eius: et auferetur regnū illi⁹.
Deus eduxit illū de egipto cuius fortitu
do ſimilis eſt rinocerotis. Devorabunt
gentes hoſtes illius: oſſaq; eorū con=
fringent: et perforabūt ſagittis. Accu
bans dormiuit ut leo: et q̄ſi leena quā
ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixe-
rit tibi erit ipe benedictus: qui maledi-
xerit ī maledictione reputabit. Iratuſ
q; balac cōtra balaam: complosis ma-
nibus ait. Ad maledicendū inimicis
meis vocaui te: quibꝫ econtrario tercio
benedixiſti. Revertere ad locū tuū. De-
creverā quidem magnifice honorare te:
ſed dominus priuavit te honore diſpo-
ſito. Reſpondit balaam ad balac. Nō
ne nuncijs tuis quos miſiſti ad me di=
xi. ſi dederit michi balac plenā domū ſuā
argenti et auri. nō potero preterire ſer-
monē dn̄i dei mei. ut vel boni quid vel
mali proferam ex corde meo: ſed quic-
quid dn̄s dixerit: hoc loquar. Veruntа-
men pgens ad populū meū. dabo conſi-
liū quid populus tuus huic populo fa-
ciet extremo tempore. Sumpta igit̄ pa-
rabola rurſum ait. Dixit balaam fili⁹
beor: dixit homo cuius obturatus eſt
oculus: dixit auditor ſermonū dei. qui
novit doctrinā altiſſimi. et viſiones oī-
potentis videt: q̄ cadens apertos habens
oculos. Videbo eū ſed nō modo: intue=
bor illū: ſed nō prope. Orietur ſtella ex
iacob. et cōſurget virga de iſrahel: et
percutiet duces moab: vaſtabitq; omnes
filios ſeth. et erit ydumea poſſeſſio ei⁹
Hereditas ſeir cedet inimicis ſuis: iſra=
hel vero fortiter aget. De iacob erit q̄
dominetur et perdat reliquias civitatis
Cūq; vidiſſet amalech: aſſumens pa=
rabolā ait. Principiū gentiū amalech
cuius extrema perdentur. Vidit quoq; ci-
neum: et aſſumpta parabola ait. Ro=
buſtū quidem eſt habitaculū tuū: ſed ſi
in petra poſueris nidum tuū. et fueris
electus de ſtirpe cin: q̄diu poteris perma-
nere. Aſſur eñ capiet te. Aſſumptaq;
parabola. iterū locutus eſt. Heu quis
victurus eſt. quando iſta faciet deus.
Venient in trieribꝫ de ytalia: ſuperabūt
aſſirios. vaſtabūtq; hebreos. ⁊ ad ex=
tremū etiā ipſi peribūt. Surrexitq; ba-
laam et reverſus eſt in locū ſuū: balac
q̄q; via qua venerat rediit.

xxv.

Morabatur aūt eo tpe iſrl̄ ī ſethim
et fornicatus eſt pp̄lus cū filiabꝫ
moab. que vocauerūt eos ad ſacrificia
ſua. At illi comederunt: et adorauerūt
deos earū. Initiatuſq; eſt iſrahel beelfe-
gor. Et iratus dominus ait ad moyſen

Tolle cūctos prīcipes populi ⁊ suſpen-
de eas cōtra ſolem ī patibulis : ut auer-
tatur furor meus ab iſrl. Dixitq; moy-
ſes ad iudices iſrl. Occidat vnuſqſq;
proximos ſuos qui iniciati ſunt beelfe-
gor. Et ecce vnus de filijs iſrl intrauit
corā fratribꝫ ſuis ad ſcortū madianitē
vidente moyſe et omī turba filiorū iſrl
qui flebant ante fores tabernaculi. Quō
cū vidiſſet finees filius eleazari filij aa-
ron ſacerdotis. ſurrexit de medio mul-
titudinis : ⁊ arrepto pugione ingreſſus
eſt poſt virū iſrahelitem in lupanar : et
perfodit ambos ſimul viꝝ ſcilicet ⁊ mu-
lierem in locis genitalibꝫ. Ceſſauitq;
plaga a filijs iſrahel : et occiſi ſunt vi-
gintiquatuor milia hoīm. Dixitq; dn̄s
ad moyſen. Finees filius eleazari filij a-
aron ſacerdotis. auertit irā meā a filijs
iſrahel : q2 zelo meo cōmotus eſt cōtra
eos : ut nō ipſe delerem filios iſrahel in
zelo meo. Idcirco loq̄re ad eos. Ecce
do ei pacē federis mei : et erit tam ipſi q̄
ſemini eius pactū ſacerdotij ſempiternū
quia zelatus eſt pro deo ſuo. ⁊ expiauit
ſcelus filiorū iſrl. Erat aūt nomē viri
iſrahelite q̄ occiſus eſt cum madianitide
zambri filius ſaul : dux de cognacōne et
tribu ſimeonis. Porro mulier madia-
nitis que pariter interfecta eſt vocabat
6 cozbi filia ſur prīcipis nobiliſſimi ma-
dianitarū. Locutuſq; eſt dn̄s ad moy-
ſen dicens. Hoſtes vos ſentiant madia-
nite ⁊ percutite eos : q2 et ipſi hoſtiliter
egerunt cōtra vos ⁊ decepere inſidijs per
ydolū phogor. et cozbi filiā ducis ma-
dian ſororē ſuā : q̄ percuſſa eſt ī die pla-
ge pro ſacrilegio phogor. xxvi.

Poſtq̄ noxiorū ſanguis effuſus ē
dixit dn̄s ad moyſen et eleazarū
filiū aaron ſacerdotē. Numerate omnē
ſummam filiorꝫ iſrahel a viginti annis
et ſupra per domos ⁊ cognacōes ſuas :
cunctos qui poſſūt ad bella procedere.
Locuti ſunt itaq; moyſes ⁊ eleazar ſacer-
dos in campeſtribꝫ moab ſuper iordanē
cōtra iericho ad eos qui erant a viginti
annis ⁊ ſupra ſicut dn̄s imperarat : quo-
rum eſt iſte numerus. Ruben primoge-
nitus iſrahel. Huius filius enoch. a q̄
familia enochitarū : ⁊ phallu : a quo
familia phalluitarū : et eſrom : a quo fa-
milia eſromitarū. ⁊ charmi. a quo fami-
lia charmitarū. Hec ſunt familie de ſtir-
pe ruben. quarū numerus inuētus eſt
quadraginta tria milia : ⁊ ſeptingenti
triginta. Filius phallu eliab : huius fi-
lij namuhel et dathan et abiron. Iſti
ſunt dathan ⁊ abiron. prīcipes popu-
li qui ſurrexerūt cōtra moyſen ⁊ aaron
in ſedicōe chore quādo aduerſus dn̄m
rebellauerūt : et aperiēs terra os ſuū de-
uorauit chore morientibꝫ plurimis. quā-
do cōbuſſit ignis ducētos quinquagin-
ta viros. Et factū eſt grāde miraculum
ut chore pereunte filij illius nō perirent
Filij ſimeon p cognacōes ſuas. namu-
hel ab hoc familia namuhelitarū : iamin
ab hoc familia iaminitarū : iachin. ab
hoc fāilia iachinitarū. zare ab hoc fami-
lia zareitarū. ſaul ab hoc familia ſauli-
tarū. Hee ſunt familie de ſtirpe ſimeon
quarū omīs numerus fuit viginti du-
um miliū ducētorū. Filij gad p cogna-
cōes ſuas : ſephon ab hoc familia ſepho-
nitarū. aggi ab hoc familia aggitarū :
ſuni ab hoc familia ſunitarum. ozni :
ab hoc familia oznitarum : her ab hoc
familia heritarum : arod a quo familia
aroditarū : ariel ab hoc familia arihelí-
tarū. Iſte ſunt familie gad : quarum
omīs numerus fuit quadraginta milia

quingentorū. Filij iuda: her et onan: q̄
ambo mortui ſūt in terra chanaan. Fu-
erūtq; filij iuda p cognacōnes ſuas: ſe-
la a quo familia ſelaitarū: phares · a q̄
familia pharesitarū: zare a quo familia
zareitarū. Porro filijs phares · eſrom
a quo familia eſromitarū: et amul · a q̄
familia amulitarū. Iſte ſūt familie iu-
da quarū om̄is numer⁹ fuit ſeptuagin-
ta ſex milia quingentoꝝ. Filij yſachar
p cognacōnes ſuas: thola: a quo fami-
lia tholaitaꝝ: phua a quo familia phu-
aitarū: iaſub · a quo familia iaſubitarū
ſemram: a quo familia ſemramitarum.
Hee ſunt cognacōnes yſachar: quarū
numerus fuit ſexaginta quatuor milia
trecentorū. Filij zabulon per cognacō-
nes ſuas: ſared · a quo familia ſaredita-
rum: helon · a quo familia helonitarū ·
ialel a quo familia ialelitarū. Hee ſūt
cognacōnes zabulon: quarum nume-
rus fuit ſexaginta milia quingentorum
Filij ioſeph p cognacōnes ſuas manaſ-
ſe et ephraim. De manaſſe ortus ē ma-
chir: a quo familia machiritarū. Ma-
chir genuit galaad · a quo familia gala-
aditarū. Galaad habuit filios iezer: a
quo familia iezeritarū · et elech · a quo
familia elechitarū: et aſrihel · a quo fa-
milia aſrihelitarū · et ſechem · a quo fa-
milia ſechemitarū: et ſemida · a quo fa-
milia ſemidaitarū: ⁊ epher · a quo fami-
lia epheritarū. Fuit autē epher pater ſal
phaad: qui filios non habebat ſed tan
tum filias: quarū iſta ſunt nomīa: ma-
ala · et noa · et egla · et melcha · et therſa
Hee ſunt familie manaſſe: et numerus
earum quinquaginta duo milia ſeptin-
gentorum. Filij autem ephraim per co-
gnacōnes ſuas fuerunt hij. Suthala
a quo familia ſuthalaitarum: becher a
quo familia becheritarū: theen · a quo
familia theenitarum. Porro filius ſu-
thala fuit heran · a quo familia heranita-
rum. Hee ſunt cognationes filiorum
ephraim: quaꝝ numerus fuit triginta-
duo milia quingentorū. Iſti ſunt filij
ioſeph p familias ſuas. Filij beniamin
in cognacōnibus ſuis · bale a quo fa-
milia baleitarum: azbel · a quo familia
azbelitaꝝ: achiram · a quo familia achi
ramitarum · ſupham: a quo familia ſu
phamitarum: vpham · a quo familia
vphamitarum. Filij bale: hered et noe-
man. De hered familia hereditarum:
de noeman familia noemanitarū. Hij
ſunt filij beniamin per cognacōnes ſu-
as · quorū numerus quadraginta quin-
q; milia ſexcentorum. Filij dan per co-
gnacōnes ſuas · ſuham · a quo familia
ſuhamitarum. Hee cognacōnes dan p
familias ſuas. Omnes fuere ſuhamite:
quorum numerus erat ſexagintaqua
tuor milia q̄dringentoꝝ. Filij aſer p co-
gnacōes ſuas · iemna · a q̄ familia iem-
naitarū: ieſſui · a quo familia ieſſuitarū
brie · a q̄ familia brieitaꝝ. Filij brie ha-
ber · a q̄ familia haberitarū: ⁊ melchiel
a quo familia melchihelitarū. Nomen
autē filie aſer fuit ſara. Hee cognacō-
nes filioꝝ aſer: et numerus eorū quin
quaginta tria milia · quadringentorū.
Filij neptalim p cognacōnes ſuas: ieſ-
ſihel · a quo familia ieſſihelitarū: guni
a quo familia gunitarū: iaſer · a quo
familia iaſeritarum: ſellem · a quo fa-
milia ſellemitarum. Hee ſunt cognacō-
nes filiorū neptalim per familias ſuas
quorū numerus quadraginta quinq;
milia · quadringentorū. Iſta eſt ſūma
filiorū iſrahel qui recenſiti ſūt · ſexcenta
milia · et mille · ſeptingenti triginta.

Locutuſq; eſt dominꝰ ad moyſen dicēs
Iſtis diuidetur terra iuxta numerū voca-
bulorū in poſſeſſiones ſuas. Pluribꝰ
maiorē partē dabis · et paucioribꝫ mi-
norē ſingulis ſicut nūc recenſiti ſūt tra-
detur poſſeſſio: ita dūtaxat ut ſors ter-
ram tribubꝫ diuidat et familijs. Quic-
quid ſorte cōtigerit: hoc vel plures ac-
cipiant vel pauciores. Hic quoq; eſt nume-
rus filiorum leui per familias ſuas. Ger-
ſon a quo familia gerſonitarū · caath ·
a quo familia caathitarū · merari a quo
familia meraritarū. Hec ſunt familie
leui. Familia lobni · familia hebroni · fa-
milia mooli · familia muſi · familia cho-
ri. At vero caath · genuit amram: qui
habuit vxorē iochabeth filiā leui: que
nata eſt ei in egipto. Hec genuit viro
ſuo amram filios aaron et moyſen: et
mariam ſororē eorum. De aaron orti ſūt
nadab et abiu et eleazar et ythamar:
quorū nadab et abiu mortui ſūt: cum
obtuliſſent ignē alienū corā dño. Fue-
rūtq; omēs qui numerati ſunt viginti-
tria milia generis maſculini: ab vno
menſe et ſupra: qui nō ſūt recenſiti inter
filios iſrahel: nec eis cū ceteris data poſ-
ſeſſio eſt. Hic eſt numerus filiorū iſrl
qui deſcripti ſūt a moyſe et eleazaro ſa-
cerdote in campeſtribꝫ moab ſupra ior-
danē cōtra iericho: inter quos nullus
fuit eorum qui ante numerati ſunt a moy-
ſe et aaron in deſerto ſinai. Predixerat
enim dñs quod omēs morerent in ſolitudine
Nulluſq; remanſit ex eis: niſi caleb fi-
lius iephone et ioſue filius nun. xxvij.

Acceſſerūt aūt filie ſalphaad · filij
epher · filij galaad · filij machir ·
filij manaſſe · qui fuit filius ioſeph · qua-
rum ſūt noīa · malaa · et noa · et egla ·
et melcha · et therſa: ſteteruntq; coram
moyſe et eleazaro ſacerdote: et cunctis
principibus populi ad oſtiū tabernacu-
li federis: atq; dixerūt. Pater noſter mor-
tuus eſt in deſerto: nec fuit in ſedicōne
que concitata ē cōtra dñm ſub chore · ſed
in peccato ſuo mortuus eſt. Hic non
habuit mares filios. Cur tollitur no-
men illius de familia ſua: quia non ha-
bet filiū. Date nobis poſſeſſionem inter
cognatos patris noſtri. Retulitq; moy-
ſes cauſam earū ad iudiciū dñi. Qui di-
xit ad eū. Iuſtā rem poſtulant filie ſal-
phaad. Da eis poſſeſſionē inter cogna-
tos patris ſui: et ei in hereditatem ſucce-
dant. Ad filios aūt iſrl loqueris hec.
Homo cū mortuus fuerit abſq; filio ·
ad filiā eius trāſibit hereditas: ſi filiā
non habuerit: habebit ſucceſſores frēs
ſuos. Quod ſi et fratres nō fuerint da-
bitis hereditatē fratribus patris eius.
Sin aūt nec patruos habuerit dabitur
hereditas hijs qui ei proximi ſūt. Erit-
q; hoc filijs iſrahel ſanctum lege perpe-
tua: ſicut precepit dñs moyſi. Dixit
quoq; dominus ad moyſen. Aſcende
in montē iſtum abarim: et cōtemplare
inde terrā quā daturus ſū filijs iſrahel.
Cūq; videris eā · ibis et tu ad populū
tuū ſicut iuit frater tuus aaron: quia
offendiſtis me in deſerto ſin in cōtradi-
ctione multitudinis: nec ſāctificare me
voluiſtis corā ea ſuper aquas. Hee ſūt
aque cōtradictionis in cades deſerti ſin
Cui reſpondit moyſes. Prouideat dñs
deus ſpirituū omīs carnis hominē qui
ſit ſuper multitudinē hanc: et poſſit ex-
ire et intrare ante eos · et educere eos vel
introducere · ne ſit pplus dñi ſicut oues
abſq; paſtore. Dixitq; dñs ad eum.
Tolle ioſue filiū nun virū in quo eſt
ſpiritus dei: et pone manū tuā ſup eū.

Qui ſtabit coram eleazaro ſacerdote et
omī multitudine: et dabis ei precepta
cunctis videntibꝰ· et partem glorie tue
ut audiat eum omīs ſynagoga filiorū
iſrahel. Pro hoc ſi quid agendū erit·
eleazar ſacerdos conſulet dominū. Ad
verbū eius egredietur et ingredietur:
ipſe et omēs filij iſrahel cū eo: et cetera
multitudo. Fecit moyſes ut preceperat
dominus. Cumq; tuliſſet ioſue· ſtatuit
eum coram eleazaro ſacerdote ⁊ omī fre-
quentia populi: et impoſitis capiti eius
manibus· cuncta replicauit: que man-
dauerat dominus. xxviii.
Dixit quoq; dn̄s ad moyſen. Pre-
cipe filijs iſrahel et dices ad eos.
Oblacōnem meā· ⁊ panes ⁊ incenſum
odoris ſuauiſſimi offerte p tempora ſua
Hec ſunt ſacrificia que offerre debetis.
Agnos anniculos immaculatos duos
quotidie ī olocauſtū ſempiternū: vnū
offeretis mane· ⁊ alterū ad veſperū· deci-
mā partē ephi ſimile q̄ cōſperſa ſit oleo
puriſſimo ⁊ habebat quartā partē hin
Olocauſtū iuge eſt quod obtuliſtis in
mōte ſynai in odorē ſuauiſſimū incenſi
dn̄i. Et libabitis vini quartā partē hin
p agnos ſingulos in ſanctuario dn̄i:
alterūq; agnū ſimiliter offeretis ad ve-
ſperā iuxta omnē ritū ſacrificij matuti
ni ⁊ libamentorū eiꝰ oblacōem ſuauiſſi-
mi odoris dn̄o. Die autē ſabbati offere-
tis duos agnos anniculos immacula-
tos et duas decimas ſimile oleo cōſper-
ſe in ſacrificio: et liba que rite fundun
tur p ſingula ſabbata ī olocauſto ſem
piterno. In kalendis aūt id eſt in men
ſium exordijs offeretis olocauſtū dn̄o
vitulos de armento duos· arietem vnū
agnos anniculos ſeptem immaculatos
et tres decimas ſimile oleo conſperſe in
ſacrificio p ſingulos vitulos: et duas
decimas ſimile oleo conſperſe p ſingu-
los arietes: ⁊ decimam decime ſimile ex
oleo in ſacrificio per agnos ſingulos.
Olocauſtū ſuauiſſimi odoris atq; incen
ſi eſt dn̄o. Libamenta aūt vini q̄ per ſin-
gulas fundenda ſūt victimas: iſta erūt
Media pars hin p ſingulos vitulos:
tercia p arietem· quarta per agnū. Hoc
erit olocauſtū per omēs menſes: qui ſi
bi anno vertente ſuccedūt. Hircus q;
offeretur domino pro peccatis ī olocau
ſtum ſempiternū cum libamentis ſuis.
Menſe aūt primo quartadecima die mē-
ſis phaſe dn̄i erit: et quintadecima die
ſolemnitas. Septem diebus veſcentur
azimis· quarū dies prima venerabilis
et ſancta erit. Omne opus ſeruile nō fa-
cietis in ea. Offeretiſq; incenſum olo-
cauſtū domino vitulos de armento du-
os· arietem vnū· agnos anniculos im-
maculatos ſeptem: et ſacrificia ſingulo-
rū ex ſimila que cōſperſa ſit oleo: tres
decimas per ſingulos vitulos: et duas
decimas per arietem: et decimā decime per
agnos ſingulos: id eſt p ſeptē agnos
et hircū pro peccato vnū: ut expietur
pro vobis· preter olocauſtum matuti-
num quod ſemper offeretis: ita facietis
per ſingulos dies ſeptem dierū· in fomi-
tem ignis ⁊ in odorem ſuauiſſimū dn̄o
qui ſurget de olocauſto et de libacōnibꝰ
ſingulorū. Dies quoq; ſeptimus cele-
berrimus et ſanctus erit vobis. Omne
opus ſeruile non facietis in eo. Dies
etiam primitiuorum quando offeretis
nouas fruges domino expletis ebdo-
madibus: venerabilis et ſancta erit.
Omne opus ſeruile non facietis in ea
Offeretiſq; olocauſtum in odorem ſua-
uiſſimū dn̄o· vitulos de armento duos

arietē vnū agnos anniculos immacu-
latos ſeptem: atq; in ſacrificijs eorū ſi-
mile oleo cōſperſe tres decimas per ſin-
gulos vitulos · per arietes duas · per
agnos decimā decime qui ſimul ſūt agni
ſeptem: hircū q; qui mactatur pro expi
acōne: preter olocauſtū ſempiternū et
liba eius. Immaculata offeretis omīa
cum libacōnibus ſuis. xxix

Menſis etiā ſeptimi prima dies ve-
nerabilis et ſācta erit vob. Omē
opus ſeruile nō facietis in ea: quia dies
clangoris ē ⁊ tubarū. Offeretiſq; olo-
cauſtū in odorē ſuauiſſimū dn̄o · vitu-
lum de armento vnū ⁊ arietē vnum · et
agnos anniculos immaculatos ſeptem
et in ſacrificijs eorū ſimile oleo cō ſper
ſe tres decimas p ſingulos vitulos du-
as decimas p arietē vnā decimā p agnū:
qui ſimul ſūt agni ſeptem: et hircū pro
peccato qui offertur in expiacōem popu-
li preter olocauſtū kalendarū cū ſacrifi-
cijs ſuis ⁊ olocauſtū ſempiternū cū li-
bacōnibꝫ ſolitis. Hijſdē cerimonijs of-
feretis in odorē ſuauiſſimū incenſū dn̄o
Decima q; dies menſis huius ſeptimi
erit vobis ſancta atq; venerabilis ⁊ af-
fligetis animas veſtras. Omē opus ſer-
uile nō facietis in ea. Offeretiſq; olocau-
ſtū dn̄o ī odorē ſuauiſſimū vitulū de ar-
mento vnū · arietē vnū · agnos annicu-
los immaculatos ſeptē: ⁊ in ſacrificijs
eoꝝ ſimile oleo cōſperſe tres decimas per
ſingulos vitulos duas decimas p arie-
tem · decimā decime · p agnos ſingulos q
ſūt ſimul ſeptem agni · ⁊ hircū pro pec-
cato: abſq; hijs que offerri pro delicto
ſolent in expiacōem ⁊ in olocauſtū ſem-
piternū in ſacrificio et libaminibꝫ eorū
Quintadecima vero die menſis ſeptimi
que vobis ſancta erit atq; venerabilis

omne opus ſeruile nō facietis in ea: ſed
celebrabitis ſolemnitatē dn̄o ſeptē die-
bus. Offeretiſq; olocauſtū in odorē ſu-
auiſſimū dn̄o vitulos de armēto tredecī
arietes duos · agnos anniculos imma-
culatos quatuordecim · ⁊ in libamentis
eorū · ſimile oleo cōſperſe: tres decimas
per vitulos ſingulos qui ſūt ſimul vi-
tuli tredecī · et duas decimas arieti vno
id eſt ſimul arietibus duobꝫ ⁊ decimam
decime agnis ſingulis q ſūt ſimul agni
quatuordecim · ⁊ hircū pro peccato abſq;
olocauſto ſempiterno: ⁊ ſacrificio et li-
bamine eius. In die altero offeres vi-
tulos de armēto duodecī · arietes duos
agnos anniculos immaculatos quatu-
ordecim · ſacrificiaq; et libamina ſingu-
loꝝ p vitulos et arietes et agnos rite
celebrabis · ⁊ hircū pro peccato abſq; olo-
cauſto ſēpiterno · ſacrificiaq; ei⁹ ⁊ libamīe
Die tercio offeres vitulos vndecim · arie-
tes duos · agnos anniculos immacula-
tos quatuordecim · ſacrificiaq; ⁊ libami-
na ſingulorū per vitulos et arietes et
agnos rite celebrabis · et hircū pro pec-
cato abſq; olocauſto ſempiterno · ſacri-
ficioq; ⁊ libamine eius. Die quarto of-
feres vitulos decē · arietes duos agnos
anniculos immaculatos quatuordecim
ſacrificiaq; et libamina ſingulorum per
vitulos ⁊ arietes et agnos rite celebra-
bis · et hircū pro peccato abſq; olocau-
ſto ſempiterno ſacrificioq; eius et liba-
mine. Die quinto offeres vitulos nouē
arietes duos · agnos anniculos imma-
culatos quatuordecim · ſacrificiaq; et li-
bamina ſingulorū per vitulos: et arie-
tes et agnos rite celebrabis · et hircum
pro peccato abſq; olocauſto ſempiter-
no ſacrificioq; eius et libamine. Die ſe-
xto offeres vitulos octo · arietes duos

agnos anniculos immaculatos quatu-
ordecim ſacrificiaq3 ⁊ libamina ſingulo-
rū p vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis· ⁊ hircū pro peccato abſq3 olo-
cauſto ſempiterno ſacrificioq3 eius ⁊ li-
bamine. Die ſeptimo offeres vitulos
ſeptem ⁊ arietes duos agnos ãniculos
immaculatos q̃tuordecim· ſacrificiaq3 ⁊
libamina ſinguloꝝ p vitulos ⁊ arietes
et agnos rite celebrabis: et hircū pro
peccato abſq3 olocauſto ſempiterno ſa-
crificioq3 eius ⁊ libamine. Die octauo
qui eſt celeberrimus· omē opus ſeruile
nō facietis offerentes olocauſtū in odo-
rem ſuauiſſimū dño vitulū vnū arietē
vnū agnos anniculos immaculatos ſe-
ptem: ſacrificiaq3 ⁊ libamina ſingulorū
p vitulos et arietes et agnos rite cele-
brabis· et hircū pro peccato abſq3 olo-
cauſto ſempiterno ſacrificioq3 eius et li-
bamine. Hec offeretis dño in ſolemni-
tatibꝫ veſtris· preter vota et oblacões
ſpontaneas in olocauſto in ſacrificio in
libamine et in hoſtijs pacificis. xxx

NArrauitq3 moyſes filijs iſrahel·
omnia que ei dñs imperarat: et
locutus eſt ad principes tribuū filiorū
iſrahel. Iſte eſt ſermo quē precepit do-
minus. Si quis virorū votū domino
vouerit· aut ſe cōſtrinxerit iuramento
nō faciet irritū verbum ſuū: ſed omne
quod pmiſit implebit. Mulier ſi quip-
piam vouerit ⁊ ſe cōſtrinxerit iuramen-
to que eſt in domo patris ſui· ⁊ in etate
adhuc puellari: ſi cognouerit pater vo-
tum quod pollicita eſt: ⁊ iuramentum
quo obligauit animã ſuã et tacuerit:
voti rea erit. Quicquid pollicita eſt et
iurauit· opere cōplebit. Si autē ſtatim
ut audierit cōtradixerit pater: et vota
et iuramēta ei⁹ irrita erūt: nec obnoxia
tenebit ſponſioni eo ꝙ cōtradixerit pa
ter. Si maritū habuerit et vouerit ali-
quid ⁊ ſemel de ore ei⁹ verbū egrediēs·
animã eius obligauerit iuramento: q̃
die audierit vir ⁊ nō cōtradixerit· vo-
ti rea erit· reddetq3 quodcūq3 pmiſerat
Si autē audiens ſtatim cōtradixerit et
irritas fecerit pollicitacões eius: verba
q3 quibꝫ obſtrinxerat animã ſuam· pro-
picius erit ei dñs. Vidua et repudiata
quicqd vouerint reddent. Uxor i domo
viri cū ſe voto cōſtrinxerit ⁊ iuramento
ſi audierit vir ⁊ tacuerit nec contradi-
xerit ſponſioni: reddet qđcunq3 promi
ſerat. Si autē extemplo contradixerit
nō tenebitur pmiſſionis rea quia mari
tus cōtradixit: et dñs ei ppicius erit.
Si vouerit et iuramentū ſe conſtrinxe
rit ut per ieiuniū uel ceterarum rerū ab
ſtinentiam affligat animam ſuã: in ar-
bitrio viri erit ſi faciat ſiue non faciat
Quod ſi audiens vir tacuerit et in alte
ram diem diſtulerit ſententiam: quicqd
vouerat atq3 promiſerat reddet: quia
ſtatim ut audiuit tacuit. Si autē cōtra
dixerit poſtq̃ reſciuit: portabit ipſe ini-
quitatem eius. Iſte ſūt leges quas cō
ſtituit dominus moyſi inter virum et
vxorem: inter patrem ⁊ filiam que in
puellari adhuc etate eſt: uel q̃ manet
in parentis domo. xxxi

LOcutuſq3 eſt dñs ad moyſen di-
cens. Ulciſcere prius filios iſrl̃ de
madianitis ⁊ ſic colligeris ad ppl̃m tuū
Statimq3 moyſes armate inq̃t ex vobis
viros ad pugnã: q poſſint vlcionē dñi
expetere de madianitis. Mille viri de ſin-
gulis tribubus eligantur ex iſrahel:
qui mittantur ad bellū. Dederūtq3 mil-
lenos de ſingulis tribubus: id eſt duo-
decim milia expeditorum ad pugnam:

quos misit moyses cum phinees filio
eleazari sacerdotis : vasaq; sancta et tu-
bas ad clangendū tradidit ei. Cumq;
pugnassent cōtra madianitas atq; vicis-
sent · oms mares occiderūt et reges eoꝝ
eui et recem · ⁊ sur · et vr · ⁊ rebe quinq;
principes gentis : balaam q̄ꝫ filiū beor
interfecerūt gladio : ceperūtq; mulieres
eorū et paruulos omīaq; pecora ⁊ cun-
ctam suppellectilē. Quicquid habere po-
tuerāt depopulati sunt : tam vrbes q̄ vi-
culos · et castella flamma cōsumpsit.
Et tulerūt predam ⁊ vniuersa q̄ ceperāt
tam ex hoīb; q̄ ex iumentis : et cōduxe-
runt ad moysen eleazarū sacerdotē : et
ad omnē multitudinē filiorū isrl̄. Reli-
qua aūt vtensilia portauerūt ad castra
in campestrib; moab : iuxta iordanē con-
tra iericho. Egressi sunt aūt moyses
et eleazar sacerdos ⁊ oms pn̄cipes syna-
goge in occursū eorū extra castra. Ira-
tusq; moyses principib; exercitus tri-
bunis et cēturionib; qui venerāt de bel-
lo ait. Cur feminas reseruastis? Nōne
iste sūt q̄ deceperūt filios isrl̄ ad suggesti-
onē balaam et preuaricari fecerūt vos
in dn̄o sup peccato phogor vnde et per-
cussus est populus. Ergo cunctas inter-
ficite. Quicqd est generis masculini eti-
am ī paruulis : et mulieres q̄ nouerūt vi-
ros in coitu iugulate : puellas autē et
omnes feminas virgines reseruate vo-
bis · et manete extra castra septē dieb;
Qui occiderit hominē vel occisū tetigerit
lustrabit die tercio ⁊ septio. Et de omi
preda : siue vestimentū fuerit siue vas
et aliquid in vtensilia preparatū de ca-
prarū pellib; ⁊ pilis ⁊ ligno expiabitur
Eleazar q̄ꝫ sacerdos ad viros exercitus
qui pugnauerāt sic locutus est. Hoc ē
preceptū legis qd̄ mandauit dn̄s moysi

aurū et argentū et es et ferrū et plūbū
et stannū et omne qd̄ potest transire p
flāmas igne purgabitur · quicqd aūt
ignē nō potest sustinere · aqua expiacō-
nis sanctificabit : et lauabitis vestimen-
ta vestra die septimo : et purificati po-
stea castra intrabitis. Dixit q̄ꝫ dn̄s ad
moysen. Tollite summā eoꝝ q̄ capta sūt
ab hoīe usq; ad pecus tu ⁊ eleazar sacer-
dos · et pn̄cipes vulgi : diuidesq; ex equo
predam inter eos qui pugnauerunt ⁊
egressi sunt ad bellū ⁊ inter omnē reli-
quā multitudinē · ⁊ separabis partē do-
mino ab hijs qui pugnauerūt ⁊ fuerūt
in bello vnā animā de quingentis : tam
ex hoīb; q̄ ex bobus ⁊ asinis ⁊ ouibus
et dabis eā eleazaro sacerdoti : q2 primi-
tie dn̄i sunt. Ex media q̄ꝫ parte filiorū
israhel accipies quinquagesimū caput
hoīm ⁊ boū ⁊ asinoꝝ ⁊ ouiū cūctorūq;
animantiū : ⁊ dabis ea leuitis qui excu-
bant in custodijs tabernaculi dn̄i. Fece-
runtq; moyses ⁊ eleazar sicut p̄ceperat
dn̄s. Fuit aūt preda quā exercitus ce-
perat · ouiū sexcenta septuagintaquinq;
milia : boū septuagintaduo milia · asi-
norū sexagintamilia ⁊ mille · aīe ho-
minū sexus feminei q̄ nō cognouerant
viros trigintaduo milia. Dataq; ē me-
dia pars hijs q̄ in prelio fuerāt · ouiū
trecenta trigintaseptem milia quingen-
te · e quib; in partem domini supputa-
te sunt oues sexcente septuagintaquin-
q; : et de bobus trigintasex milibus bo-
ues septuaginta ⁊ duo : de asinis trigin-
ta milibus quingentis · asini sexaginta
vnus. De aīabus hoīm sedecim milib;
cesserūt in partem dn̄i trigintadue ani-
me. Tradiditq; moyses numerū primi-
tiarū dn̄i eleazaro sacerdoti sicut fuerat
ei imperatum ex media parte filiorum

ſrahel: quā ſeparauerat hijs qui in pre-
lio fuerāt. De media vero parte q̄ cōti-
gerat relique multitudini: id eſt de oui-
bus trecentis trigintaſeptē milibꝫ qui-
gentis. et de bobus trigintaſex milibꝫ:
et de aſinis triginta milibus quingen-
tis. et de hominibus ſedecim milibus.
tulit moyſes quinq̄geſimū caput ⁊ de-
dit leuitis q̄ excubabant in tabernaculo
dn̄i: ſicut preceperat dn̄s. Cūq; acceſſiſ-
ſent pn̄cipes exercitus ad moyſen et tri-
buni cēturioneſq; dixerīt. Nos ſerui tui
recenſuimꝰ numerū pugnatorū q̄s ha-
buimꝰ ſub manu nr̄a: ⁊ ne vnus quidē
defuit. Ob hāc cauſam offerimꝰ in dona-
rijs dn̄i ſinguli qd̄ in preda auri potui-
mus inuenire periſcelides ⁊ armillas anu-
los ⁊ dextralia ac murenulas: ut depre-
ceris ꝑ nobis dn̄m. Suſcepitq; moy-
ſes ⁊ eleazar ſacerdos omē aurū in diū-
ſis ſpeciebꝫ pondo ſedecī milia ſeptingen-
tos quinq̄ginta ſiclos: a tribunis et cē-
turionibꝫ. Vnuſq̄ſq; enī qd̄ in preda ra-
puerat ſuū erat. Et ſuſceptū intulerūt
in tabernaculū teſtimonij: in monimen-
tū filiorū iſrl̄ coram dn̄o. xxxij.

Filij autē ruben et gad habebant
pecora multa: ⁊ erat illis in iumē-
tis infinita ſubſtantia. Cūq; vidiſſent
iazer et galaad aptas animalibus alen-
dis terras: venerūt ad moyſen et elea-
zarum ſacerdotem. et principes multitu-
dinis: atq; dixerunt. Aſtaroth et dy-
bon et iazer et nemra eſebon et eleale et
ſaban et nebo et beon terra: quā percuſ-
ſit dominus in conſpectu filiorū iſrahel
regionis vberrime eſt ad paſtum ani-
malium: ⁊ nos ſerui tui habemus iumē-
ta plurima: precamurq; ſi inuenimus
graciam coram te. ut des nobis famu-
lis tuis eam in poſſeſſionem nec facias
nos tranſire iordanē. quibꝫ reſpondit
moyſes. Nūquid fratres vr̄i ibūt ad
pugnā ⁊ vos hic ſedebitis. Cur ſubuer-
titis mentes filiorū iſrl̄: ne trāſire aude-
ant in locū quē eis daturus ē dn̄s. Nō-
ne ita egerūt p̄res veſtri. quādo miſi de
cadeſbarne ad explorandā terrā. Cūq;
veniſſent uſq; ad vallem botri luſtrata
omni regione ſubuerterunt cor filiorū
iſrahel ut non intrarent fines quos eis
dn̄s dedit: qui iratus iurauit dicens.
Si videbūt homines qui aſcenderūt ex
egipto a viginti annis et ſupra terram
quā ſub iuramento pollicitus ſū abra-
ham yſaac et iacob: et noluerūt ſequi
me preter caleph filiū iephone cenezeū
et ioſue filiū nun. Iſti impleuerūt vo-
luntatē meā. Iratuſq; dn̄s aduerſum
iſrahel circūduxit eū per deſertum quadra-
ginta annis: donec ꝯſumeretur vniuer-
ſa generacō q̄ fecerat malū in cōſpectu
eiꝰ. Et ecce inquit vos ſurrexiſtis pro
patribꝫ veſtris incrementa et aliū homi-
num peccatorū: ut augeretis furorē do-
mini cōtra iſrl̄. Quod ſi nolueritis ſe-
qui eū in ſolitudine populū derelinquet
et vos cauſa eritis necis omniū. At illi
prope accedentes dixerunt. Caulas oui-
um fabricabimus et ſtabula iumento-
rum: paruuliſq; quoq; noſtris vrbes
munitas: nos aūt ipſi armati ⁊ accincti
pergemus ad preliū ante filios iſrahel
donec introducamus eos ad loca ſua
Paruuli noſtri et quicquid habere poſ-
ſumus erunt in vrbibus muratis pro-
pter habitatorū inſidias. Nō reuerte-
mur in domos nr̄as uſq; dū poſſideāt
filij iſrahel hereditatem ſuam: nec quic-
q̄ querimus trans iordanem. q: iā ha-
bemus poſſeſſionem noſtram in orien-
tali eius plaga. Quibus moyſes ait.

Si facitis qđ promittitis expediti pgi-
te corā dn̄o ad pugnā· et om̄is vir bel-
lator armatus iordanē tranſeat· donec
ſubuertat dn̄s inimicos ſuos· et ſubici-
atur ei om̄is terra· tūc eritis inculpabi-
les apud deū ⁊ apud iſrahel: et obtine-
bitis regiones quas vultis corā dn̄o.
Sin aūt qđ dicitis nō feceritis: nulli du-
biū eſt quin peccetis in deum: et ſcitote
quoniā peccatū veſtrū apprehendet vos.
Edificate ergo vrbes paruulis veſtris
et caulas et ſtabula omibꝫ ac iumentis
et qđ polliciti eſtis implete. Dixeruntqꝫ
filij gad ⁊ ruben ad moyſen. Serui tui
ſumus. Faciemus qđ iubet dn̄s noſter
Paruulos noſtros ⁊ mulieres ⁊ pecora
ac iumenta relinquemus in vrbibꝫ ga-
laad· nos aūt famuli tui om̄s expediti
pergemus ad bellū ſicut tu dn̄e loque-
ris. Precepit ergo moyſes eleazaro ſa-
cerdoti et ioſue filio nun et principibus
familiarū tribus iſrl̄: et dixit ad eos.
Si trāſierīt filij gad ⁊ filij ruben vobiſ-
cū iordanē om̄s armati ad bellū corā do-
mino· et vobis fuerit terra ſubiecta: da-
te eis galaad in poſſeſſionē. Sin autē
noluerint tranſire vobiſcū in terrā cha-
naan: inter vos habitandi accipiant lo-
ca. Reſponderuntqꝫ filij gad· et filij ru-
ben. Sicut locutus eſt dn̄s ſeruis ſuis
ita faciemus. Ipſi armati pergemus co-
ram dn̄o in terrā chanaan: et poſſeſſio-
nem iā ſuſcepiſſe nos cōfitemur trans
iordanē. Dedit itaqꝫ moyſes filijs gad
et ruben et dimidie tribui manaſſe filij
ioſeph regnū ſeon regis amorrei et re-
gnū og regis baſan: et terrā eorū cum
vrbibus ſuis p circuitū. Igitur extruxerīt
filij gad dibon et aſtharoth et aroer et
roth et ſopham et iazer iecbaa et beth-
nemra et betharan vrbes munitas: et
caulas pecoribus ſuis. Filij vero ru-
ben edificauerunt eſebon et eleale et ca-
riathaim ⁊ nabo ⁊ baalmeon verſis no-
minibꝫ: ſabama quoqꝫ imponentes vocabu-
la vrbibus quas extruxerāt. Porro fi-
lij machir filij manaſſe pрexerūt in ga-
laad: et vaſtauerūt eā interfecto amor-
reo habitatore eius. Dedit ergo moy-
ſes terrā galaad machir filio manaſſe
qui habitauit in ea. Iair aūt filius ma-
naſſe abijt et occupauit vicos eius: quos
appellauit auoth iahir id ē villas iair.
Nobe quoqꝫ perrexit ⁊ apphēdit canath cū vi-
culis ſuis vocauitqꝫ eā ex noīe ſuo nobe

Hec ſunt manſiones xxxiii.
filiorꝫ iſrl̄ q̄ egreſſi ſunt de egipto
per turmas ſuas in manu moyſi et aa-
ron: quas deſcripſit moyſes iuxta caſtro-
rum loca q̄ dn̄i iuſſione mutabāt. Pro-
fecti igitur de rameſſe mēſe primo quī-
tadecīa die mēſis pmi: fecerūt altera die
phaſe filij iſrahel in manu excelſa viden-
tibus cunctis egiptijs· ⁊ ſepelientibꝫ pri-
mogenitos quos percuſſerat dn̄s. Nam
et in dijs eorū exercuerat vltionem. Ca-
ſtrametati ſunt ī ſoccoth: de ſoccoth ve-
nerunt in etham que eſt in extremis fi-
nibus ſolitudinis. Inde egreſſi venerūt
cōtra phiairoth que reſpicit beelſephon
et caſtrametati ſūt ante magdalū. Pro-
fectiqꝫ de phiairoth trāſierūt per mediū
mare in ſolitudinē et ambulātes tribꝫ
diebus per deſertum etham caſtrameta-
ti ſunt ī mara. Profectiqꝫ de mara vene-
runt in helim vbi erāt duodecim fontes
aquarū et palme ſeptuaginta: ibiqꝫ ca-
ſtrametati ſūt. Sed et inde egreſſi: fixe-
runt tentoria ſuper mare rubrū. Profe-
ctiqꝫ de mari rubro caſtrametati ſūt in
deſerto ſynai: vnde egreſſi venerūt ī dep-
tha. Profectiqꝫ de deptha caſtrametati

ſunt in halus · egreſſiq; de halus raphi-
dim fixere tentoria · vbi populo defuit
aqua ad bibendū. Profectiq; de raphi-
dim: caſtrametati ſūt in deſerto ſynai.
Sed ⁊ de ſolitudine ſynai egreſſi · vene-
runt ad ſepulcra concupiſcentie: profe-
ctiq; de ſepulcris cōcupiſcentie caſtrame-
tati ſūt in aſſeroth: et de aſſeroth vene-
runt in rethma. Profectiq; de rethma ·
caſtrametati ſūt in remonphares: vnde
egreſſi venerūt in lebna. De lebna ca-
ſtrametati ſūt in reſſa: egreſſiq; de reſſa
venerūt in ceelatha. Vnde ꝓfecti caſtra-
metati ſūt in monte ſepher: egreſſiq; de
monte ſepher venerunt in arada. Inde
proficiſcentes caſtrametati ſūt in mace-
loth: profectiq; de maceloth venerūt in
taath. De taath caſtrametati ſūt in tha-
re: vnde egreſſi fixere tentoria ī metcha
et de metcha caſtrametati ſunt in eſmo-
na: profectiq; de eſmona venerūt in ma-
ſeroth. Et de maſeroth caſtrametati ſūt
in baneiachan: profectiq; de baneiachā
venerūt in montē gadgad. Vnde profe-
cti caſtrametati ſūt in ietebatha: et de
ietebatha venerūt in ebrona. Egreſſi-
q; de ebrona caſtrametati ſunt in aſion
gaber: inde profecti venerūt in deſertum
ſyn. Hec eſt cades. Egreſſiq; de cades ca-
ſtrametati ſūt in monte or: in extremis
finibus terre edom. Aſcenditq; aaron
ſacerdos in montē or iubente dn̄o: ⁊ ibi
mortuus ē anno quadrageſimo egreſ-
ſionis filiorum iſrahel ex egipto menſe
quinto primo die menſis cū eſſet anno-
rum centumvigintitrium. Audivitq;
chananeus rex arad: qui habitabat ad
meridiem in terram chanaan veniſſe fi-
lios iſrl'. Et profecti de monte or caſtra-
metati ſunt in ſalmona · vnde egreſſi ve-
nerūt ī phinon. Profectiq; de phinon
caſtrametati ſūt in oboth: et de oboth
venerūt in ieabarim q̄ ē in finib; moabi-
tarū. Profectiq; de ieabarim fixere tēto-
ria in dibongad: vnde egreſſi caſtrame-
tati ſūt in elmon de blathaim. Egreſſi-
q; de elmon deblathaim venerūt ad mō-
tes abarim cōtra nabo: ꝓfectiq; de mō-
tib; abarim trāſierūt ad campeſtria mo-
ab ſup iordanē cōtra iericho. Ibiq; ca-
ſtrametati ſūt de bethſimon uſq; ad bel-
ſathim in planiorib; locis moabitarū:
vbi locutus eſt dn̄s ad moyſen. Preci-
pe filijs iſrl': et dic ad eos. Quādo tran-
ſieritis iordanē intrantes terram chana-
an · diſperdite cūctos habitatores terre
illius: cōfringite vitulos et ſtatuas cō-
minuite atq; oīa excelſa vaſtate: mū-
dantes terram et habitātes in ea. Ego
eni dedi vobis illam in poſſeſſionem:
quā dividetis vobis ſorte. Pluribus da-
bitis latiorem: ⁊ paucioribus anguſti-
orem. Singulis ut ſors ceciderit: ita
tribuetur hereditas. Per tribus et fa-
milias poſſeſſio dividetur. Si autem
nolueritis interficere habitatores terre
qui remanſerint · erunt vobis quaſi cla-
vi in oculis ⁊ lancee in lateribus et ad-
verſabūtur vobis in terram habitacō-
nis veſtre: et quicquid illis cogitaverā
facere vobis faciam. xxxiiii.

Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen di-
cens. Precipe filijs iſrl': et dices
ad eos. Cū ingreſſi fueritis terrā chana-
an: et in poſſeſſionē vobis ſorte ceciderit
hijs finibus terminabitur. Pars meri-
diana incipiet a ſolitudine ſyn que eſt
iuxta edom: et habebit terminos con-
tra orientem mare ſalſiſſimū: qui circui-
bunt auſtralem plagam per aſcenſum
ſcorpionis · ita ut tranſeāt ī ſenna ⁊ p-
veniāt ad meridiē uſq; ad cadeſbarne:

vnde egredient̄ cōfinia ad villā nomie
adar ⁊ tendent uſqꝫ aſemona. Ibitqꝫ p
gyrū terminꝰ ab aſemona vſqꝫ ad tor-
rentē egipti: et magni maris litore fini-
etur. Plaga aūt occidentalis a mari ma-
gno incipiet: et ipſo fine claudet. Por-
ro ad ſeptentrionalē plagā a mari ma-
gno termini incipient puenientes uſqꝫ
ad montē altiſſimū: a quo venient in
emath uſqꝫ ad terminos ſedada: ibūtqꝫ
cōfinia uſqꝫ ad ebrona et villā henan
Hij erūt termini ī parte aquilonis. In-
de metabūtur fines contra orientalem
plagam de villa henan uſqꝫ ſephama.
et de ſephama deſcendent termini in reb-
latha cōtra fontē daphnim. Inde pue-
nient cōtra orientem ad mare cenereth.
et tendent uſqꝫ iordanē: et ad vltimum
ſalſiſſimo claudentur mari. Hanc ha-
bebitis terram p fines ſuos in circuitu.
Precepitqꝫ moyſes filijs iſrahel dicens
Hec erit terra quā poſſidebitis ſorte: et
quā iuſſit dn̄s dari nouē tribubꝫ et di-
midie tribui. Tribus enī filiorū ruben
per familias ſuas ⁊ tribꝰ filiorū gad iu-
xta cognacōnū numerum. media qꝫ tri-
bus manaſſe id eſt due ſemis tribꝰ ac-
ceperunt partē ſuā trans iordanē cōtra
ihericho ad orientalē plagam. Et ait do-
minus ad moyſen. Hec ſunt nōia vi-
rorū qui terrā diuident vobis. Eleazar
ſacerdos et ioſue filius nun. et ſinguli
principes de tribubus ſingulis quorum
iſta ſunt vocabula. De tribu iuda: ca-
leph filius iephone. De tribu ſimeon:
ſamuhel filius amiud. De tribu benia
min: helidad filius chaſelon. De tribu
filiorū dan: bocci filius iogli. Filiorū io-
ſeph de tribu manaſſe: hanniel filius
ephot. De tribu ephraim camuhel filiꝰ
ſepthan. De tribu zabulon: heliſaphā
filiꝰ pharnath. De tribu yſachar: dux
phaltihel filius ozan. De tribu aſer: ab
iud filius ſalomi. De tribu neptalim:
phedahel: filius amiud. Hij ſūt quibꝰ
preceperat dn̄s ut diuiderent filijs iſrl̄
terram chanaan.

XXXV.

Hec quoqꝫ locutus ē dn̄s ad moyſen
in campeſtribꝫ moab ſupra iorda
nen cōtra ihericho. Precipe filijs iſrl̄ ut
dent leuitis de poſſeſſionibꝫ ſuis vrbes
ad habitandū et ſuburbana earū p cir-
cuitū: ut ipſi in opidis maneāt: et ſub-
urbana ſint pecoribꝫ ac iumētis: que a
muris ciuitatū forinſecus p circuitū mil-
le paſſuū ſpacio tendent. Cōtra orientē
duo milia erūt cubiti. et cōtra meridiē
ſimiliter erunt duo milia. Ad mare qꝫ
qd̄ reſpicit occidentē eadē mēſura erit: et
ſeptētrionalis plaga equali termino fi-
nietur. Erūtqꝫ vrbes in medio: ⁊ foris
ſuburbana. De ipſis aūt opidis q̄ leui-
tis dabitis ſex erūt in fugitiuorū auxi-
lia ſeparata ut fugiat ad ea qui fuderit
ſanguinē. et exceptis hijs alia quadra-
gintaduo oppida. id eſt ſimul quadra-
gintaocto cū ſuburbanis ſuis. Ipſeqꝫ
vrbes que dabūtur de poſſeſſionibꝫ fili-
orum iſrahel. ab hijs qui plus habent
plures auferentur. et qui minus pau-
ciores. Singuli iuxta menſurā heredi-
tatis ſue dabūt oppida leuitis. Ait do-
minus ad moyſen. Loquere filijs iſra-
hel et dices ad eos. Quando trāſgreſſi
fueritis iordanen in terrā chanaan. de-
cernite que vrbes eſſe debeāt in preſidia
fugitiuorū. qui nolentes ſanguinē fude-
rint in quibus cū fuerit profugus. co-
gnatus occiſi eū occidere nō poterit. do-
nec ſtet in conſpectu multitudinis: et
cauſa illiꝰ iudicet. De ipſis aūt vrbibꝫ
que ad fugitiuorum ſubſidia ſeparant̄

tres erunt trās iordanē et tres in terra chanaan · tā filijs iſrahel ꝙ aduenis atq; peregrinis : ut cōfugiat ad eas : qui nolens ſanguinē fuderit. Si quis ferro percuſſerit et mortuus fuerit : q̄ percuſſus eſt : reus eſt homicidij : ⁊ ipſe morietur. Si lapidem iecerit · et ictus occubuerit ſimiliter punietur. Si ligno percuſſus interierit : percuſſoris ſāguine vindicabitur. Propinquus occiſi homicidam interficiet ſtatī ut apprehenderit eū perimet Si p odiū quis hominē impulerit vel iecerit quippiā in eū per inſidias : aut cū eſſet inimicus manu percuſſerit · et ille mortuus fuerit : percuſſor homicidij reus erit. Cognatus occiſi ſtatī ut invenerit eum iugulabit. Quod ſi fortuitu et abſq; odio et inimicicijs quicq̄ horū fecerit · et hoc audiente ꝑplo fuerit cōprobatū · atq; inter percuſſorē ⁊ propinquū ſanguinis q̄ſtio ventilata : liberabitur innocens de vltoris manu · et reducetur p ſententiā i vrbē ad quā cōfugerat manebitq; ibi donec ſacerdos magnus q̄ oleo ſancto vnctus eſt moriat̄. Si interfector extra fines vrbiū q̄ exulibus deputate ſūt fuerit inventus et percuſſus ab eo q̄ vltor eſt ſanguinis abſq; noxa erit qui eū occiderit. Debuerat enī profugus uſq; ad mortē pontificis i vrbe reſidere. Poſtq̄ aūt ille obierit homicida revertetur in terrā ſuā. Hec ſempiterna erunt et legittima : in cūctis habitacōibus veſtris. Homicida ſub teſtibus punietur. Ad vnius teſtimoniū nullus cōdemnabit̄. Nō accipietis preciū ab eo q̄ reus eſt ſanguinis : ſtatim ⁊ ipſe morietur. Exules et ꝓfugi ante mortē pontificis nullomō i vrbes ſuas reverti poterunt ne polluatis terrā habitacōnis veſtre q̄ inſontiū cruore maculatur : nec aliter expiari poteſt niſi per eius ſanguinem : qui alterius ſanguinē fuderit : ita emundabit̄ vrā poſſeſſio me cōmorante vobiſcū. Ego enī ſū dn̄s qui habito inter filios iſrahel.

XXXVI.

Acceſſerūt aūt et pn̄cipes familiarum galaad filij machir filij manaſſe de ſtirpe filiorū ioſeph : locuti ſūt moyſi corā principibus iſrahel atq; dixerūt. Tibi dn̄o noſtro precepit dn̄s ut terram ſorte divideris filijs iſrahel : et ut filiabus ſalphaad fratris noſtri dares poſſeſſionē debitam patri : quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint ſeq̄tur poſſeſſio ſua et tranſlata ad aliū tribum de noſtra hereditate minuetur : atq; ita fiet ut cū iubileus id eſt quinquageſimus annus remiſſionis advenerit cōfundatur ſortiū diſtribucō ⁊ aliorū poſſeſſio ad alios tranſeat. Reſpondit moyſes filijs iſrahel : ⁊ dn̄o precipiente ait. Recte tribus filiorū ioſeph locuta eſt : ⁊ hec lex ſup filiabus ſalphaad a domino promulgata eſt. Nubant quibus volūt tantū ut ſue tribus hominibus : ne commiſceatur poſſeſſio filiorū iſrahel de tribu in tribū. Omēs enī viri ducēt vxores de tribu ⁊ cognacōne ſua : et cuncte femine de eadem tribu maritos accipient ut hereditas pmaneat in familijs nec ſibi miſceantur tribus : ſed ita maneāt ut a dn̄o ſeparate ſūt. Feceruntq; filie ſalphaad ut ſibi fuerat imperatū : et nupſerūt maala et therſa et egla ⁊ melcha et noa filijs patrui ſui de familia manaſſe qui fuit filius ioſeph · et poſſeſſio q̄ illis fuerat attributa manſit in tribu et familia patris earum. Hec ſūt mādata atq; iudicia q̄ mandavit dn̄s per manū moyſi ad filios iſrl̄ in campeſtribus moab ſupra iordanem contra iericho.

Explicit liber nu͠. Incipit liber deuteronomij.

Hec sunt verba q̄ locutus ē moyses ad oēm isrl' trans iordanē in solitudine campestri cōtra mare rubrum inter pharan et thophel ⁊ laban ⁊ aseroth. Vbi auri ē plurimū. vndecim diebꝫ de oreb: p viā mōtis seir usqꝫ cadesbarne. Quadragesimo anno vndecimo mense p̄ma die mēsis locutus est moyses ad filios israhel omīa q̄ preceperat illi dn̄s ut diceret eis postq̄ percussit seon regem amorreorꝫ. q̄ habitauit in esebon: et og regem basan qui mansit in aseroth et in edrai trans iordanen in terra moab. Cepitqꝫ moyses explanare legē et dicere. Dn̄s deus noster locutus est ad nos in oreb dicēs. Sufficit vobis q̄ in hoc monte mansistis. Reuertimini et venite ad montem amorreorū et ad cetera que ei proxima sūt campestria atqꝫ montana et humiliora loca cōtra meridiē et iuxta litus maris: terrā chananeorū et libani usqꝫ ad flumen magnū eufraten. En inquit tradidi vobis. Ingredimini ⁊ possidete eā super qua iurauit dn̄s patribus vestris abrahā ysaac et iacob: ut daret illam eis et semini eorū post eos. Dixiqꝫ vobꝭ illo in tempore. Non possū solus sustinere vos: q̄ dn̄s deꝰ multiplicauit vos et estis hodie sicut stelle celi plurimi. Dn̄s deus patrū vestrorꝫ addat ad hūc numerū multa milia: et benedicat vobꝭ sicut locutus est. Nō valeo solus negocia vestra sustinere et pondus et iurgia. Date ex vobis viros sapientes et gnaros quorū cōuersacō sit probata in tribubꝫ vr̄is: ut ponā eos vobis p̄ncipes

Tunc respondistis michi. Bona res est quā vis facere. Tulitqꝫ de tribubꝫ vestris viros sapiētes et nobiles et cōstitui eos principes tribunos et cēturiones et quinq̄genarios ac decanos: qui docerent vos singula: precepitqꝫ eis dicens. Audite illos. ⁊ qd̄ iustū est iudicate. Siue ciuis sit ille siue peregrinꝰ nulla erit distātia psonarū. Ita paruū audietis ut magnum: nec accipietis cuiusq̄ psonam: q̄ dei iudiciū est. Quod si difficile vobis visū aliquid fuerit referte ad me: ⁊ ego audiā. Precepiqꝫ omīa que facere deberetis. Profectiqꝫ de oreb trāsiuimus per heremū terribilē ⁊ maximam solitudinē quā vidistis per viam montis amorrei: sicut preceperat dn̄s deus noster nobis. Cūqꝫ venissemus in cadesbarne dixi vobis. Venistis ad mōtem amorrei quē dn̄s deus noster daturus est vobis. Vide terrā quā dn̄s deus tuus dabit tibi. Ascende et posside eam sicut locutus est dn̄s deus patribꝫ tuis. Noli timere: nec quicq̄ paueas. Et accessistis ad me omnes atqꝫ dixistis. Mittamus viros qui cōsiderent terrā: et renūciēt per qd̄ iter debeamus ascendere: et ad quas pgere ciuitates. Cūqꝫ michi sermo placuisset: misi ex vobis duodecī viros singulos de tribubꝫ suis. Qui cū perexissent ⁊ ascendissent in montana. venerūt usqꝫ ad vallem botri: et cōsiderata terra: sumentes de fructibꝫ eius ut ostenderēt vbertatē attulerunt ad nos: atqꝫ dixerunt. Bona est terra quam dn̄s deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere: sed increduli ad sermonem dei nostri murmurastis ī tabernaculis vestris atqꝫ dixistis. Odit nos dn̄s: et idcirco eduxit nos de terra egipti ut traderet nos in manu amorrei.

atq; deleret. Quo aſcendem⁹? Nūcij ter-
ruerunt cor noſtrū dicentes. Maxima
multitudo eſt: et nobis ſtatura proceri-
or. Vrbes magne ⁊ ad celū uſq; munite.
Filios enachim vidim⁹ ibi. Et dixi vo-
bis nolite metuere: nec timeatis eos.
Dn̄s deus qui ductor eſt noſter. pro vo-
bis ipſe pugnabit: ſicut fecit in egipto
cūctis videntib; ⁊ in ſolitudine ipi vi-
diſtis. Portauit te dn̄s de⁹ tuus ut ſo-
let homo geſtare paruulū filium ſuū in
omni via p quā ambulaſti: donec veni-
retis ad locū iſtū. Et nec ſic quidē credi-
diſtis dn̄o deo veſtro qui preceſſit vos
in via et metatus eſt locū in quo tento-
ria figere deberetis: nocte oſtendens vo-
bis iter per ignē. et die p colūnam nu-
bis. Cunq; audiſſet dn̄s vocem ſermo-
num veſtrorū: iratus iurauit ⁊ ait. Nō
videbit quiſpiā de hominib; generacōis
huius peſſime terram bonā quā ſub iu-
ramento pollicitus ſum patrib; veſtris
preter caleph filiū iephone. Ipſe em̄ vi-
debit eam et ipi dabo terrā quā calcauit
et filijs ei⁹ quia ſecutus eſt dn̄m. Nec
miranda indignacō i populū: cū michi
q̄ iratus deus ꝓpter vos dixerit. Nec
tu ingredieris illuc: ſed ioſue fili⁹ nun
miniſter tuus ipſe intrabit pro te. Hūc
exhortare ⁊ robora: et ipe ſorte terrā di-
uidet iſraheli. Paruuli veſtri de quib; di-
xiſtis q captiui ducerent̄ ⁊ filij qui ho-
die boni ac mali ignorant diſtantiā ipi
ingredientur. et ipſis dabo terrā ⁊ poſ-
ſidebunt eā: vos aūt reuertimini et abi-
te in ſolitudinē per viam maris rubri.
Et reſpondiſtis michi. Peccauimus do-
mino. Aſcendemus et pugnabimus: ſi-
cut precepit dn̄s deus noſter. Cūq; in-
ſtructi armis pgeretis in montē: ait mi-
chi dn̄s. Dic ad eos. Nolite aſcendere
neq; pugnetis. Nō em̄ ſū vobiſcū: ne
cadatis corā inimicis vr̄is. Locutus ſū
et nō audiſtis: ſed aduerſātes imperio
dn̄i ⁊ tumentes ſupbia aſcēdiſtis i mō-
tē. Itaq; egreſſus amorreus q̄ habita-
bat in mōtib; ⁊ obuiā veniēs pſecutus
eſt vos ſicut ſolent apes perſequi et ceci-
dit de ſeir: uſq; horma. Cumq; reuerſi
ploraretis coram dn̄o nō audiuit vos:
nec voci veſtre voluit acquieſcere. Sedi-
ſtis ergo in cadeſbarne multo tp̄e. ij
Profectiq; inde venimus in ſolitu-
dinē q̄ ducit ad mare rubrū ſicut
michi dixerat dn̄s: ⁊ circuiuim⁹ montē
ſeir longo tēpore. Dixitq; dn̄s ad me
Sufficit vobis circuire montē iſtū: ite
contra aquilonē: et populo precipe di-
cens. Tranſibitis per terminos fratrum
veſtrorum filiorū eſau qui habitant in
ſeir: et timebunt vos. Videte ergo dili-
genter ne moueamini contra eos. Ne-
q; em̄ dabo vobis de terra eorum quan-
tum poteſt vnius pedis calcare veſtigi-
um: quia in poſſeſſionem eſau dedi mō-
tem ſeir. Cibos emetis ab eis pecunia et
comedetis: aquam emptam haurietis
et bibetis. Dominus deus tuus benedi-
xit tibi in omni opere manuum tuarū.
Nouit iter tuū: quomodo tranſieris ſo-
litudinem hanc magnā per quadragin-
ta annos: habitans tecū dominus deus
tuus: et nichil tibi defuit. Cunq; tran-
ſiſſemus fratres noſtros filios eſau qui
habitabant in ſeir per viam campeſtrē
de helath ⁊ de aſiongaber: venimus ad
iter qđ ducit in deſertum moab. Dixitq;
dominus ad me. Nō pugnes contra
moabitas: nec ineas aduerſus eos p̄li-
um. Nō em̄ dabo tibi quicq̄ de terra eo-
rū: q: filijs loth tradidi ar in poſſeſſio-
nē. Emī primi fuerūt habitatores eius

populus magnus ⁊ validus ⁊ tam ex-
celſus ut de enachim ſtirpe quaſi gigā-
tes crederētur: et eſſent ſimiles filiorum
enachim. Deniq; moabite appellant eos
emim. In ſeir aūt prius habitauerunt
horim: quib; expulſis atq; deletis habi-
tauerūt filij eſau ſicut fecit iſrahel in ter-
ra poſſeſſionis ſue quam dedit illi dñs
Surgentes ergo ut tranſirem⁹ torrētē
careth venimus ad eū. Tempus autem
quo ambulauimus ī cadeſbarne uſq;
ad trāſitū zareth triginta ⁊ octo annoꝝ
fuit: donec cōſumeret̄ omis cōgregacō
hoīnū bellatorū de caſtris: ſicut iuraue-
rat dñs: cuius manus fuit adūſus eos
ut interirent de caſtroꝝ medio. Poſtq̄
aūt vniuerſi ceciderūt pugnatores: locu-
tus eſt dñs ad me dicens. Tu trāſibis
hodie terminos moab vrbē noīe ar: et
accedes in viciniā filioꝝ ammon. Caue
ne pugnes ɔtra eos: nec mouearis ad
preliū. Nō enī dabo tibi de terra filiorū
ammon: q2 filijs loth dedi eā in poſſeſſi-
onē. Terra gigantū reputata eſt: et in
ipſa olim habitauerūt gigātes: quos
ammonite vocant: zozomim populus
magnus ⁊ multus et procere longitu-
dinis ſicut enachim: quos deleuit dñs
a facie eorū: et fecit illos habitare pro
eis ſicut fecerat filijs eſau qui habitant
in ſeir delens horreos: ⁊ terrā eorū illis
tradens: quā poſſident uſq; in preſens.
Eueos quoq; q̄ habitabant in aſerim uſq;
gazam capadoces expulerunt eos· qui
egreſſi de capadocia deleuerūt eos· et ha-
bitauerūt pro illis. Surgite ⁊ tranſite
torrentē arnon. Ecce tradidi in manu
tua ſeon regē eſebon amorreū ⁊ terrā ei⁹
incipe poſſidere: et cōmitte aduerſus eū
preliū. Hodie incipiam mittere terrorē
atq; formidinē tuā in populos: qui ha-
bitant ſub omi celo: ut audito nomie
tuo paueant· ⁊ in morem parturientiū
cōtremiſcant ⁊ dolore teneant̄. Miſi er-
go nūcios de ſolitudine cademoth· ad
ſeon regē eſebon verbis pacificis dicens
Tranſibimus p terrā tuā· publica gra
diemur via. Nō declinabimus neq; ad
dextrā neq; ad ſiniſtrā: alimenta precio
vende nobis ut veſcamur· aquā pecunia
tribue ⁊ ſic bibemus. Tantū eſt ut no-
bis cōcedas tranſitū: ſicut fecerunt filij
eſau qui habitant in ſeir: ⁊ moabite q̄
habitant in ar: donec veniamus ad ior-
danem: et tranſeamus ad terrā quā do-
minus deus noſter daturus eſt nobis.
Noluitq; ſeon rex eſebon: dare nobis
tranſitū· q2 indurauerat dñs de⁹ tuus
ſpiritū eius: et obfirmauerat cor illius
ut ita traderetur in manus tuas: ſicut
nūc vides. Dixitq; dñs ad me. Ecce ce-
pi tibi tradere ſeon: et terrā eius: incipe
poſſidere eam. Egreſſuſq; eſt ſeon obui-
am nobis cū omi populo ſuo ad preliū
in iaſſa: et tradidit eū dñs deus noſter
nobis: pcuſſimuſq; eū cū filijs ſuis ⁊ oī
populo ſuo· cūctaſq; vrbes in tempore
illo cepimus interfectis habitatoribus
earum viris ac mulierib; ⁊ paruulis.
Non reliquimus in eis quicq; abſq; iu-
mentis que in partē venere predantiū
et ſpolijs vrbiū quas cepim⁹ ab aroer·
q̄ eſt ſup ripam torrentis arnon oppido
qđ in valle ſitū eſt uſq; galaad. Non
fuit vicus et ciuitas: q̄ noſtras effuge-
ret man⁹. Oēs tradidit dñs de⁹ noſter
nob abſq; terra filiorū ammon ad quā
nō acceſſimus ⁊ cūctis q̄ adiacent torrē-
ti ieboc: et vrbib; mōtanis vniuerſiſq;
locis a quib; nos phibuit dñs de⁹ noſter
Itaq; cōuerſi aſcendim⁹ per iter ·iij·
baſan. Egreſſuſq; eſt og rex baſan in

ocurſū nobis in populo ſuo ad bellan-
dū in edrai: dixitq; dñs ad me. Ne ti-
meas eū quia in manu tua traditus eſt
cū omī pplo ac terra ſua. faciesq; ei ſicut
feciſti ſeon regi amorreorū: qui habita-
uit in eſebon. Tradidit ergo dñs deus
noſter in manib; noſtris etiā og regem
baſan ⁊ vniuerſū populū eius: percuſſi-
muſq; eos uſq; ad interniciōem: vaſtā-
tes cunctas ciuitates illius vno tempo-
re. Nō fuit oppidum qd nos effugeret
Sexaginta vrbes: omnē regionem ar-
gob regni og in baſan. Cuncte vrbes
erāt munite muris altiſſimis portiſq; ⁊
vectibus: abſq; oppidis innumeris q̄
nō habebant muros. Et deleuimus eos
ſicut feceramus ſeon regi eſebon diſper-
dentes omnē ciuitatē viroſq; ac mulie-
res et paruulos: iumenta aūt et ſpolia
vrbiū diripuimus. Tulimuſq; in illo
tēpore terrā de manu duorū regū amor-
reorū qui erāt trans iordanen a torren-
te arnon uſq; ad montē hermon quē ſi-
donij ſarion vocant et amorrei ſanir:
omēs ciuitates que ſite ſunt in planicie
et vniuerſam terrā galaad et baſan uſ-
q; ad ſelcha. et edrai ciuitates regni og
in baſan. Solus quippe og rex baſan
reſtiterat de ſtirpe gigantū. Monſtra-
tur lectus eius ferreus qui eſt ī ſabath
filiorum ammon: nouē cubitos habens
longitudinis: et quatuor latitudinis
ad menſurā cubiti virilis manus. Ter-
ramq; poſſedimus tempore illo ab aro-
er que eſt ſuper ripam torrentis arnon:
uſq; ad mediā partem montis galaad
Et ciuitates illius dedi ruben et gad: re-
liquā aūt partē galaad ⁊ oēm baſan re-
gni og tradidi medie tribui manaſſe:
omnem regionem argob. Cuncta ba-
ſan vocatur terra gigantū. Iair filius
manaſſe poſſedit omnem regionem ar-
gob uſq; ad terminos geſſuri et macha-
ti. Vocauitq; ex nomine ſuo baſan auo-
thiair: id eſt villas iair uſq; in preſen-
tem diem. Machir quoq; dedi galaad
et tribubus ruben et gad: dedi de terra
galaad uſq; ad torrentem arnon medi-
um torrentis et finiū uſq; ad torrentem
ieboc: qui eſt terminus filiorū ammon
et planiciem ſolitudinis. atq; iordanē
et terminos cenereth uſq; ad mare de-
ſerti quod eſt ſalſiſſimū ad radices mō-
tis phaſga contra orientem. Precepi
q; vobis in tempore illo dicens. Dñs
deus veſter dat vobis terram hāc in he-
reditatem: expediti precedite fratres ve-
ſtros filios iſrahel omnes viri robuſti
abſq; vxoribus et paruulis atq; iumē-
tis. Noui enim q plura habeatis pecora
et in vrbibus remanere debebūt: quas
tradidi vobis: donec requiem tribuat
dominus fratribus veſtris ſicut vobis
tribuit: et poſſideant etiā ipſi terrā: quā
daturus eſt eis trās iordanē: tūc reuer-
tetur vnuſquiſq; in poſſeſſionē ſuā quā
dedi vobis. Ioſue quoq; in tempore il-
lo precepi dicens. Oculi tui viderunt q̄
fecit dñs deus noſter duobus hijs regi-
bus: ſic faciet omnibus regnis ad que
tranſiturus es. Ne timeas eos. Dñs
enim deus veſter pugnabit pro vobis
Precatuſq; ſum dominū in tempore illo
dicens. Domīe deus tu cepiſti oſtendere
ſeruo tuo magnitudinē tuā manumq;
fortiſſimā. Neq; eñ eſt alius deus vel
in celo vel in terra qui poſſit facere ope-
ra tua: et cōparari fortitudini tue. Trā-
ſibo igitur et videbo terram hanc opti-
mam trans iordanen: et montem iſtū
egregiū ⁊ libanū. Iratuſq; eſt domin⁹
michi propter vos: nec exaudiuit me.

Sed dixit michi. Sufficiat tibi nequaq̄
vltra loquaris de hac re ad me. Aſcen-
de cacumen phaſge: et oculos tuos cir-
cūfer ad occidentem et ad aquilonē au-
ſtrūq; et orientē et aſpice. Nec em̄ tran-
ſibis iordanē iſtū. Precipe ioſue et cor-
robora eū atq; cōforta: quia ipſe prece-
det populū iſtū: et diuidet eis terrā quā
viſurus es. Manſimuſq; in valle con-
tra phanum phogor. iiii.

Et nunc iſrł audi precepta ⁊ iudi-
cia q̄ ego doceo te ut faciens ea vi-
uas: et ingrediens poſſideas terrā quā
dn̄s deus patrū veſtroꝝ daturus eſt vo-
bis. Nō addetis ad verbū qđ vobis lo-
quor nec auferetis ex eo. Cuſtodite mā-
data dn̄i dei veſtri q̄ ego precipio vobis
Oculi veſtri viderūt om̄ia q̄ fecit dn̄s cō-
tra beelphegor: quomō cōtriuerit om̄s
cultores eius de medio veſtri. Vos aūt
qui adheretis dn̄o deo v̄ro viuitis vni-
uerſi: uſq; in preſentē diē. Satis ꝗ do-
cuerim vos precepta atq; iuſticias ſicut
mandauit michi dn̄s deus meus: ſic fa-
cietis ea in terra quā poſſeſſuri eſtis: et
obſeruabitis et implebitis opere. Hec
eſt em̄ veſtra ſapientia et intellectus co-
ram populis. ut audientes vniuerſi p̄-
cepta hec dicant. En populus ſapiens
et intelligens gens magna. Nec eſt alia
nacio tam grandis que habeat deos ap-
propinquātes ſibi ſicut deus noſter ad-
eſt cūctis obſecracōnibꝫ noſtris. Que
eſt em̄ alia gens ſic inclita ut habeat ce-
rimonias iuſtaq; iudicia: et vniuerſam
legē: quā ego ꝓponam hodie ante ocu-
los veſtros. Cuſtodi igitur temetipm̄
et animā tuā ſollicite. Ne obliuiſcaris
verborū q̄ viderūt oculi tui: ⁊ ne excidāt
de corde tuo cūctis diebꝫ vite tue. Do-
cebis ea filios ac nepotes tuos: diem in
quo ſtetiſti corā dn̄o deo tuo in oreb:
quādo dn̄s locutus ē michi dicens. Cō-
grega ad me ppłm ut audiant ſermōes
meos: et diſcant timere me om̄i tempo-
re quo viuūt in terra: doceantq; filios
ſuos. Et acceſſiſtis ad radices montis
qui ardebat uſq; ad celū: erātq; in eo te-
nebre ⁊ nubes et caligo. Locutuſq; eſt
dn̄s ad vos de medio ignis. Vocē ver-
borū eius audiſtis. ⁊ formā penitus nō
vidiſtis. Et oſtendit nobis pactū ſuū
qđ precepit ut faceretis: et decē verba q̄
ſcripſit in duabꝫ tabulis lapideis. Mi-
chiq; mādauit ī illo tempore ut docerē
vos cerimonias ⁊ iudicia: que facere de-
beretis in terra quā poſſeſſuri eſtis. Cu-
ſtodite igitur ſollicite animas veſtras
Nō vidiſtis aliquā ſimilitudinē in die
qua locutus ē vobis dn̄s in oreb de me-
dio ignis: ne forte decepti faciatis vobis
ſculptam ſimilitudinē aut ymaginem
maſculi vel femine: ſimilitudinē om̄iū
iumentorū que ſunt ſup terrā: vel auiū
ſub celo volantiū: atq; reptiliū q̄ mouē-
tur in terra: ſiue piſciū q̄ ſub terra mo-
rantur ī aquis: ne forte oculis eleuatis
ad celū videas ſolem et lunā et omnia
aſtra celi: et errore deceptus adores ea ⁊
colas: que creauit dn̄s deus tuus in mi-
niſteriū cūctis gentibꝫ que ſub celo ſūt
Vos aūt tulit dn̄s et eduxit de fornace
ferrea egipti: ut haberet populū heredi-
tariū ſicut eſt in preſenti die. Iratuſq;
eſt dn̄s cōtra me ꝓpter ſermones v̄ros
et iurauit ut nō tranſirē iordanen: nec
ingrederer terram optimā quā daturus
eſt vobis. Ecce morior in hac humo:
nō tranſibo iordanē vos tranſibitis et
poſſidebitis terram egregiam. Caue ne
quando obliuiſcaris pacti dn̄i dei tui.
quod pepigit tecū: et facias tibi ſculptā

ſimilitudinē eoꝝ que fieri dñs prohi-
buit. Quia dñs deus tuus ignis conſu-
mens eſt deus emulator. Si genueritis
filios ac nepotes · et morati fueritis in
terra · deceptiqꝫ feceritis vobis aliquā ſi-
militudinē patrātes malū corā domino
deo veſtro · ut eū ad iracūdiam prouo-
cetis: teſtes inuoco hodie celū ⁊ terrā ci-
to perituros vos eſſe de terra: quā tran-
ſito iordane poſſeſſuri eſtis. Nō habi-
tabitis in ea longo tēpore: ſed delebit
vos dñs atqꝫ diſperget in om̄s gentes
et remanebitis pauci in nacōnibus · ad
quas vos ducturus eſt dñs. Ibiqꝫ ſer-
uietis dijs qui hominū manu fabricati
ſunt ligno ⁊ lapidi qui nō vident · nec
audiūt nō comedūt nō odorant. Cūqꝫ
queſieris ibi dñm deū tuū inuenies eū:
ſi tamē toto corde queſieris: et tota tri-
bulacōe aīe tue. Poſtq̃ te inuenerint
omnia que predicta ſunt. Nouiſſimo
aūt tempore reuerteris ad dñm deū tuū
et audies vocem eius: quia deus miſeri-
cors dñs deus tuus eſt. Nō dimittet te
nec omnino delebit: neqꝫ obliuiſcetur
pacti in quo iurauit patribꝫ tuis. In-
terroga de diebus antiquis qui fuerunt
ante te · ex die quo creauit deus hominē
ſuper terram a ſummo celi uſqꝫ ad ſum-
mum eius: ſi facta eſt aliquādo huiuſce-
modi res · aut vnquā cognitum eſt ut
audiret populus vocem dñi loquentis
de medio ignis · ſicut tu audiſti et vidi-
ſti: ſi fecit deus ut ingrederetur ⁊ tolleret
ſibi gentē de medio nacōnū ꝑ temptacō-
nes ſigna atqꝫ portēta ꝑ pugnā ⁊ robu-
ſtam manum extentūqꝫ brachiū ⁊ hor-
ribiles viſiones: iuxta om̄ia q̄ fecit pro
nobis dñs deus noſter in egipto viden-
tibus oculis tuis: ut ſcires quoniā dñs
ipſe eſt deus: et nō eſt alius ꝑter vnū.

De celo te fecit audire vocem ſuam: ut
doceret te: et in terra oſtendit tibi ignē
ſuū maximū: et audiſti verba illius de
medio ignis: quia dilexit patres tuos
et elegit ſemen eoꝝ poſt eos. Eduxitqꝫ
te precedens ī virtute ſua magna ex egi-
pto ut deleret nacōnes maximas et for-
tiores te ī introitu tuo: et introduceret
te daretqꝫ tibi terrā earū in poſſeſſionē
ſicut cernis in preſenti die. Scito ergo
hodie et cogitato in corde tuo quod do-
minus ipſe eſt deus in celo ſurſum · et
in terra deorſū: ⁊ nō ſit alius. Cuſtodi
precepta eius atqꝫ mandata que ego p̄-
cipio tibi · ut bene ſit tibi et filijs tuis
poſt te et ꝑmaneas multo tempore ſuꝑ
terram quā dñs deus tuus daturus eſt
tibi. Tūc ſeparauit moyſes tres ciuita-
tes trans iordanen ad orientalē plagā
ut confugiat ad eas qui occiderit nolēs
proximū ſuū: nec fuerit ſibi inimicus
ante vnū et alterū diem · et ad harum
aliquā vrbium poſſit euadere: boſor in
ſolitudine que ſita eſt in terra campe-
ſtri de tribu ruben · et ramoth ī galaad
q̄ eſt in tribu gad · et golam in baſan
que eſt in tribu manaſſe. Iſta eſt lex ·
quā propoſuit moyſes coram filijs iſrl̄
et hec teſtimonia et cerimonie atqꝫ iu-
dicia que locutus eſt ad filios iſrahel ·
quando egreſſi ſunt de egipto trans ior-
danen in valle contra phanum phogor
in terra ſeon regis amorrei: qui habi-
tauit in eſebon quem percuſſit moyſes
Filij quoqꝫ iſrahel egreſſi ex egipto poſ-
ſederunt terram eius et terram og regis
baſan duorū regum amorreorum qui
erant trans iordanen ad ſolis ortū ab
aroer que ſita eſt ſuper ripam torrentis
arnon uſqꝫ ad montē ſyon q̄ eſt ⁊ her-
mon omnē planiciem trans iordanen

ad orientalẽ plagam uſq; ad mare ſoli-
tudis: ⁊ uſq; ad radices mõtis phaſga
Vocauitq; moyſes omnẽ V
iſrahelẽ: et dixit ad eũ . Audi iſrł
cerimonias atq; iudicia: q̃ ego loquor
in auribꝫ vr̃is hodie. Diſcite ea: et ope
oplete. Dñs deꝰ noſter pepigit nobiſcũ
fedus in oreb. Non cũ patribꝫ noſtris
iniit pactũ ſed nobiſcũ: qui in p̃ſentiarũ
ſumus et viuimus. Facie ad faciẽ locu-
tus eſt nobis in monte de medio ignis
Ego ſequeſter et medius fui inter dñm
et vos in tempore illo: ut annũciarẽ vo-
bis verba eius . Timuiſtis enĩ ignẽ: et
nõ aſcendiſtis in montẽ . Et ait . Ego
dñs deus tuus: qui eduxi te de terra egi-
pti de domo ſeruitutis. Nõ habebis deos
alienos in cõſpectu meo . Nõ facies tibi
ſculptile: nec ſimilitudinẽ omniũ q̃ in
celo ſũt deſup ⁊ q̃ in terra deorſũ: et que
verſantur in aquis ſub terra. Nõ adora-
bis ea ⁊ nõ coles . Ego enĩ ſũ dñs deus
tuus · deus emulator reddens iniquitatẽ
patrũ ſup filios in terciã ⁊ quartã gene-
racõem hiis qui oderũt me: et faciẽs mi-
ſericordiã ĩ multa milia diligentibꝫ me
et cuſtodientibꝫ p̃cepta mea . Nõ vſur-
pabis nomẽ dñi dei tui fruſtra: quia nõ
erit impunitus qui ſup re vana nomẽ
eius aſſumpſerit. Obſerua diẽ ſabbati
ut ſanctifices eũ: ſicut precepit tibi dñs
deus tuus. Sex diebus opaberis: ⁊ fa-
cies omĩa opera tua . Septimꝰ dies ſab-
bati eſt: id eſt requies dñi dei tui . Nõ
facies in eo quicq̃ operis tu ⁊ filius tu-
us et filia ſeruꝰ ⁊ ancilla: bos ⁊ aſinus
et omne iumentũ tuũ ⁊ peregrinus qui
eſt intra portas tuas: ut requieſcat ſer-
uus ⁊ ancilla tua ſicut et tu . Memẽto
q̃ et ipſe ſeruieris in egipto: ⁊ eduxerit
te inde dñs deus tuus in manu forti et
brachio extento . Idcirco precepit tibi
ut obſeruares diẽ ſabbati. Honora pa-
trem tuũ et matrẽ: ſicut precepit tibi do-
minus deus tuus: ut longo viuas tem-
pore · ⁊ bene ſit tibi in terra quã dñs deꝰ
tuus daturus eſt tibi. Nõ occides · neq;
mechaberis: furtũ nõ facies: nec loque-
ris cõtra proximũ tuũ falſũ teſtimoniũ
Nõ cõcupiſces vxorẽ proximi tui: non
domũ · nõ agrũ · nõ ſeruũ · nõ ancillam
nõ bouẽ nõ aſinũ: et vniuerſa que illiꝰ
ſũt. Hec verba locutus eſt dñs ad oẽm
multitudinẽ veſtrã in monte de medio
ignis ⁊ nubis ⁊ caliginis voce magna
nichil addens amplius: et ſcripſit ea in
duabꝫ tabulis lapideis quas tradidit
michi: Vos aũt poſtq̃ audiſtis vocẽ de
medio tenebrarũ et montẽ ardere vidi-
ſtis acceſſiſtis ad me om̃es principes tri-
buũ ⁊ maiores natu atq; dixiſtis. Ecce
oſtendit nobis dñs deus noſter maie-
ſtatem ⁊ magnitudinẽ ſuam . Vocẽ enĩ
eius audiuimus de medio ignis: ⁊ pro-
bauimus hodie q̃ loquente deo cũ hoĩe
vixerit homo. Cur ergo moriemur · et
deuorabit nos ignis hic maximꝰ . Si
enĩ audierimꝰ vltra vocẽ dñi dei noſtri
moriemur. Quid eſt om̃is caro ut au-
diat vocẽ dei viuentis q̃ de medio ignis
loquitur ſicut nos audiuimꝰ ⁊ poſſit vi-
uere? Tu magis accede ⁊ audi cuncta q̃
dixerit dñs deus noſter tibi · loqueriſq;
ad nos: et nos audientes faciemus ea
Quod cũ audiſſet dñs ait ad me . Au-
diui vocẽ verborũ populi huius que lo-
cuti ſunt tibi. Bene omnia ſunt locuti.
Quis det talẽ eos habere mentẽ ut time-
ant me ⁊ vniuerſa mandata mea ĩ omĩ
tempore: ut bene ſit eis ⁊ filiis eorũ in
ſempiternũ. Vade et dic eis. Reuertimi-
ni in tẽtoria vr̃a . Tu vero hic ſta mecũ

et loquar tibi omnia mandata mea et
cerimonias atq; iudicia: q̄ docebis eos
ut faciant ea in terra: quā dabo illis in
poſſeſſionem. Cuſtodite igitur ⁊ facite
q̄ precepit dñs deus vobis. Nō declina-
bitis neq; ad dextrā neq; ad ſiniſtrā ſed
per viam quā precepit dñs deus veſter
ambulabitis: ut viuatis et bene ſit vo-
bis et protelentur dies veſtri in terra
poſſeſſionis veſtre. vi.
HEc ſunt precepta et cerimonie at-
q; iudicia que mandauit dominꝰ
deus veſter ut docerem vos et faciatis ea
in terra ad quā tranſgredimini poſſiden-
dam ut timeas dñm deum tuū et cuſto-
dias omnia mandata et precepta eius
que ego precipio tibi et filiis ac nepoti-
bus tuis cunctis diebꝫ vite tue: ut pro-
longentur dies tui. Audi iſrahel et ob-
ſerua ut facias q̄ precepit tibi dñs ⁊ be-
ne ſit tibi et multiplicêris amplius: ſi-
cut pollicitus eſt dñs deus patrū tuorū
tibi terrā lacte et melle manantē. Audi
iſrahel. Dominus deꝰ noſter deus vnus
eſt. Diliges dñm deū tuū ex toto corde
tuo: et ex tota anima tua: ⁊ ex tota for-
titudine tua. Eruntq; verba hec que ego
precipio tibi hodie in corde tuo: et nar-
rabis ea filiis tuis ⁊ meditaberis ſedēs
in domo tua ⁊ ambulans in itinere dor-
miens atq; conſurgens: et ligabis ea
quaſi ſignum in manu tua: eruntq; et
mouebūtur inter oculos tuos: ſcribeſ-
q; ea in limine et hoſtiis domꝰ tue. Cū-
q; introduxerit te dominus deus tuus
in terram pro qua iurauit patribꝫ tuis
abraham yſaac ⁊ iacob. et dederit tibi
ciuitates magnas ⁊ optimas quas nō
edificaſti: domos plenas cunctaꝝ opū
quas nō extruxiſti. ciſternas quas nō
effodiſti: vineta ⁊ oliueta que non plā-
taſti et comederis et ſaturatus fueris:
caue diligenter ne obliuiſcaris domini
qui eduxit te de terra egipti. de domo ſer-
uitutis. Dominum deum tuum time-
bis et illi ſoli ſeruies: ac per nomen illi-
us iurabis. Non ibitis poſt deos alie-
nos cūctarum gentiū que in circuitu ve-
ſtro ſūt: qm̄ deus emulator dñs deus tu-
us in medio tui: nequādo iraſcatur fu-
ror dñi dei tui cōtra te: et auferat te ſup-
ficie terre. Nō temptabis dñm deū tuū:
ſicut temptaſti in loco temptacōis. Cu-
ſtodi precepta dñi dei tui ac teſtimonia
et cerimonias quas p̄cepit tibi ⁊ fac qđ
placitū eſt ⁊ bonū in cōſpectu dñi ut be-
ne ſit tibi: ⁊ ingreſſus poſſideas terram
optimā de q̄ iurauit dñs patribꝫ tuis ut
deleret oēs inimicos tuos corā te ſicut
locutus eſt. Cū interrogauerit te filius
tuus cras dicēs. qđ ſibi volūt teſtimo-
nia hec ⁊ cerimonie atq; iudicia q̄ p̄cepit
dñs deꝰ noſter nobis: dices ei. Serui
eramus pharaonis in egipto: ⁊ eduxit
nos dñs de egipto ī manu forti: feciq;
ſigna atq; ꝓdigia magna ⁊ peſſima in
egipto ɔtra pharaonē ⁊ omnē domum
illius in cōſpectu noſtro: et eduxit nos
inde ut introductis daret terrā ſup qua
iurauit patribꝫ noſtris. Precepitq; no-
bis dñs ut faciamꝰ oīa legittima hec
et timeamus dñm deū noſtrum ut bene
ſit nobis cunctis diebus vite noſtre ſi-
cut eſt hodie. Eritq; noſtri miſericors
ſi cuſtodierimus ⁊ fecerimꝰ omnia pre-
cepta eius coram domino deo noſtro: ſi-
cut mandauit nobis. vii.
CVm vero introduxerit te dñs deꝰ
tuus ī terrā quā poſſeſſurꝰ es in-
grediēris: ⁊ deleuerit gentes multas co-
ram te etheū ⁊ gergezeū et amorreū cha
naneū et pherezeum ⁊ eueum ⁊ iebuſeū

ſeptē gentes multo maioris numeri q̄
tu es et robuſtiores te·tradideritqꝫ eas
dñs deus tuus tibi: percuſſeris eas uſqꝫ
ad interniciōem./ Nō inibis cū eis fedus
nec miſereberis earū: neqꝫ ſociabis cum
eis cōiugia./ Filiā tuā nō dabis filio ei⁹
nec filiā illius accipies filio tuo: quia ſe-
ducet filiū tuū ne ſequatur me et ut ma-
gis ſeruiat dijs alienis./ Iraſceturqꝫ fu-
ror dñi: et delebit te cito./ Quin potius
hec facietis eis./ Aras eorū ſubuertite:
et cōfringite ſtatuas: lucoſqꝫ ſuccidite
et ſculptilia cōburite: qꝛ populus ſan-
ctus es dño deo tuo./ Te elegit dñs de⁹
tuus ut ſis ei populus peculiaris de cun-
ctis populis qui ſunt ſup terrā./ Nō qꝛ
cūctas gētes numero vincebatis vobis
iunctus eſt dñs et elegit vos cū omibꝫ
ſitis populis pauciores: ſed qꝛ dilexit
vos dñs et cuſtodiuit iuramentū quod
iurauit patribꝫ veſtris./ Eduxitqꝫ vos
in manu forti et redemit de domo ſeruitu-
tis: de manu pharaonis regis egipti: ⁊
ſcies qꝛ dñs deus tuus ipſe eſt deus for-
tis et fidelis: cuſtodiens pactū ⁊ miſeri-
cordiā diligentibꝫ ſe: et hijs qui cuſto-
diūt precepta eius in mille generacōes
et reddens odientibꝫ ſe ſtatim: ita ut di-
ſperdat eos ⁊ vltra nō differat ꝓtinus
eis reſtituens qđ meretur./ Cuſtodi er-
go precepta et cerimonias atqꝫ iudicia·
que ego mando tibi hodie ut facias
Si poſtq̄ audieris hec iudicia cuſtodie-
ris ea ⁊ feceris: cuſtodiet ⁊ dñs deus tu-
us tibi pactū ⁊ miſericordiā quā iurauit
patribꝫ tuis et diliget te et multiplica-
bit: benedicetqꝫ fructui ventris tui· et
fructui terre tue· frumento tuo atqꝫ vin-
demie· oleo et armentis gregibꝫ ouiū
tuarū ſuper terram: pro qua iurauit pa-
tribꝫ tuis ut daret eam tibi./ Benedict⁹

eris inter om̄s populos./ Nō erit apud
te ſterilis vtriuſqꝫ ſexus: tam in homi-
nibꝫ q̄ in gregibꝫ tuis./ Auferet dñs a
te omnē languorē: ⁊ infirmitates egi-
pti peſſimas quas nouiſti nō inferet ti-
bi ſed cūctis hoſtibus tuis./ Deuorabis
om̄es populos quas dñs deus tuus da-
turus eſt tibi./ Nō parcet eis oculus tu-
us· nec ſeruies dijs eorū: ne ſint in ru-
inam tui./ Si dixeris ī corde tuo plures
ſunt gentes iſte q̄ ego· quomō potero
delere eas: noli metuere ſed recordare
que fecerit dñs deus tuus pharaoni: et
cūctis egiptijs plagas maximas quas
viderunt oculi tui ⁊ ſigna atqꝫ portenta
manūqꝫ robuſtam ⁊ extentū brachiū:
ut educeret te dñs deus tuus./ Sic faci-
et cūctis populis quos metuis./ Inſup
ſcrabrones mittet dñs deus tuus in eos
donec deleat om̄s atqꝫ diſperdat qui te
fugerint ⁊ latere potuerint./ Nō timebis
eos quia dñs deus tuus in medio tui eſt
deus magnus et terribilis./ Ipſe conſu-
met nacōnes has in cōſpectu tuo pau-
latim atqꝫ p partes./ Non poteris eas de-
lere pariter: ne forte multiplicentur cō-
tra te beſtie terre./ Dabitqꝫ eos dñs de⁹
tuus in cōſpectu tuo: et interficiet illos
donec penitus deleātur./ Tradetqꝫ reges
eorū in manus tuas: et diſperdes noīa
eorū ſub celo./ Nullus poterit reſiſtere
tibi: donec cōteras eos./ Sculptilia eoꝝ
igne cōbures./ Nō cōcupiſces argentū
et aurū de quibus facta ſunt: neqꝫ aſſu-
mes ex eis tibi quicq̄ ne offendas: pro-
pterea quia abominacō eſt dñi dei tui:
nec inferes quippiam ex ydolo in domū
tuā ne fias anathema ſicut ⁊ illud eſt./
Quaſi ſpurciciā deteſtaberis: et velut in-
quinamentū ac ſordes abominacōni ha-
bebis: quia anathema eſt./ viij·

Omne mandatū qđ ego precipio
tibi hodie caue diligenter ut faci-
as ut poſſitis viuere et multiplicemini:
ingreſſiq3 poſſideatis terrā pro qua iu-
rauit dñs patrib3 veſtris. Et recorda-
beris cūcti itineris ꝑ quod adduxit te do-
minus deus tuus quadraginta annis ꝑ
deſertū ut affligeret te atq3 temptaret:
et nota fierent que in tuo animo verſa-
bantur: vtrū cuſtodires mandata illi⁹
an nō. Afflixit te penuria. et dedit tibi
cibū manna quem ignorabas tu et pa-
tres tui ut oſtenderet tibi: ꝙ nō in ſolo
pane viuit homo: ſed in omī verbo qđ
egreditur de ore dñi. Veſtimentum tuū
quo operiebaris nequaq̄ vetuſtate defe-
cit: et pes tuus nō eſt ſubtritus. En q̄-
dragelimus annus eſt: ut recogites in
corde tuo: quia ſicut erudit filiū ſuū ho-
mo ſic dñs deus tuus erudiuit te: ut cu-
ſtodias mādata dñi dei tui et ambules
in vijs eius: et timeas eū. Dñs enim de⁹
tuus introducet te in terrā bonā. terrā
riuorū aquarūq3 et fontiū. in cuius cam
pis et montibus erumpunt fluuiorum
abiſſi: terrā frumenti ordei ac vinearū:
in qua ficus et malagranata et oliueta
naſcuntur: terrā olei ac mellis. vbi abſ-
q3 vlla penuria comedes panē tuū et re-
rum omniū abundantia ꝑfrueris: cu-
ius lapides ferrū ſūt. et de montibus ei⁹
eris metalla fodiūtur. ut cū comederis
et ſaciatus fueris: benedicas dño deo
tuo pro terra optima quam dedit tibi.
Obſerua et caue nequādo obliuiſcaris
dñi dei tui: et negligas mādata eius at-
q3 iudicia et cerimonias quas ego pre-
cipio tibi hodie: ne poſtq̄ comederis et
ſaciatus fueris: domos pulcras edifica-
ueris et habitaueris in eis: habuerisq3
armenta et ouiū greges. argenti et auri
cunctarūq3 rerū copiam. eleuetur cor
tuū et nō reminiſcaris dñi dei tui: q edu-
xit te de terra egipti de domo ſeruitutis
et ductor tuus fuit ī ſolitudine magna
atq3 terribili ī qua erat ſerpens flatu ad-
urens et ſcorpio ac dipſas et nulle omi-
no aque: q eduxit riuos de petra duriſ-
ſima et cibauit te manna in ſolitudine
qđ neſcierūt patres tui. Et poſtq̄ affli-
xit ac probauit: ad extremū miſertus
eſt tui: ne diceres in corde tuo fortitudo
mea et robur man⁹ mee hec michi oīa
preſtiterūt: ſed recorderis dñi dei tui. ꝙ
ipſe vires tibi prebuerit ut impleret pa-
ctum ſuū ſuper quo iurauit patrib3 tu-
is ſicut preſens indicat dies. Sin autē
oblitus dñi dei tui ſecutus fueris deos
alienos colueriſq3 illos et adoraueris:
ecce nūc ꝑdico tibi ꝙ omnino diſpereās
Sicut gentes quas deleuit dñs ī introi-
tu tuo: ita et vos peribitis ſi inobedien-
tes fueritis voci dñi dei veſtri. ix
Audi iſrahel. Tu trāſgredieris ho-
die iordanen ut poſſideas natio-
nes maximas et fortiores te ciuitates in-
gentes et ad celum uſq3 muratas: po-
pulū magnum atq3 ſublimē. filios ena
chim quos ipſe vidiſti et audiſti: qui-
bus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere.
Scies ergo hodie ꝙ dominus deus tu-
us ipſe tranſibit ante te ignis deuorans
atq3 conſumens: qui conterat eos et de-
leat atq3 diſperdat ante faciē tuam velo-
citer: ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in
corde tuo cū deleuerit eos dñs deus tu-
us in conſpectu tuo. ꝓpter iuſticiā meā
introduxit me dominus ut terram hāc
poſſiderem: cū ꝓpter impietates ſuas iſte
delete ſint nationes. Neq3 enim pro-
pter iuſticias tuas et equitatem cordis
tui ingredieris ut poſſideas terras eorū:

ſed qꝛ ille egerīt impie·introeūte te dele-
te ſunt: et ut cōpleret verbū ſuum dn̄s
qđ ſub iuramento pollicitus ē patrib9
tuis abraham yſaac ⁊ iacob·Scito er-
go q nō ꝓpter iuſticias tuas dn̄s deus
tuus dederit tibi terrā hanc optimam in
poſſeſſionē: cū duriſſime ceruicis ſis po-
pulus·Memento: et ne obliuiſcaris
quomō ad iracundiā ꝓuocaueris dn̄m
deū tuū in ſolitudine: et ex eo die quo
egreſſus es ex egipto uſq; ad locū iſtū
ſemꝑ aduerſū dn̄m cōtendiſti·Nam et
in oreb prouocaſti eū: et iratus delere te
voluit quādo aſcendi in montē ut acci-
perem duas tabulas lapideas pacti qđ
pepigit vobiſcum deus·Et pſeueraui in
monte q̄draginta dieb9 ac noctib9: pa-
nem nō comedēs ⁊ aquā nō bibens·De-
ditq; michi dn̄s duas tabulas lapideas
ſcriptas digito dei: et cōtinentes oīa
verba: q̄ vobis locutus eſt in monte de
medio ignis quādo cōtio populi cōgre-
gata eſt·Cūq; tranſiſſent quadragin-
ta dies et totidē noctes dedit michi dn̄s
duas tabulas lapideas tabulas federis:
dixitq; michi·Surge ⁊ deſcende hinc ci-
to: qꝛ populus tuus quē eduxiſti de egi-
pto deſeruerūt velociter viā quā demon-
ſtraſti eis: fecerūtq; ſibi cōflatile·Rur-
ſumq; ait dn̄s ad me·Cerno q populꝰ
iſte dure ceruicis ſit·Dimitte me ut cō-
teram eū: et deleam nomē eius ſub celo
et cōſtituā te ſuꝑ gentē que hac maior
et fortior ſit·Cūq; de monte ardente de-
ſcenderem et duas tabulas federis vtra-
q; tenerem manu: vidiſſemq; peccaſſe
vos dn̄o deo veſtro et feciſſe vobis vi-
tulū cōflatilem ac deſeruiſſe velociter vi-
am eius quā vobis oſtenderat: proieci
tabulas de manib9 meis cōfregiq; eas
in cōſpectu veſtro·Et procidi ante dn̄m
ſicut prius quadraginta diebus et no-
ctibus panē nō comedens et aquā non
bibens propter oīa peccata veſtra: q̄
geſſiſtis contra dn̄m: et eū ad iracūdiā
prouocaſtis·Timui eñ indignacōem
et irā illius: qua aduerſū vos cōcitatus
delere vos voluit·Et exaudiuit me do-
minus etiā hac vice·Aduerſum aaron
q̄q; vehementer iratus voluit eū cōterere: ⁊
pro illo ſimiliter deprecatus ſū·Pecca-
tum aūt veſtrum qđ feceratis id eſt vi-
tulum arripiens igne cōbuſſi: ⁊ in fru-
ſtra cōminuens omninoq; in puluerem
redigens. proieci in torrentē qui de mō-
te deſcendit·In incendio q̄q; et in tem-
ptacōe: ⁊ in ſepulcris cōcupiſcētie pro-
uocaſtis dn̄m. et qn̄ miſit vos de cadeſ-
barne dicens: aſcēdite ⁊ poſſidete terrā
quā dedi vobis: et cōtempſiſtis impiū
dn̄i dei veſtri ⁊ nō credidiſtis ei neq; vo-
cem eius audire voluiſtis: ſed ſemꝑ fu-
iſtis rebelles a die qua noſſe vos cepi·
Et iacui corā dn̄o quadraginta diebus
ac noctib9 q̄b9 eū ſuppliciter deprecabar
ne deleret vos ut fuerat cōminatus: et
orās dixi·Dn̄e deus ne diſperdas pplm̄
tuū ⁊ hereditatē tuā quā redemiſti i ma-
gnitudine tua: q̄s eduxiſti de egipto i ma-
nu forti·Recordare ſeruoꝝ tuorū abra-
ham yſaac ⁊ iacob·Ne aſpicias duricī-
am populi huius et impietatē atq; pec-
catū: ne forte dicāt habitatores terre:
de qua eduxiſti nos. non poterat dn̄s in-
troducere eos in terrā: quā pollicitus ē
eis et oderat illos·idcirco eduxit ut in-
terficeret illos in ſolitudine: qui ſunt
populus tuꝰ et hereditas tua quos edu-
xiſti in fortitudine tua magna et i bra-
chio tuo extento·

In tempore illo dixit dn̄s ad me·Dola
tibi duas tabulas lapideas ſicut priores

fuerūt ⁊ aſcende ad me in montē: faciesqꝫ archam ligneam et ſcribam in tabu-
lis verba que fuerūt in hijs quas ante
confregiſti: pone[s]qꝫ eas in archa. Feci
igitur archā de lignis ſethim. Cūqꝫ do-
laſſem duas tabulas lapideas inſtar p̄-
orū: aſcendi in montē habens eas ī ma-
nibus. Scripſitqꝫ in tabulis iuxta id:
quod prius ſcripſerat verba decem que
locutus eſt dn̄s ad vos in monte de me-
dio ignis quādo populus cōgregatus
eſt: et dedit eas michi. Reuerſuſqꝫ de
monte deſcendi: et poſui tabulas in ar-
cham quā fecerā: que hucuſqꝫ ibi ſunt
ſicut michi p̄cepit dn̄s. Filij aūt iſrahel
caſtra mouerūt ex beroth filiorū iacbā
in moſura vbi aaron mortuus ⁊ ſepul
tus eſt: pro quo ſacerdotio functus eſt
filius eius eleazar. Inde venerūt ī gad-
gad: de quo loco profecti caſtrametati
ſunt in ietbabatha in terra aquarū atqꝫ
torrentiū. Eo tempore ſeparaui tribū le-
ui ut portaret archam federis dn̄i: et ſta
ret corā eo in miniſterio ac benediceret
in nomine illius uſqꝫ in preſentē diem
Quāobrem nō habuit leui partē neqꝫ
poſſeſſionē cū fratrib; ſuis: qꝛ ipſe dn̄s
poſſeſſio eius eſt: ſicut promiſit ei dn̄s
deus tuus. Ego aūt ſteti in monte ſicut
prius q̄draginta dieb; ac noctib;: ⁊ ex-
audiuitqꝫ me dn̄s etiam hac vice: et te
perdere noluit. Dixitqꝫ michi. Vade ⁊ p̄-
cede p̄p̄lm ut ingrediatur ⁊ poſſideat ter-
ram quā iuraui patrib; eorū: ut traderē
eis. Et nūc iſrahel quid dn̄s deus tuus
petit a te· niſi ut timeas dn̄m deū tuū et
ambules in vijs eius ⁊ diligas eū: ac
ſeruias dn̄o deo tuo in toto corde tuo et
in tota anima tua: cuſtodiaſqꝫ mādata
dn̄i et cerimonias eius quas ego hodie
precipio tibi ut bene ſit tibi. En domini
dei tui celū eſt ⁊ celorū celi terra ⁊ om̄ia
que in ea ſunt et tamē patrib; tuis cō-
glutinatus eſt dn̄s et amauit eos: ele-
gitqꝫ ſemē eorū poſt eos id eſt vos de cū-
ctis gētib; ſicut hodie cōprobatur. Cir-
cūcidite igit̄ prepuciū cordis vr̄i ⁊ ceruī-
cem veſtrā nō indurcetis amplius: quia
dn̄s deus veſter ipſe eſt deus deorū ⁊ dn̄s
dn̄antiū deus magnus et potens ⁊ terri-
bilis: qui pſonā nō accipit nec munera
Facit iudiciū pupillo ⁊ vidue: amat
peregrinū· et dat ei victū atqꝫ veſtitū.
Et vos ergo amate peregrinos: qꝛ ⁊ ipi
fuiſtis aduene in terra egipti. Dn̄m de-
um tuū timebis: et ei ſoli ſeruies. Ipſi
adherebis: iurabiſqꝫ in nomine illius.
Ipſe eſt laus tua ⁊ deus tuus: qui fecit
tibi hec magnalia et terribilia que vi-
derunt oculi tui. In ſeptuaginta anima-
bus deſcenderūt patres tui in egiptū: et
ecce nūc multiplicauit te dominus de⁹
tuus ſicut aſtra celi. · xi ·

Ama itaqꝫ dn̄m deū tuū: et obſer-
ua precepta eius et cerimonias iu-
dicia atqꝫ mandata omni tempore. Co-
gnoſcite hodie que ignorant filij veſtri
qui non viderunt diſciplinam domini
dei veſtri magnalia eius: et robuſtam
manum extentumqꝫ brachium· ſigna ⁊
opera que fecit in medio egipti: phara-
oni regi ⁊ vniuerſe terre eius: omniqꝫ
exercitui egiptiorum ⁊ equis ac currib;
quomodo operuerint eos aque maris
rubri· cū vos perſequerētur et deleuerit
eos dominus uſqꝫ in preſentem diem:
vobiſqꝫ que fecerit in ſolitudīe· donec
veniretis ad hunc locū: et dathan atqꝫ
abiron filijs eliab qui fuit filius ruben
quos aperto ore ſuo terra abſorbuit cū
domib; et tabernaculis et vniuerſa ſub-
ſtātia eorū quā habebāt in medio iſrl̄:

oculi vestri viderunt omnia opa dñi ma-
gna q̃ fecit: ut custodiatis vniuersa mã-
data illius q̃ ego hodie precipio vobis
et possitis introire ⁊ possidere terrã: ad
quã ingredimini · multoq; in ea viua-
tis tempore quã sub iuramẽto pollicit⁹
est dñs patrib; vestris et semini eoꝝ la-
cte et melle manãtẽ. Terra aũt ad quã
ingrederis possidendã: nõ est sicut terra
egipti de qua existi · vbi iacto semine in
ortoꝝ morẽ aque ducũtur irrigue: sed
montuosa est et campestris · de celo ex-
spectans pluuias: quã dñs deus tuus
semp inuisit et oculi illius in ea sunt a
principio anni usq; ad finẽ eius. Si er-
go obedieritis mãdatis meis: que ego
hodie p̃cipio vobis ut diligatis dñm
deũ vestrũ · ⁊ seruiatis ei in toto corde ve-
stro ⁊ in tota aĩma vr̃a: dabit pluuiam
terre vestre tẽporaneã et serotinã ut col-
ligatis frumentũ ⁊ vinũ et oleũ fenum
ex agris ad pascenda iumenta: ut ⁊ ipi
comedatis ac saturemini. Cauete ne
forte decipiat᷑ cor vestrũ ⁊ recedatis a do-
mino: seruiatisq; dijs alienis et adore-
tis eos: iratusq; dñs claudat celũ ⁊ plu-
uie nõ descendant: nec terra det germen
suũ · pereatisq; velociter de terra optima
quã dñs daturus ẽ vobis. Ponite hec
verba mea in cordib; ⁊ in animis vr̃is
et suspẽdite ea pro signo in manib;: et
inter oculos vestros collocate. Docete
filios vestros: ut illa meditent᷑. Quan-
do sederis in domo tua et ambulaueris
in via: ⁊ accubueris atq; surrexeris scri-
bes ea sup postes ⁊ ianuas domus tue
ut multiplicent᷑ dies tui ⁊ filiorum tuo-
rum in terra quã iurauit dñs patribus
tuis: ut daret eis q̃diu imminet celũ ter-
re. Si enĩ custodieritis mandata q̃ ego
precipio vob̃ · et feceritis ea ut diligatis
dñm deũ vestrũ ⁊ ambuletis in omnibus
vijs eius adherentes ei: disperdet dñs
omnipotens om̃s gentes istas ante faciẽ
vr̃am et possidebitis eas que maiores ⁊
fortiores vobis sũt. Omnis locus quem
calcauerit pes vester · vester erit. A de-
serto et libano ⁊ flumine magno eufra-
te usq; ad mare occidentale: erũt termi-
ni vestri. Nullus stabit cõtra vos. Ter-
rorẽ vestrũ ⁊ formidinẽ dabit dñs deus
vester sup oẽm terrã quã calcaturi estis:
sicut locutus est vobis. En p̃pono in
conspectu vestro hodie benedictionẽ et
maledictionẽ: benedictionẽ si obedieri-
tis mandatis dñi dei vestri: que ego ho-
die p̃cipio vob: maledictionẽ si nõ obe-
dieritis mãdatis dñi dei vr̃i sed si recesse-
ritis de via quã ego nũc ostendo vobis
et ambulaueritis post deos alienos q̃s
ignoratis. Cũ introduxerit te dñs de⁹
tuus in terram ad quã pergis habitan-
dam · pones benedictionẽ sup montem
garizim · maledictionẽ sup montem he-
bal: qui sunt trans iordanẽ post viam
que pergit ad solis occubitũ ĩ terra cha-
nanei qui habitat in campestrib; cõtra
galgalam q̃ est iuxta vallem tendentem
et intrantẽ procul. Vos aũt trãsibitis
iordanẽ vt possideatis terrã quã dñs de⁹
vester daturus est vobis: ⁊ habeatis ac
possideatis illam. Videte ergo ut imple-
atis cerimonias atq; iudicia que ego ho-
die ponam in cõspectu vestro. xij.

Hec sũt p̃cepta atq; iudicia: q̃ face-
re debetis in terra quã dñs de⁹ pa-
trũ tuoꝝ daturus est tibi: ut possideas
eã cũctis dieb; q̃b; sup humũ gradieris
Subuertite oĩa loca in quib; coluerũt
gẽtes q̃s possessuri estis deos suos: sup
montes excelsos ⁊ colles et subter oẽm
lignũ frondosũ. Dissipate aras eoꝝ et

cōfringite ſtatuas: lucos igne cōburite ⁊ ydola cōminuite: diſperdite noīa earū de locis illis. Non facietis ita dño deo vřo: ſed ad locū quē elegerit dñs deus veſter de cūctis tribubꝫ veſtris ut ponat nomē ſuū ibi et habitet in eo venietis ⁊ offeretis ī loco illo olocauſta ⁊ victimas vrās · decimas ⁊ p̄mitias manuū veſtrarū · et vota atqꝫ donaria primogenita boū ⁊ ouiū · ⁊ comedetis ibi ī cōſpectu dñi dei vři · ac letabimini in cūctis ad q̄ miſeritis manū vos ⁊ domus vře in quibꝫ benedixit vobis dñs deꝰ veſter. Nō facietis ibi que nos hic facimꝰ hodie: ſinguli qđ ſibi rectū videtur. Neqꝫ eñ uſqꝫ in preſens tempus veniſtis ad requiē et poſſeſſionē quā dñs deus veſter daturus eſt vobis. Trāſibitis iordanen et habitabitis in terra quā dñs deus veſter daturus eſt vobis · ut requieſcatis a cūctis hoſtibꝫ p circuitū: ⁊ abſqꝫ vllo timore habitetis ī loco quē elegerit dñs deus veſter: ut ſit nomē eius in eo. Illuc om̄ia q̄ precipio cōferetis: olocauſta et hoſtias ac decimas ⁊ p̄mitias manuū veſtrarū · et quicq̄d p̄cipuū eſt in muneribꝫ que vouiſtis dño. Ibi epulabimini corā dño deo veſtro vos ⁊ filij ⁊ filie veſtre: famuli et famule · atqꝫ leuites qui in veſtris vrbibꝫ commoratur. Neqꝫ eñ habet aliā partē et poſſeſſionē inter vos. Caue ne offeras olocauſta tua in om̄i loco quē videris: ſed in eo quē elegerit dñs in vna tribuū tuarū offeres hoſtias et facies quecūqꝫ p̄cipio tibi. Si autē comedere volueris et te eſus carnium delectauerit · occide ⁊ comede iuxta benedictionem domini dei tui quā dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundū fuerit hoc eſt maculatum et debile · ſiue mundum hoc eſt integrum et ſine macula quod offerri licet ſicut capream et ceruū comedes: abſqꝫ eſu dūtaxat ſāguinis quē ſup terrā q̄ſi aquā effundes. Nō poteris comedere in oppidis tuis: decimā frumenti ⁊ vini et olei tui: primogenita armentorū et pecorū ⁊ omnia que voueris ⁊ ſponte offerre volueris ⁊ primitias manuū tuarum: ſed coram domino deo tuo comedes ea in loco quē elegerit dominus deus tuus · tu et filius tuus ⁊ filia ⁊ ſeruus ⁊ famula atqꝫ leuites q̄ manet in vrbibꝫ tuis: et letaberis et reficieris corā dño deo tuo in cunctis ad que extenderis manū tuā. Caue ne derelinquas leuitem in om̄i tempore quo verſaris in terra. Quādo dilatauerit dñs deus tuus terminos tuos ſicut locutus eſt tibi · ⁊ volueris veſci carnibꝫ quas deſiderat aīma tua: locus aūt quē elegerit dñs deus tuꝰ ut ſit nomen eius ibi ſi procul fuerit occides de armētis ⁊ pecoribꝫ que habueris ſicut precepit tibi: et comedes in oppidis tuis ut tibi placet. Sicut comedit caprea ⁊ ceruus ita veſceris eis: et mūdus ⁊ immūdus in cōmune veſcent̄: hoc ſolū caue ne ſanguinē comedas. Sanguis enim eorū pro aīa eſt: ⁊ idcirco nō debes animam comedere cū carnibꝫ: ſed ſup terrā fundes q̄ſi aquā · ut bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te · cum feceris quod placet in cōſpectu dñi. Que aūt ſanctificaueris et voueris domino: tolles et venies ad locum quē elegerit dominus: ⁊ offeres oblacōnes tuas carnē ⁊ ſanguinē ſup altare dñi dei tui. Sanguinē hoſtiarū fundes ī altari: carnibꝫ aūt ipe veſceris. Obſerua et audi omnia q̄ ego precipio tibi: ut bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te in ſempiternum: cū feceris quod bonū eſt ⁊ placitum in conſpectu dñi dei tui.

Quādo diſperdiderit dñs deus tuus an-
te faciē tuā gentes ad quas ingredieris
poſſidendas et poſſederis eas atq; habi-
taueris in terra earū: caue ne imiteris
eas poſtq̄ᵐ te fuerint introeūte ſubuerſe
et requiras cerimonias eaꝝ dicens. Si-
cut coluerūt gentes iſte deos ſuos: ita ⁊
ego colā. Nō facies ſimilit̄ dño deo tuo.
Omīs enī abominacōnes quas auerſat̄
dñs fecerūt diis ſuis offerētes filios et
filias: et cōburentes eas igni. Quod pre-
cipio tibi hoc tantū facito dño: nec ad-
das quicq̄ nec minuas. xiii

Si ſurrexerit ī medio tui ꝓphetes
aut qui ſompniū vidiſſe ſe dicat
et predixerit ſignū atq; portentū et eue-
nerit qđ locutus eſt. et dixerit tibi: ea-
mus et ſequamur deos alienos: quos
ignoras ⁊ ſeruiam⁹ eis: nō audies ver-
ba ꝓphete illius aut ſompniatoris: quia
temptat vos dñs deus veſter: ut palam
fiat vtrū diligatis eū an nō in toto cor-
de et in tota anima veſtra. Dñm deū ve-
ſtrū ſequimini ⁊ ipm̄ timete: et mādata
illius cuſtodite ⁊ audite vocē eius. Ipſi
ſeruietis: et ipſi adherebitis. Propheta
aūt ille aut fictor ſompniorꝝ interficietur
quia locutus eſt ut vos auerteret a dño
deo veſtro qui eduxit vos de terra egipti
et redemit vos de domo ſeruitutis: ut er-
rare te faceret de via quā tibi precepit do-
minus de⁹ tuus: et auferes malū de me-
dio tui. Si tibi voluerit pſuadere fra-
ter tuus filius matris tue aut filius tu-
us vel filia ſiue vxor que ē in ſinu tuo
aut amicus quē diligis ut animā tuam
clam dicens. eam⁹ et ſeruiam⁹ diis alie-
nis quos ignoras tu et patres tui cun-
ctarū in circuitu gentiū: q̄ iuxta vel pro-
cul ſūt ab inicio uſq; ad finē terre: non
acquieſcas ei nec audias neq; parcat ei
oculus tuus ut miſerearis ⁊ occultes eū
ſ; ſtatī interficies. Sit primū man⁹ tua
ſup eū: et poſt te omīs populus mittat
manū. lapidib; obrutus necabit̄: quia
voluit te abſtrahere a dño deo tuo qui
eduxit te de terra egipti de domo ſeruitu-
tis: ut et omīs iſrl̄ audiens timeat: et
nequaq̄ᵐ vltra faciat quippiam hui⁹ rei
ſimile. Si audieris in vna vrbiū tuaꝝ
quas dñs deus tuus dabit tibi ad habi-
tandū dicentes aliquos: egreſſi ſunt fi-
lii belial de medio tui et auerterūt habi-
tatores vrbis tue atq; dixerūt: eamus
et ſeruiam⁹ diis alienis quos ignorati⁹:
quere ſolicite et diligenter rei veritate
perſpecta ſi inueneris certū eſſe qđ dicit̄
et abominacōem hāc opere perpetratam
ſtatim percuties habitatores vrbis illius
in ore gladii et delebis eā: oīaq; q̄ in il-
la ſūt uſq; ad pecora. Quicqđ etiā ſup-
pellectilis fuerit congregabis in medio
platearū eius. et cū ipa ciuitate ſuccen-
des: ita ut vniuerſa conſumas dño deo
tuo: et ſit tumulus ſempiternus. Nō
edificabit̄ amplius: ⁊ nō adherebit de il-
lo anathemate quicq̄ᵐ in manu: ut auer-
tatur dñs ab ira furoris ſui ⁊ miſerea-
tur tui: multiplicetq; te ſicut iurauit pa-
trib; tuis quādo audieris vocē dñi dei
tui. cuſtodiens omīa precepta eius que
ego p̄cipio tibi hodie: ut facias qđ pla-
citū eſt in cōſpectu dñi dei tui. xiiii

Filii eſtote dñi dei veſtri. Nō vos
incidetis: nec facietis caluiciū ſup
mortuo: qm̄ ꝑplus ſanctus es dño deo
tuo: et te elegit ut ſis ei in ꝑplm peculia-
rem de cunctis gentib; q̄ ſunt ſup terrā.
Ne comedatis que immūda ſunt. Hoc
eſt animal qđ comedere debetis: bouē ⁊
ouē ⁊ caprā ceruū ⁊ capreā. bubalū tra-
gelaphū pigargū origen camelopardū

Omne animal qđ ī duas partes findit
vngulā et ruminat comedetis : de hijs
aūt q̄ ruminant et vngulā nō findunt
hec comedere nō debetis : camelū leporē
cyrogrillum. Quia rumināt ⁊ nō diui-
dūt vngulā: inmūda erūt vobis. Sus
q̄ꝫ qm̄ diuidit vngulā et nō ruminat:
immūda erit. Carnibꝫ eorū nō veſcemi-
ni: et cadauera nō tangetis. Hec come-
detis ex oīnibꝫ que morantur in aquis.
Que habent pennulas et ſquamas co-
medite: que abſqꝫ pennulis ⁊ ſquamis
ſūt ne comedatis qꝛ immūda ſūt. Oēs
aues inūdas comedite. Immūdas ne
comedatis: aquilā ſcilicet et griphem
et alietū ixon et vulturē ac miluū iuxta
genus ſuū et omne coruini generis: et
ſtrutionē ac noctuā et larū atqꝫ accipi-
trem iuxta genus ſuū: herodiū ac cignū
et ibim ac mergulū porphirionē ⁊ nicti-
coracē onocrotalū ⁊ caradriū: ſingula
in genere ſuo: vpupam q̄ꝫ ⁊ veſpertilio-
nem: et omne qđ reptat ⁊ pennulas ha-
bet immūdū erit ⁊ nō comedetur. Omē
quod mundū eſt comedite. Quicquid
aūt morticinū eſt: ne veſcamini ex eo.
Peregrino qui intra portas tuas eſt da
ut comedat aut vende ei quia tu ꝑplus
ſanctus dñi dei tui es. Nō coques hedū
in lacte matris ſue. Decimā partē ſepa-
rabis de cunctis fructibꝫ tuis qui naſcū-
tur in terra ꝑ annos ſingulos: ⁊ come-
des in cōſpectu dñi dei tui in loco quem
elegerit ut in eo nomē illius inuocetur
decimā frumenti tui ⁊ vini et olei. et pri-
mogenita de armentis ⁊ ouibꝫ tuis: ut
diſcas timere dñm deū tuū oīni tēpore.
Cū aūt longior fuerit via: ⁊ locus quē
elegerit dñs deus tuus: tibiqꝫ benedixe-
rit. nec poteris ad eū hec cūcta portare
vendes oīa ⁊ in p̄ciū redigeſ portabiſqꝫ
in manu tua et proficiſceris ad locū: quē
elegerit dñs deus tuus: et emes ex eadē
pecunia quicquid tibi placuerit: ſiue ex
armentis ſiue ex ouibꝫ. Vinū q̄ꝫ ⁊ ſice-
ram ⁊ oīne qđ deſiderat anima tua: ⁊ co-
medes ibi corā dño deo tuo et epulaberis
tu et domus tua et leuita qui intra por-
tas tuas eſt. Caue ne derelinquas eum
quia nō habet aliam partē in poſſeſſio-
ne tua. Anno tercio ſeparabis aliā deci-
mam ex omnibꝫ que naſcuntur tibi eo
tempore et repones intra ianuas tuas:
venietqꝫ leuites qui aliā nō habet partē
nec poſſeſſionē tecū ⁊ peregrinus ac pu-
pillus et vidua qui intra portas tuas
ſūt et comedent ⁊ ſaturabunt̄: ut bene-
dicat tibi dñs deus tuus in cūctis operi-
bus manuū tuarū q̄ feceris.

xv

Septimo anno facies remiſſionē
que hoc ordine celebrabit̄. Cui
debetur aliquid ab amico vel proximo
ac fratre ſuo repetere non poterit: qꝛ an-
nus remiſſionis eſt dñi. A peregrino et
aduena exiges: ciuem et ꝓpinquū repe-
tendi nō habes poteſtatē. Et omnino in-
digens et mendicus nō erit inter vos:
ut benedicat tibi dñs deus tuus in ter-
ra quā traditurus eſt tibi in poſſeſſionē
ſi tamen audieris vocē dñi dei tui: et cu-
ſtodieris vniuerſa q̄ iuſſit. et que ego
hodie p̄cipio tibi: benedicet tibi ut polli-
citus eſt. Fenerabis gentibꝫ multis: et
ipſe a nullo accipies mutuū. Dominā-
beris nacōnibꝫ plurimis: et tui nemo
dominabitur. Si vnus de fratribꝫ tuis
qui moratur intra portas ciuitatis tue
in terra quā dominus deus tuus datu-
rus eſt tibi. ad paupertatem deuenerit:
non obdurabis cor tuū: nec cōtrahes
manū: ſed aperies eam pauperi: et da-
bis mutuū quo eū indigere perſpexeris

Caue ne forte ſubrepat tibi impia cogi-
tacō et dicas in corde tuo appropinq̄t
ſeptimus annus remiſſionis: ⁊ auertas
oculos a paupere fratre tuo · nolens ei
qd̄ poſtulat mutuū cōmodare ne cla-
met ↄtra te ad dn̄m ⁊ fiat tibi ī peccatū
ſed dabis ei. Nec ages quippiā callide
in eius neceſſitatibꝫ ſubleuādis: ut be-
nedicat tibi dn̄s deus tuus in omī tpe
et in cūctis ad q̄ manū miſeris. Nō de-
erūt pauperes in terra habitacōnis tue
idcirco ego precipio tibi · ut aperies ma-
num fratri tuo egeno ⁊ pauperi: q̄ tecū
verſat̄ in terra. Cū tibi venditus fuerit
frater tuus hebreus aut hebrea: et ſex
annis ſeruierit tibi: in ſeptimo anno di-
mittes eū liberū. Et quē libertate dona-
ueris · nequaq̄ vacuū abire patieris: ſ3
dabis ei viaticū de gregibꝫ: et de area ⁊
torculari tuo quibꝫ dn̄s deus tuus bene-
dixerit tibi. Memento q̄ ⁊ ipſe ſeruieris
in terra egipti · et liberauerit te dn̄s de⁹
tuus: et idcirco ego nūc precipio tibi.
Sin autē dixerit nolo egredi eo q̄ dili-
gat te et domū tuā · et bene ſibi apud te
eſſe ſentiat: aſſumes ſubulā et pforabis
aurem eius in ianua domus tue: et ſer-
uiet tibi uſq3 in eternū. Ancille q̄3 ſimi-
liter facies. Non auertes ab eis oculos
tuos: quādo dimiſeris eos liberos · qm̄
iuxta mercedē mercennarij · per ſex ānos
ſeruiuit tibi · ut benedicat tibi dn̄s de⁹
tuus in cunctis operibꝫ q̄ agis. De pri-
mogenitis q̄ naſcuntur in armentis et
omībꝫ tuis quicq̄d eſt ſexus maſculini:
ſanctificabis dn̄o deo tuo. Nō operabe-
ris in p̄mogenito bouis: et nō tondebis
primogenita ouiū. In cōſpectu dn̄i dei
tui comedes ea p annos ſingulos in lo-
co quē elegerit dn̄s tu et domus tua.
Sin autē habuerit maculā ⁊ vl' claudū
fuerit vel cecū · aut ī aliqua parte defor-
me ul' debile nō immolabit dn̄o deo tuo
ſed intra portas vrbis tue comedes il-
lud. Tā mūdus q̄ immūdus ſimiliter
veſcentur eis q̄ſi caprea et ceruo. Hoc
ſolū obſeruabis ut ſanguinē eorū non
comedas: ſ3 effundas in terrā q̄ſi aquā.

OBſerua menſem nouaꝝ XVI.
frugū et verni primū tpis ut faci-
as phaſe dn̄o deo tuo: qm̄ i iſto menſe
eduxit te dn̄s deus tuus de egipto nocte
Immolabiſq3 phaſe dn̄o deo tuo de oui-
bus ⁊ de bubus in loco quē elegerit do-
minus deus tuus ut habitet nomē eius
ibi. Nō comedes in eo panē fermentatū
Septē diebus comedes abſq3 fermento
afflictionis panē: qm̄ in pauore egreſ-
ſus es de egipto: ut memineris diei e-
greſſionis tue de egipto omībꝫ diebus
vite tue. Nō apparebit fermētatū ī omi-
bus terminis tuis ſeptē diebꝫ: et nō re-
manebit de carnibꝫ eius qd̄ immolatū
eſt veſpere: in die primo mane. Nō po-
teris immolare phaſe ī quolibet vrbiū
tuarū quas dn̄s deus tuus daturus eſt
tibi: ſed in loco quē elegerit dn̄s de⁹ tu-
us ut habitet nomē eius ibi. Immola
bis phaſe veſpere ad ſolis occaſū quā-
do egreſſus es de egipto: ⁊ coques ⁊ co-
medes in loco quē elegerit dn̄s deus tu
us: mane q̄3 cōſurgens vades in taber-
nacula tua. Sex diebꝫ comedes azima
et in die ſeptima quia collecta ē dn̄i dei
tui nō facies opus. Septē ebdomadas
numerabis tibi ab ea die qua falcem in
ſegetem miſeris et celebrabis diē feſtum
ebdomadarū dn̄o deo tuo · oblacōnem
ſpontaneā manus tue quā offers iuxta
benedictionē dn̄i dei tui · et epulaberis
corā dn̄o deo tuo tu ⁊ filius tuus ⁊ filia
tua ⁊ ſeru⁹ tuus et ancilla tua et leuites

qui eſt intra portas tuas · et aduena ac
pupillus et vidua q̄ morātur vobiſcū
in loco quē elegerit dn̄s deus tuus : ut
habitet nomē eius ibi : et recordaberis
quoniā ſeruus fueris in egipto: cuſto-
dieſq; ac facies que precepta ſunt. So-
lemnitatē q̄ꝫ tabernaculorū celebrabis
per ſeptē dies quando collegeris de area
et torculari fruges tuas : et epulaberis
in feſtiuitate tua tu ⁊ filius tuus ⁊ filia
et ſeruus tuus ⁊ ancilla : leuites q̄ꝫ ⁊ ad-
uena · et pupillus et vidua q̄ intra por-
tas tuas ſūt. Septē dieb; dn̄o deo tuo
feſta celebrabis in loco quē elegerit do-
minus · benedicetq; tibi dn̄s deus tuus
in cunctis frugibus tuis ⁊ in omni ope
manuū tuarū: eriſq; in leticia. Tribus
vicibus p annū apparebit omne maſcu-
linū tuū in cōſpectu dn̄i dei tui : in loco
quē elegerit: in ſolemnitate azimorum
et in ſolēnitate ebdomadarū: et in ſolē-
nitate tabernaculorū. Nō apparebit an-
te dn̄m vacuus: ſed offeret vnuſq̄ſq; ſe-
cūdū qd̄ habuerit iuxta benedictionē dn̄i
dei ſui quam dederit ei. Judices ⁊ magi-
ſtros cōſtitues in omnib; portis tuis q̄s
dn̄s deus tuus dederit tibi per ſingulas
tribus tuas : ut iudicent populū iuſto
iudicio: nec in alterā partē declinēt. Nō
accipies perſonā nec munera: quia mu-
nera excecant oculos ſapientum: et mu-
tant verba iuſtorū. Juſte qd̄ iuſtum ē
perſequeris · ut viuas ⁊ poſſideas terrā:
quā dn̄s deus tuus dederit tibi. Nō plā-
tabis lucū: et omnē arborē iuxta altare
dn̄i dei tui: nec facies tibi atq; cōſtitues
ſtatuā: q̄ odit dn̄s deus tuus. xvii.

NOn immolabis dn̄o deo tuo bo-
uem et ouem in quo eſt macula ·
aut quippiam vicij : quia abominacō ē
dn̄o deo tuo. Cūq; reperti fuerint apud
te intra vnā portarū tuarū q̄s dn̄s deus
tuus dabit tibi vir aut mulier q̄ faciāt
malū in cōſpectu dn̄i dei tui: et trāſgre-
diātur pactū illius: ut vadāt et ſeruiāt
dijs alienis et adorent eos ſolē et lunā
et omnē miliciā celi q̄ nō precepi : ⁊ hoc
tibi fuerit nūciatū: audienſq; inquiſie-
ris diligenter : et verū eſſe repereris · et
abominacō facta eſt in iſrl': educes viꝝ
ac mulierē qui rē ſceleratiſſimā perpetra-
runt ad portas ciuitatis tue · ⁊ lapidib;
obruentur. Jn ore duorū aut triū teſti-
um peribit qui interficietur. Nemo occi-
datur: vno cōtra ſe dicente teſtimoniū
Manus teſtiū pma interficiet eū: ⁊ ma-
nus reliqui populi extrema mittetur ut
auferas malū de medio tui. Si difficile
et ambiguū apud te iudiciū eſſe perſpe-
xeris inter ſanguinē ⁊ ſanguinē · cauſā
et cauſā · leprā et nō leprā · et iudicii in-
tra portas tuas videris verba variari:
ſurge ⁊ aſcende ad locū quē elegerit dn̄s
deus tuus: veniesq; ad ſacerdotes leuiti-
ci generis et ad iudicē q̄ fuerit illo tp̄e
quereſq; ab eis: qui indicabūt tibi iudi-
cij veritatē: et facies quodcūq; dixerunt
qui preſūt loco quē elegerit dn̄s ⁊ docu-
erint te iuxta legē eius · ſequeriſq; ſen-
tentiā eorū: nec declinabis ad dextrā ne-
q; ad ſiniſtrā. Qui aūt ſupbierit nolēs
obedire ſacerdotis imperio qui eo tempo-
re miniſtrat dn̄o deo tuo ex decreto iudi-
cis: morietur homo ille · et auferes ma-
lū de iſrl': cūctuſq; pp̄ls audiēs timebit
ut nullus deinceps intumeſcat ſupbia.
Cū ingreſſus fueris terrā quā dn̄s deus
tuus dabit tibi · et poſſederis eā habita-
ueriſq; in illa ⁊ dixeris conſtituā ſuper
me regem ſicut habent oēs p circuitum
naciōnes : eū conſtitues quē dn̄s deus
tuus elegerit de numero fratrum tuorū

Non poteris alterius gentis hominem
regem facere : qui non ſit frater tuus.
Cūq; fuerit cōſtitutus · nō multiplica-
bit ſibi equos nec reducet p̄p̄lm in egi-
ptū equitatus numero ſubleuatus pre-
ſertim cū dn̄s p̄cepit vobis ut nequaq̄
amplius p eandē viā reuertamini. Nō
habebit vxores plurimas q̄ illiciāt ani-
mū eius : neq; argenti ⁊ auri immēſa pō-
dera. Poſtq̄ aūt ſederit ī ſolio regni ſui
deſcribet ſibi deutronomiū legis huius
in volumine · accipiens exemplar a ſa-
cerdotib; leuitice tribus · et habebit ſecū.
legetq; illud om̄ib; dieb; vite ſue ut di-
ſcat timere dn̄m deū ſuum · et cuſtodire
verba et cerimonias eius q̄ in lege p̄ce-
pta ſūt. Nec eleuetur cor ei⁹ in ſupbiā
ſup frēs ſuos : neq; declinet in partē de-
xtrā ul̄ ſiniſtrā : ut longo tpe regnet ipe
et filius eius ſuper iſrahel. xviii.

NOn habebunt ſacerdotes et leuite
et om̄es qui de eadē tribu ſūt par-
tē et hereditatē cū reliquo iſrahel : q2 ſa-
crificia dn̄i ⁊ oblacōes eius comedent.
Et nichil aliud accipient de poſſeſſione
fratrū ſuorū. Dn̄s em̄ ipe eſt hereditas
eorū : ſicut locutus eſt illis. Hoc erit iu-
diciū ſacerdotū a p̄p̄lo et ab hijs q̄ offe-
runt victimas : ſiue bouē ſiue ouē im-
molauerint dabunt ſacerdoti armū ac
ventriculū : primitias frumenti vini et
olei et lanarū partē ex ouiū tonſione.
Ipm̄ em̄ elegit dn̄s deus tuus de cūctis
tribub; tuis : ut ſtet ⁊ miniſtret nomini
dn̄i dei tui ipſe ⁊ filij eius in ſempiternū.
Si exierit leuites ex vna vrbiū tuarū
ex om̄i iſrl̄ ī qua habitat et voluerit ve-
nire deſiderās locū quē elegerit dn̄s : mi-
niſtrabit ī nomine dn̄i dei ſui · ſicut oēs
fratres eius leuite qui ſtabūt eo tempo-
re corā dn̄o. Partē a̍bo3 eandē accipiet

quā et ceteri : excepto eo qd̄ in vrbe ſua
ex paterna ei ſucceſſione debetur. Quā-
do ingreſſus fueris terrā quā dn̄s deus
tuus dabit tibi caue ne imitari velis ab-
ominacōnes illarū gentiū : nec inueni-
atur in te qui luſtret filiū ſuum aut filiā
ducēs per ignē aut qui ariolos ſciſcite-
tur aut obſeruet ſomnia atq; auguria
ne ſit maleficus ne incātator : ne phito-
nes conſulat nec diuinos : et querat a
mortuis veritatē. Om̄ia em̄ hec abomi-
natur dn̄s : et ꝓpter iſtiuſmōi ſcelera de-
lebit eos ī introitu tuo. Perfectus eris
et abſq; macula : cū dn̄o deo tuo. Gen-
tes iſte quarū poſſidebis terrā augures
et diuinos audiūt : tu aūt a dn̄o deo tuo
aliter inſtitutus es. Prophetā de gente
tua ⁊ de fratrib; tuis ſicut me ſuſcitabit
tibi dn̄s deus tuus : ipm̄ audies ut peti-
ſti a dn̄o deo tuo in oreb quādo concio
cōgregata eſt atq; dixiſti. Ultra nō au-
diam vocē dn̄i dei mei : ⁊ ignē hūc ma-
ximū ampli⁹ nō videbo ne moriar. Et
ait dn̄s michi. Bene om̄ia ſunt locuti.
Prophetam ſuſcitabo eis de medio fra-
trū ſuorū ſimilē tui : et ponā verba mea
in ore eius : loquetur q; ad eos om̄ia q̄
precepero illi. Qui aūt verba eius q̄ lo-
quetur in nomine meo audire noluerit :
ego vltor exiſtā. Propheta aūt qui ar-
rogantia deprauatus voluerit loqui in
nomine meo q̄ ego nō p̄cepi illi ut dice-
ret : aut ex eo noīe alienorū deorū inter-
ficietur. Quod ſi tacita cogitacōne re-
ſponderis · quō poſſū intelligere verbū
qd̄ dn̄s non eſt locutus : hoc habebis ſi-
gnum. Quod in nomine dn̄i propheta
ille predixerit et non euenerit · hoc do-
minus nō eſt locutus : ſed per tumorem
animi ſui propheta confinxit : ⁊ idcirco
nō timebis eum. xix.

Cum diſperdiderit dñs deus tuus
gentes quarũ tibi traditurus eſt
terrã ⁊ poſſederis eã: habitaueriſq; ĩ vr-
bib; eius ⁊ in edib; : tres ciuitates ſepa-
bis tibi ĩ medio terre quã dñs de⁹ tuus
dabit tibi in poſſeſſionẽ ſternẽs dilige-
ter viã · et ĩ tres equalit̃ partes totã ter-
re tue puinciã diuides · ut habeat e vici-
no q̃ pter homicidiũ profugus ẽ quo
poſſit euadere. Hec erit lex homicide fu-
gientis: cui⁹ vita ſeruãda eſt. Qui percuſ-
ſerit proximũ ſuũ neſciens: et q̃ heri et
nudiuſtercius nullũ cõtra eũ hodiũ ha-
buiſſe cõprobat̃ ſed abiſſe cũ eo ſimpli-
citer in ſiluã ad ligna cedendã: et in ſuc-
ciſione lignorũ ſecuris fugerit manũ ·
ferrũq; lapſũ de manubrio amicũ ei⁹ per-
cuſſerit et occiderit: hic ad vnã ſupradi-
ctarũ vrbiũ cõfugiet ⁊ viuet: ne forſi-
tan proxim⁹ eius cui⁹ effuſus ẽ ſãguis
dolore ſtimulatus pſequat̃ et apprehen-
dat eũ ſi longior via fuerit · et percutiat
aĩam eius q̃ nõ eſt reus mortis: q; nul-
lũ otra eũ q̃ occiſus eſt odiũ pus habu-
iſſe monſtrat̃. Jdcirco precipio tibi ut
tres ciuitates equalis intra ſe ſpacij di-
uidas. Cũ aũt dilatauerit dñs de⁹ tuus
terminos tuos ſicut iurauit patrib; tu-
is et dederit tibi cunctã terrã quã eis pol-
licitus eſt: ſi tamẽ cuſtodieris mãdata
eius ⁊ feceris q̃ hodie p̃cipio tibi ut dili-
gas dñm deũ tuũ et ambules ĩ vijs ei⁹.
omĩ tẽpore: addes tibi tres alias ciuita-
tes et ſupradictarũ triũ vrbiũ numerũ
duplicabis: ut nõ effundat̃ ſanguis in-
noxius in medio terre quã dñs deus tu-
us dabit tibi poſſidendã · ne ſis ſangui
nis reus. Si quis aũt odio habẽs pro-
ximũ: inſidiatus fuerit vite ei⁹ ſurgẽs
q; percuſſerit illũ et mortuus fuerit fuge-
ritq; ad vnã de ſupradictis vrbibus ·
mittẽt ſeniores ciuitatis ill⁹ et arripiẽt
eũ de loco effugij tradentq; ĩ manu pro-
ximi cui⁹ ſãguis effuſus eſt: et morietur
Nõ miſereberis eius: ⁊ auferes noxiũ ſã-
guinem de iſrl̃ ut bene ſit tibi. Nõ aſſu-
mes et trãſferes terminos proximi tui q̃s
fixerũt priores in poſſeſſione tua quã dñs
deus tuus dabit tibi in terra quã accepe-
ris poſſidendã. Nõ ſtabit teſtis vn⁹ cõ-
tra aliquẽ quicq̃d illud peccati ⁊ facino-
ris fuerit: ſed in ore duorũ aut triũ te-
ſtiũ ſtabit omẽ vbũ. Si ſteterit teſtis
mẽdax cõtra hoĩem accuſans eũ p̃uari-
cacõis: ſtabũt ambo quorũ cauſa ẽ an-
te dñm in cõſpectu ſacerdotũ ⁊ iudicũ:
q̃ fuerint ĩ dieb; illis. Cũq; diligentiſ-
ſime pſcrutãtes inuenerint falſũ teſtem
dixiſſe cõtra frẽm ſuũ mẽdaciũ: reddent
ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit et au-
feres malũ de medio tui: ut audientes
ceteri timorẽ habeant: ⁊ nequaq̃ talia
audeant facere. Nõ miſereberis eius ſed
aĩmã p aĩa · oculũ p oculo · dentẽ p dẽte
manũ pro manu · pedem pro pede exiges

Si exieris ad bellũ cõtra XX
hoſtes tuos · et videris equitatus
et currus · et maiorem q̃ tu habeas ad-
uerſarij exercitus multitudinẽ: nõ time-
bis eos quia dñs deus tuus tecũ eſt qui
eduxit te de terra egipti. Appropinquã-
te aũt iã p̃lio ſtabit ſacerdos ante aciẽ ·
et ſic loquet̃ ad pplm. Audi iſrl̃. Vos
hodie cõtra inimicos vr̃os pugnã cõ-
mittitis: nõ pertimeſcat cor vr̃m. Noli-
te metuere nolite cedere nec formidetis
eos q; dñs deus veſter in medio veſtri ẽ
et pro vobis cõtra aduerſarios dimica-
bit ut eruat vos de periculo. Duces q̃; p
ſingulas turmas audiẽte exercitu pro-
clamabũt. Quis eſt homo qui edifica-
uit domũ nouam: et nõ dedicauit eam

Vadat et revertatur in domū suā: ne for-
te moriatur in bello et alius dedicet eam.
Quis est homo qui plantavit vineā: et
necdū fecit eā esse cōmunē de qua vesci
omnibus liceat? Vadat et revertatur
in domū suā: ne forte moriatur in bello ⁊
alius homo eius fungatur officio. Quis
est homo qui despondit uxorē ⁊ nō acce-
pit eā? Vadat ⁊ revertatur i domū suā
ne forte moriatur in bello et alius homo
accipiat eā. His dictis addent reliqua
et loquentur ad ppl'm. Quis ē homo for-
midolosus ⁊ corde pavido? Vadat et re-
vertatur in domū suā: ne pavere faciat cor-
da fratrū suorū · sicut ipse timore perterri-
tus est. Cūq3 siluerint duces exercitus
et finē loquendi fecerint: unusquisq3 suos
ad bellū cuneos preparabit. Si quādo
accesseris ad expugnādā civitatē: offe-
res ei primū pacē. Si receperit ⁊ aperue-
rit tibi portas: cūctus ppl's qui in ea ē
salvabitur · et serviet tibi sub tributo.
Sin aūt fedus inire noluerit et ceperit
cōtra te bellū oppugnabis eā. Cūq3 tra-
diderit dn's deus tuus illā in manu tua
percuties omē qd' i ea generis masculini
est in ore gladij absq3 mulieribus et in-
fantibus iumentis et ceteris q̄ in civitate
sūt. Omnem predā exercitui divides: et
comedes de spolijs hostiū tuorū q̄ dn's
deus tuus dederit tibi. Sic facies cūctis
civitatibus q̄ a te procul valde sūt · et nō sūt
de hijs urbibus q̄s in possessionē acceptu-
rus es. De hijs aūt civitatibus q̄ dabūt
tibi nullū omnino pmittes vivere · sed inter-
ficies in ore gladij: etheū videlicet et a-
morreū ⁊ chananeū phereзeū et eveū et
iebuseū sicut precepit tibi dn's deus tu'
ne forte doceāt vos facere cūctas abomi-
nacōes quas ipsi operati sūt dijs suis ·
et peccetis in dn'm deū vestrū. Quando
obsederis civitatē multo tempore et mu-
nicōibus circūdederis ut expugnes eam
nō succides arbores de quibus vesci potest
nec securibus per circuitū debes vastare re-
gionē: qm̄ lignū est ⁊ nō homo: nec po-
test bellantiū cōtra te augere numerū.
Si qua aūt ligna nō sūt pomifera sed
agrestia ⁊ in cetera apta usus: succide ⁊
extrue machinas donec capias civitatē
que contra te dimicat. XXI.

Quando inventū fuerit i terra quā
dn's de' tuus daturus est tibi ho-
minis cadaver occisi: ⁊ ignorabitur cedis
reus egredientur maiores natu ⁊ iudi-
ces tui ⁊ metientur a loco cadaveris · sin-
gularū p circuitū spacia civitatū: ⁊ quā
viciniorē ceteris esse pspexerit · seniores
civitatis illius tollent vitulā de armen-
to q̄ nō traxit iugū · nec terrā scidit vo-
mere · et ducent eā ad vallē asperā atq3
saxosam q̄ nūq̄ arata est: nec sementē
recepit: et cedent in ea cervices vitule.
Accedentq3 sacerdotes filij levi quos ele-
gerit dn's deus tuus ut ministrent ei et
benedicāt in noīe eius: et ad verbū eo-
rū omē negotiū pendet et quicquid mūdū
vel immūdū est iudicetur: et venient ma-
iores natu civitatis illius ad interfectū
lavabūtq3 manus suas sup vitulā q̄ in
valle percussa est: et dicent. Manus nr̄e
nō effuderūt sanguinē hūc: nec oculi vi-
derunt. Propiciꝰ esto pplo tuo isrl' quē
redemisti dn'e · et nō reputes sanguinē
innocentē in medio ppli tui isrl'. Et au-
feretur ab eis reatus sanguinis: tu aūt
alienus eris ab innocentis cruore qui
fusus ē cū feceris qd' precepit dn's. Si
egressus fueris ad pugnā cōtra inimi-
cos tuos ⁊ tradiderit eos dn's deus tu'
in manu tua captivosq3 duxeris: et vi-
deris i numero captivorū mulierē pulcrā

et adamaueris eam volueriſq; habere
vxorē: introduces eā ī domū tuā. Que
radet ceſariē ⁊ circūcidet vngues. ⁊ depo-
net veſtē in qua capta eſt: ſedenſq; in do-
mo tua flebit patrē ⁊ matrē ſuā vno mē-
ſe. et poſtea intrabis ad eā dormieſq; cū
illa: et erit vxor tua. Si aūt poſtea nō
ſederit aīo tuo. dimittes eā liberā: nec
vendere poteris pecunia nec opprimere p
potentiā quia humiliaſti eā. Si habuerit
homo vxores duas vnā dilectā ⁊ alterā
odioſā genuerintq; ex eis liberos et fue-
rit filiꝰ odioſe primogenitus volueritq;
ſubſtātiā inter filios ſuos diuidere: nō
poterit filiū dilecte facere pmogenitū et
pferre filio odioſe: ſ; filiū odioſe agno-
ſcet pmogenitū dabitq; ei de hijs q̄ ha-
buerit cūcta duplicia. Iſte eſt eīm pnci-
piū liberorū eiꝰ: ⁊ huic debent pmogeni-
ta. Si genuerit homo filiū cōtumacē ⁊
proteruū q̄ nō audierit pris ac matris
imperiū: ⁊ coherciꝰ obedire cōtempſerit:
apprehendēt eū ⁊ ducēt eū ad ſeniores ci-
uitatis illiꝰ ⁊ ad portā iudicij dicētq; ad
eos. Filiꝰ noſter iſte proteruus ⁊ cōtu-
max eſt: monita nr̄a audire cōtēnit.
cōmeſſacōibꝰ vacat ⁊ luxurie atq; cōui-
uijs: lapidibꝰ eū obruet pplꝰs ciuitatis
et morietur ut auferatis malū de medio
veſtri: et vniuſus iſrł audiēs ptimeſcat.
Quādo peccauerit homo qd morte ple-
ctendū eſt: ⁊ adiudicatꝰ morti appēſus
fuerit in patibulo: nō pmanebit cada-
uer eiꝰ in ligno. ſed in eadē die ſepelietur
quia maledictꝰ a deo ē q̄ pendet ī ligno: et
nequaq̄ cōtaminabis terrā tuā quā dn̄s
deꝰ tuus dederit tibi ī poſſeſſionē. xxii.
Non videbis bouē ⁊ ouē fratris tui
errantē ⁊ pteribis ſed reduces fra-
tri tuo: etiā ſi nō ē ppinquus frater tuꝰ
nec noſti eū. Duces in domū tuā ⁊ erūt
apud te q̄ diu querat ea frater tuus et
recipiat. Similiter facies de aſino et de
veſtimento. ⁊ de omī re fris tui q̄ perie-
rit: ſi inueneris eā ne negligas q̄ſi alie-
nā. Si videris aſinū fratris tui: aut bo-
uem cecidiſſe ī via: nō deſpicies ſed ſub-
leuabis cū eo. Nō induetur mulier ve-
ſte virili: nec vir vtetur veſte feminea
Abominabilis eīm apud deū eſt q̄ facit
hoc. Si ambulās per viā: ī arbore vel
in terra nidū auis inueneris et matrem
pullis vel ouis deſup incubantē: nō te-
nebis eā cum filijs ſed abire patieris ca-
ptos tenens filios: ut bene ſit tibi et lō-
go viuas tempore. Cū edificaueris do-
mū nouā facies murū tecti p circuitū ne
effundatur ſanguis in domo tua: ⁊ ſis re-
us labente alio et in preceps ruente. Nō
ſeres vineā tuā altero ſemine: ne et ſe-
mentis quā ſeuiſti et que naſcuntur ex
vinea pariter ſanctificentur. Nō arabis
in boue ſimul ⁊ aſino. Nō indueris ve-
ſtimento qd ex lana linoq; cōtextū eſt
Funiculos in fimbrijs facies per quatu-
or angulos pallij tui quo operiris. Si
duxerit vir vxorē et poſtea odio habu-
erit eā queſieritq; occaſiones quibꝰ di-
mittat eā obiciens ei nomen peſſimū. et
dixerit vxorē hanc accepi: et ingreſſus
ad eā nō inueni virginē: tollent eā pa-
ter et mater eius ⁊ ferent ſecū ſigna vir-
ginitatis eiꝰ ad ſeniores vrbis q̄ in por-
ta ſūt: et dicet pater. Filiā meā dedi hu-
ic vxorē: quā quia odit imponit ei nomē
peſſimū ut dicat nō inueni filiā tuā vir-
ginē ⁊ ecce hec ſūt ſigna virginitatis fi-
lie mee. Expandent veſtimentum corā
ſenioribus ciuitatis: apprehendentq; ſe-
nes vrbis illius virum et verberabūt
illum. condemnantes inſuper centum
ſiclis argenti quos dabit patri puelle.

quomā diffamauit nomē peſſimū ſuper
virginē iſrł: habebitqꝫ eā vxorē et nō
poterit dimittere om̄ibꝫ diebꝫ vite ſue
Quod ſi verū eſt qđ obiāt et nō eſt in
puella inuenta virginitas: eiicient eam
extra fores domus patris ſui: et lapidi-
bus obruent viri ciuitatis illius ⁊ mo-
rietur: qm̄ fecit nephas ī iſrahel ut for-
nicaret in domo patris ſui: et auferes
malū de medio tui. Si dormierit vir
cū vxore alterius vterqꝫ morient id eſt
adulter et adultera: et auferes malū de
iſrł. Si puellā virginē deſponderit vir
et inuenerit eā aliquis in ciuitate ⁊ con-
cubuerit cū ea: educes vtrūqꝫ ad portā
ciuitatis illius et lapidibꝫ obruent: pu-
ella q̄ nō clamauit cū eſſet in ciuitate:
vir q̄ humiliauit vxorem proximi ſui
et auferes malū de medio tui. Sin aūt
in agro reppererit vir puellā q̄ deſponſa-
ta eſt et apprehendens cōcubuerit cū ea:
ipſe morietur ſolus: puella nichil pa-
tietur: nec eſt rea mortis: quoniam ſi-
cut latro cōſurgit cōtra fratrē ſuū ⁊ oc-
cidit animā eius ita ⁊ puella perpeſſa eſt
Sola erat in agro: clamauit et nullus
affuit q̄ liberaret eā. Si inuenerit vir
puellā virginē q̄ nō habet ſponſum et
apprehendens cōcubuerit cum illa et res
ad iudiciū venerit: dabit qui dormiuit
cū ea patri puelle centūquinquaginta
ſiclos argenti: et habebit eā vxorē quia
humiliauit illā. Non poterit dimittere
eam cunctis diebus vite ſue. xxiii.

NOn accipiet homo vxorē pr̄is ſui
nec reuelabit operimentū ei⁹. Nō
intrabit eunuchus attritis vel amputa-
tis teſticulis et abſciſo veretro eccleſiā
dn̄i. Nō ingredietur manſer hoc eſt de
ſcorto natus in eccleſiam dn̄i uſqꝫ ad
decimam generacōnem. Ammonites et
moabites etiā poſt decimā generacōem
nō intrabūt eccleſiam dn̄i in eternū: q̄
noluerūt vobis occurrere cum pane et
aqua in via quando egreſſi eſtis de egi-
pto: et q̄ cōduxerūt cōtra te balaam
filiū beor de meſopotamia ſirie ut male-
diceret tibi: et noluit dn̄s deus tuus au-
dire balaam: vertitqꝫ maledictionē eius
in benedictionem tuā eo q̄ diligeret te
Nō facies cū eis pacē: nec queras eis bo-
na cūctis diebus vite tue ī ſempiternū
Nō abominaberis ydumeū quia frater
tuus eſt: nec egiptiū q̄ aduena fuiſti
in terra eius. Qui nati fuerint ex eis ter-
cia generacōne intrabūt in eccleſiā dn̄i
Quādo egreſſus fueris aduſus hoſtes
tuos in pugnā: cuſtodies te ab om̄i re
mala. Si fuerit inter vos homo qui in
nocturno ſit pollutus ſompnio egrediet
extra caſtra: et nō reuertetur priuſq̄ ad
veſperā lauetur aqua: ⁊ poſt ſolis occa-
ſū regredietur in caſtra. Habebis locū
extra caſtra ad quē egrediaris ad requi-
ſita nature: gerens paxillū in baltheo.
Cūqꝫ ſederis fodies p circuitū: et egeſta
humo operies quo releuatus es. Dn̄s
enī deus tuus ambulat in medio caſtro-
rum ut eruat te ⁊ tradat tibi inimicos
tuos: ut ſint caſtra tua ſancta ⁊ nichil
in eis appareat feditatis: ne derelinquat
te. Nō trades ſeruū dn̄o ſuo q̄ ad te cō-
fugerit. Habitabit tecū in loco q̄ ei pla-
cuerit: et in vna vrbiū tuarum requieſcet
ne cōtriſtes eū. Nō erat meretrix de fili-
abus iſrł: nec ſcortator de filijs iſrahel
Nō offeres mercedē proſtibuli: nec pre-
cium canis in domo dn̄i dei tui quicqd
illud eſt qđ vouerint quia abominacō
eſt vtrūqꝫ apud dn̄m deū tuū. Nō fene-
rabis fratri tuo ad vſurā pecuniam nec
fruges nec quālibet aliā rem: ſed alieno

Fratri aūt tuo absqꝫ vsura id quo indi-
get cōmodabis: ut benedicat tibi dn̄s
deus tuus in omni ope tuo in terra ad
quā ingredieris possidendam. Cū votū
voueris dn̄o deo tuo nō tardabis redde-
re ꝙ requiret illud dn̄s deus tuus: ⁊ si
moratus fueris reputabit̄ tibi i peccatū
Si nolueris polliceri absqꝫ peccato eris
Qđ aūt semel egressū est de labijs tuis
obseruabis ⁊ facies sicut ꝓmisisti dn̄o
deo tuo ⁊ ꝓpria volūtate ⁊ ore tuo locu-
tus es. Ingressus vineā proximi tui
comede vuas quantū tibi placuerit: fo-
ras aūt ne efferas tecū. Si intraueris se-
getem amici tui franges spicas ⁊ manu
cōteres: falce aūt nō metes. xxiiii

SI acceperit homo vxorem et ha-
buerit eā et non inuenerit graciā
ante oculos eius ꝓpter aliquā feditatē
scribet libellū repudij ⁊ dabit in manu
illius: ⁊ dimittet eā de domo sua. Cūqꝫ
egressa alterū maritū duxerit et ille q̄
oderit eā dederitqꝫ ei libellū repudij ⁊ di-
miserit de domo sua vel certe mortuus
fuerit. nō poterit prior maritus recipere
eam in vxorem quia polluta est et abo-
minabilis facta est coram domino: ne
peccare facias terrā tuā quā dn̄s deus tu
us tradiderit tibi possidendā. Cū accepe-
rit homo nuper vxorem nō procedet ad
bellū nec ei quippiā necessitatis iniunge-
tur publice: sed vacabit absqꝫ culpa do-
mui sue: ut vno anno letetur cū vxore
sua. Nō accipies loco pignoris inferio-
rem et superiorem molam: quia animā
suam apposuit tibi. Si deprehensus fue-
rit homo sollicitans fratrem suū de fi-
lijs israhel. et vendito eo acceperit preci-
um interficietur: et auferes malū de me
dio tui. Obserua diligenter ne incurras
plagā lepre sed facies q̄cunqꝫ docuerint
te sacerdotes leuitici generis iuxta id qđ
precepi eis: et imple sollicite. Memen-
tote que fecerit dominus deus vester ma
rie in via cū egrederemini de egipto. Cū
repetes a proximo tuo rem aliquā quā
debet tibi: non ingredieris domū eius
ut pignus auferas: sed stabis foris et
ille tibi proferet quod habuerit. Si au-
tem pauper est. nō pernoctabit apud te
pignus sed statim reddes ei ante solis
occasū: ut dormiens in vestimento suo
benedicat tibi: et habeas iusticiā coram
dn̄o deo tuo. Nō negabis mercedem in
digentis ⁊ pauperis fratris tui. siue ad
uene qui tecū moratur in terra et intra
portas tuas est: sed eadem die reddes ei
preciū laboris sui ante solis occasum.
quia pauper est ⁊ ex eo sustentat animā
suā: ne clamet cōtra te ad dn̄m et repu
tetur tibi in peccatū. Nō occidēt̄ patres
pro filijs nec filij pro patribꝰ: sed vnus-
quisqꝫ pro peccato suo morietur. Nō
peruertes iudiciū aduene ⁊ pupilli: nec
auferes pignoris loco vidue vestimen
tū. Memento ꝙ seruieris in egipto: et
eruerit te dn̄s deus tuus inde. Idcirco
precipio tibi ut facias hāc rē. Quando
messueris segetē in agro tuo. et oblitꝰ
manipulū reliqueris: nō reuerteris ut
tollas illū. sed aduenā et pupillum et
viduā auferre patieris: ut benedicat ti-
bi dn̄s deus tuus in omni opere manuū
tuarū. Si fruges collegeris oliuarum
quicquid remanserit in arboribꝰ nō re-
uerteris ut colligas: sed relinques ad-
uene pupillo ac vidue. Si vindemia-
ueris vineā tuā: nō colliges remanen
tes racemos sed cedent in vsus aduene
pupilli ac vidue. Memento ꝙ et tu ser-
uieris in egipto: et idcirco precipio tibi
ut facias hanc rem. xxv

SI fuerit cauſa inter aliquos ⁊ in-
terpellauerit iudices: quē iuſtū eē
pſpexerint illi iuſticie palmam dabūt
quē impium cōdemnabūt impietatis.
Si autē eū qui peccauit dignū viderit
plagis: proſternēt et corā ſe facient ver-
berari. Pro menſura peccati erit ⁊ pla-
garū modus: ita dūtaxat ut q̄drage-
nariū numerū nō excedāt: ne fede lace-
ratus ante oculos tuos abeat frater tu⁹.
Non ligabis os bouis terentis in area
fruges tuas. Quādo habitauerint fra-
tres ſimul et vnus ex eis abſq; liberis
mortuus fuerit: vxor defuncti non nu-
bet alteri ſed accipiet eam frater eius et
ſuſcitabit ſemen fratris ſui: et primoge-
nitū ex ea filiū nomīe illius appellabit
ut nō deleatur nomē ex iſrl̄. Si autē
noluerit accipere vxorē fratris ſui que ei
ex lege debetur: perget mulier ad portā
ciuitatis ut interpellabit maiores natu
dicetq;. Non vult frater viri mei ſuſci-
tare ſemen fratris ſui in iſrl̄: nec me in
cōiugiū ſumere. Statimq; accerſiri eū
facient: et interrogabūt. Si responde-
rit nolo eā vxorē accipere: accedet muli-
er ad eū coram ſenioribȝ · ⁊ tollet calcia-
mentū de pede eius ſpuetq; in faciem ei⁹
et dicet. Sic fiet hoīmi q̄ nō edificat do-
mū fr̄is ſui. Et vocabit nomē illius in
iſrl̄ dom⁹ diſcalciati. Si habuerint in-
ter ſe iurgiū viri duo et vnus cōtra al-
terū rixari ceperit: volenſq; vxor alteri-
us eruere virū ſuum de manu fortioris
miſeritq; manū et apprehenderit verēda
eius · abſcides manū illius · ne flecteris
ſup eā vlla miſericordia. Nō habebis
in ſacculo diuerſa pondera maius et mi-
nus: nec erit in domo tua modius ma-
ior ⁊ minor. Pondus habebis iuſtū et
verū · et modius equalis et ver⁹ erit tibi
ut multo viuas tempore ſup terrā quā
dn̄s deus tuus dederit tibi. Abominat̄
eīm dn̄s eū qui facit hec: et aduerſatur
omnē iniuſticiā. Memento que fecerit
tibi amalech ī via quādo egrediebaris
ex egipto: quomā occurrerit tibi et ex-
tremos agminis tui qui laſſi reſidebant
ceciderit · quando tu eras fame ⁊ labore
cōfectus: ⁊ nō timuerit deū. Cū ergo do-
minus deus tuus dederit tibi requiem · et
ſubiecerit cūctas p circuitū nacōes ī ter-
ra quā tibi pollicitus ē delebis nomē ei⁹
ſub celo. Caue ne obliuiſcaris. xxvi

CUmq; intraueris terrā quā dn̄s de-
us tuus tibi daturus eſt poſſiden-
dam et obtinueris eam · atq; habitaue-
ris in illa: tolles de cūctis frugibȝ tuis
primitias et pones in cartallo pergeſq;
ad locū quē dn̄s deus tuus elegerit: ut
ibi inuocetur nomē eius: accedeſq; ad
ſacerdotē q̄ fuerit ī diebus illis et dices
ad eū. Profiteor hodie corā dn̄o deo tuo
q̄ ingreſſus ſū in terrā pro qua iurauit
patribȝ noſtris ut daret eā nobis. Su-
ſcipienſq; ſacerdos cartallū de manu tua
ponet ante altare dn̄i dei tui · et loque-
ris in cōſpectu domini dei tui. Sirus p-
ſequebatur patrē meū qui deſcendebat ī
egiptū et ibi peregrinatus eſt in pauciſ-
ſimo numero: creuitq; in gentē magnā
ac robuſtam et infinite multitudinis.
Afflixerūtq; nos egiptij et pſecuti ſunt
imponentes onera grauiſſima: ⁊ clama-
uimus ad dn̄m deū patrū noſtrorū qui
exaudiuit nos et reſpexit humilitatem
noſtrā et laborem atq; anguſtiā: ⁊ edu-
xit nos de egipto in manu forti et bra-
chio extēto · in ingēti pauore · in ſignis
atq; portentis: ⁊ introduxit ad locū iſtū
et tradidit nobis terram lacte ⁊ melle
manātē. Et idcirco nūc offero pmitias

frugū terre: quam dn̄s dedit michi. Et dimittes eas in conſpectu dn̄i dei tui: et adorato dn̄o deo tuo epulaberis in om̄ibus bonis que dn̄s deus tuus dederit tibi et domui tue: tu et levites et advena qui tecū eſt. Quando compleveris decimam cunctarū frugū tuarū · anno decimarum tercio: dabis levite ⁊ advene et pupillo ⁊ vidue ut comedāt intra portas tuas ⁊ ſaturentur: loquerisq; in cōſpectu dn̄i dei tui. Attuli quod ſanctificatū eſt de domo mea et dedi illud levite et advene ⁊ pupillo ac vidue ſicut iuſſiſti michi. Nō preterivi mādata tua: nec ſum oblitus imperij. Non comedi ex eis i luctu meo: nec ſeparavi ea i qualibet immundicia: nec expendi ex hijs quicq; in re funebri. Obedivi voci dn̄i dei mei: et feci omnia ſicut precepiſti michi. Reſpice de ſanctuario tuo et de excelſo celorū habitaculo: et benedic populo tuo iſrl': et terre quā dediſti nobis ſicut iuraſti patrib; noſtris: terre lacte et melle manāti. Hodie dn̄s deus tu' p̄cepit tibi ut facias mādata hec atq; iudicia: ut cuſtodias et impleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua. Dn̄m elegiſti hodie ut ſit tibi deus et ambules in vijs eius: ut cuſtodias cerimonias illi' et mandata atq; iudicia: et obedias ei' imperio. En dn̄s elegit te hodie: ut ſis ei populus peculiaris ſicut locutus eſt tibi et cuſtodias om̄ia precepta illius: et faciet te excelſiorē cūctis gentib; quas creavit in laudē et nomē et gloriā ſuā· ut ſis populus ſanctus dn̄i dei tui ſicut locutus eſt.

xxvii

Precepit aūt moyſes et ſeniores populo iſrahel dicentes. Cuſtodite omne mandatū quod precipio vobis hodie. Cumq; tranſieritis iordanem in terrā quā dn̄s deus tuus dabit tibi· eriges ingentes lapides et calce levigabis eos ut poſſis i eis ſcribere om̄ia verba legis huius iordane trāſmiſſo: ut introeas terrā quā dn̄s de' tuus dabit tibi: terrā lacte et melle manantem ſicut iuravit patribus tuis. Quando ergo tranſieritis iordanen erigite lapides quos ego hodie precipio vobis in monte hebal: et levigabis eos calce· ⁊ edificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrū nō tetigit: et de ſaxis informibus et impolitis: et offeres ſup eo olocauſta domino deo tuo et immolabis hoſtias pacificas: comedeſq; ibi et epulaberis corā dn̄o deo tuo. Et ſcribes ſuper lapides om̄ia verba legis hui' plane et lucide. Dixeruntq; moyſes et ſacerdotes levitici generis ad omnē iſrahelem. Attende et audi iſrahel. Hodie factus es populus domini dei tui. Audies vocem eius: et facies mandata atq; iuſticias quas ego precipio tibi. Precepitq; moyſes populo in die illo· dicens. Hij ſtabunt ad benedicendum domino ſuper montem garizim iordane tranſmiſſo: ſimeon levi iudas yſachar ioſeph et beniamin. Et e regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte hebal: ruben gad et aſer zabulon dan et neptalim. Et pronunciabunt levite: dicentq; ad omnes viros iſrahel excelſa voce. Maledictus homo qui facit ſculptile ⁊ conflatile abominacōnem domini opus manuū artificū: ponetq; illud in abſcondito. Et reſpondebit omnis populus: et dicet amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuū ⁊ matrem Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus amen.

Maledictus q̄ errare facit cecū in itine-
re. Et dicat om̄is populus amē. Male-
dictus qui peruertit iudiciū aduene pu-
pilli et vidue. Et dicet om̄is populus
amen. Maledictus qui dormit cū vxore
patris ſui: et reuelat operimentū lectu-
li eius. Et dicet om̄is pp̄lus amē. Ma-
ledictus qui dormit cum om̄i iumento.
Et dicet om̄is pp̄lus amē. Maledictus
qui dormit cū ſorore ſua filia patris ſui
vel matris ſue. Et dicet om̄is populus
amen. Maledictus qui dormit cū ſocru
ſua. Et dicet om̄is pp̄lus amen. Male-
dictus qui clam percuſſerit proximū ſuū
Et dicet om̄is populus amen. Maledi-
ctus qui accipit munera: ut percutiat ani-
mā ſanguinis innocentis. Et dicet oīs
pp̄lus amē. Maledictus q̄ nō pmanet
in ſermonibꝫ legis huiꝰ: nec eos opere
pficit. Et dicet om̄is pp̄lus amen. xxviii.
Si aūt audieris vocem domini dei
tui ut facias atq; cuſtodias om̄ia
mādata eius que ego p̄cipio tibi hodie
faciet te dn̄s deus tuus excelſiorē cūctis
gentibꝫ q̄ verſant̄ in terra. Venientq; ſu-
per te vniuerſe benedictiones iſte et ap-
prehendent te: ſi tamē p̄cepta eius audi-
eris. Benedictus tu in ciuitate: et bene-
dictus in agro. Benedictus fructꝰ ven-
tris tui et fructus terre tue: fructuſq;
iumentorū tuorum greges armentorū
tuorum et caule ouium tuarum. Be-
nedicta horrea tua: et benedicte reliquie
tue. Benedictus eris ingrediens et egre-
diens. Dabit dominus inimicos tuos:
qui cōſurgent aduerſū te corruentes in
cōſpectu tuo. Per viā vnā venient cō-
tra te · et p ſeptem fugiant a facie tua.
Emittet dn̄s benedictionē ſup cellaria
tua et ſup om̄ia opera manuū tuarū: be-
nedicetq; tibi in terra quam acceperis.
Suſcitabit te dn̄s ſibi in pp̄lm ſanctū
ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris manda-
ta dn̄i dei tui et ambulaueris i vijs eiꝰ
Videbūtq; om̄s terrarū pp̄li q̄ nomen
dn̄i inuocatū ſit ſup te: et timebunt te
Abūdare te faciet dn̄s om̄ibus bonis:
fructu vteri tui et fructu iumentorū tu-
orū fructu terre tue quam iurauit dn̄s
patribꝫ tuis ut daret tibi. Aperiet dn̄s
theſaurū ſuū optimū celū: ut tribuat
pluuiā terre tue in tempore ſuo. Bene-
dicetq; cūctis operibꝫ manuū tuarū: et
fenerabis gentibꝫ multis: et ipſe a nullo
fenus accipies. Conſtituet te dn̄s deus
tuus in caput et nō in caudā: et eris ſē-
per ſupra et nō ſubter: ſi tamē audieris
mandata dn̄i dei tui que ego p̄cipio ti-
bi hodie et cuſtodieris et feceris: ac nō
declinaueris ab eis nec ad dextrā nec ad
ſiniſtrā: nec ſecutus fueris deos alienos
neq; colueris eos. Qđ ſi audire nolue-
ris vocē domini dei tui ut cuſtodias et fa-
cias om̄ia mādata eiꝰ et cerimonias q̄s
ego p̄cipio tibi hodie: venient ſup te oēs
maledictōes iſte et apprehendēt te. Ma-
ledictus eris in ciuitate: maledictus in
agro. Maledictū horreū tuū: et male-
dicte reliquie tue. Maledictus fructus
ventris tui et fructus terre tue: armen-
ta boū tuorū et greges ouiū tuarū. Ma-
ledictus eris ingrediēs: et maledictus
egrediens. Mittet dn̄s ſuper te famē et
eſuriē et increpacōem in om̄ia opera tua
que tu facies: donec cōterat te et perdat
velociter pp̄ter adinuētiones tuas peſſi-
mas in quibꝫ reliquiſti me. Adiungat
tibi dn̄s peſtilētiam: donec cōſumat te
de terra ad quā ingredieris poſſidendā
Percutiat te dn̄s egeſtate et febri et frigo-
re ardore et eſtu et aere corrupto ac ru-
bigine: et perſequatur donec pereas.

Sit celū q̄ ſupra te eſt eneum· et terra
quā calcas ferrea. Det dn̄s ymbrē ter-
re tue puluerem: et de celo deſcendat ſu-
per te cinis donec conteraris. Tradet te
dn̄s corruentem ante hoſtes tuos: ⁊ p
vnā viā egrediaris contra eos: et per ſe-
ptem fugias: ⁊ diſpergaris per omnia
regna terre. Sitq; cadauer tuū in eſcā
cunctis volatilibus celi et beſtijs terre:
et non ſit qui abigat. Percutiat te dn̄s
vlcere egipti· et partem corporis p quā
ſtercora digerūtur: ſcabie q̄z et pruri-
gine: ita ut curari nequeas. Percutiat
te dn̄s amentia ⁊ cecitate ac furore mē-
tis ⁊ palpes in meridie ſicut palpare ſo-
let cecus in tenebris · et nō dirigas vi-
as tuas. Omniq; tempore calumniam
ſuſtineas: et opprimaris violentia nec
habeas qui te liberet. Vxorem accipias
et alius dormiat cū ea. Domū edifices
et nō habites in ea. Plantes vineā ⁊ nō
vindemies eā. Bos tuus immoletur co-
ram te: ⁊ nō comedas ex eo. Aſinus tu-
us rapiatur in cōſpectu tuo: ⁊ nō red-
datur tibi. Oues tue dentur inimicis tu-
is: ⁊ nō ſit qui te adiuuet. Filij tui ⁊ fi-
lie tue tradantur alteri populo videnti-
bus oculis tuis ⁊ deficientibꝫ ad conſpe-
ctū eorū tota die ⁊ nō ſit fortitudo ī ma-
nu tua. Fructus terre tue ⁊ omēs labo-
res tuos comedat populus quem igno-
ras: et ſis ſemper calumniā ſuſtinens·
et oppreſſus cūctis diebus ⁊ ſtupens ad
terrorē eorū que videbūt oculi tui. Per-
cutiat te dn̄s vlcere peſſimo in genibꝫ ⁊
in ſuris: ſanariq; nō poſſis a planta pe-
dis uſq; ad verticē tuū. Ducetq; te dn̄s
et regem tuū quē cōſtitues ſup te in gē-
tem quā ignoras tu ⁊ patres tui: ⁊ ſerui-
es ibi dijs alienis ligno et lapidi ⁊ eris
perditus in prouerbiū ac fabulā omībꝫ
populis ad quos te introduxerit dn̄s.
Semente multā iacies ī terrā ⁊ modicū
congregabis: quia locuſte deuorabunt
omīa. Vineā plantabis et fodies ⁊ vi-
num nō bibes nec colliges ex ea quippi
am: quoniā vaſtabit̄ vermibꝫ. Oliuas
habebis in omnibꝫ terminis tuis et nō
vngeris oleo: q2 defluent ⁊ peribunt.
Filios generabis et filias ⁊ nō frueris
eis quoniā ducent̄ in captiuitatē. Om-
nes arbores tuas ⁊ fruges terre tue ru-
bigo cōſumet. Aduena q̄ tecū verſatur
in terra aſcendet ſup te eritq; ſublimior
tu aūt deſcendes ⁊ eris inferior. Ipſe fe-
nerabit tibi: ⁊ tu nō fenerabis ei. Ipſe
erit in caput: ⁊ tu eris in caudā. Et ve-
nient ſup te omēs maledictiones iſte·
et pſequentes apprehendēt te donec inte-
reas: q2 nō audiſti vocē dn̄i dei tui: nec
ſeruaſti mādata eius ⁊ cerimonias: q̄s
precepit tibi. Et erūt in te ſigna atq; ꝓ-
digia et in ſemine tuo uſq; in ſempiter-
num: eo q ſeruieris domino deo tuo in
gaudio cordiſq; leticia ꝓpter rerū om-
nium abundātiā. Serujes inimico tuo
quē immittet tibi dn̄s in fame et ſiti et
nuditate ⁊ omni penuria: ⁊ ponet iugū
ferreū ſuper ceruicē tuā donec te cōterat
Adducet dn̄s ſuper te gentē de longin-
quo et de extremis terre finibus ī ſimili-
tudinē aquile volantis cum impetu cu-
ius linguam intelligere nō poſſis: gen-
tem procaciſſimam que non deferat ſeni
nec miſereat̄ paruuli: ⁊ deuoret fructū
iumentorum tuorū ac fruges terre tue
donec intereas: ⁊ non relinquat tibi tri-
ticum vinum ⁊ oleum armenta boum:
et greges ouium: donec te diſperdat et
cōterat in cūctis vrbibus tuis: ⁊ deſtru-
antur muri tui firmi atq; ſublimes · in
quibꝫ habebas fiduciā in omī terra tua

Obſideberis intra portas tuas in omni
terra tua quā dabit tibi dn̄s deus tuus
et comedes fructū vteri tui ⁊ carnes fili-
orū tuorū et filiarū tuarū quas dederit
tibi dn̄s deus tuus · in anguſtia ⁊ vaſti-
tate qua opprimet te hoſtis tuus. Ho-
mo delicatus in te et luxurioſus valde
inuidebit fratri ſuo et vxori q̄ cubat in
ſinu ſuo ne det eis de carnibꝫ filiorū ſu-
orū quas comedet: eo ꝙ nichil aliud ha-
beat in obſidione ⁊ penuria qua vaſta-
uerint te inimici tui intra om̄es portas
tuas. Tenera mulier ⁊ delicata q̄ ſupra
terrā ingredi nō valebat nec pedis ve-
ſtigiū figere ꝓpter molliciē ⁊ teneritudi-
nem nimiā: inuidebit viro ſuo q̄ cubat
in ſinu eius ſuper filijs ⁊ filie carnibꝫ ⁊ il-
luuie ſecūdinarū q̄ egrediunt̄ de medio
feminū eiꝰ: et ſup liberis qui eadē hora
nati ſūt. Comedent eñ eos clam ꝓpter
rerū om̄iū penuriā: in obſidione et va-
ſtitate: qua opprimet te inimicus tuus
intra portas tuas. Niſi cuſtodieris ⁊ fe-
ceris om̄ia verba legis huius q̄ ſcripta
ſūt in hoc volumine: et timueris nomē
eius glorioſū ⁊ terribile hoc eſt dn̄m de-
um tuū · augebit dn̄s plagas tuas · et
plagas ſeminis tui plagas magnas ⁊
pſeuerātes infirmitates peſſimas et per-
petuas: et cōuertet in te om̄s afflictiōes
egipti quas timuiſti ⁊ adherebūt tibi.
Inſuper ⁊ vniuerſos languores ⁊ pla-
gas q̄ nō ſūt ſcripte in volumīe legis
huiꝰ inducet dn̄s ſup te: donec te cōte-
rat. Et remanebitis pauci numero qui
prius eratis ſicut aſtra celi pre multitu-
dine: quoniā nō audiſti vocē dn̄i dei tui
Et ſicut ante letatus eſt dn̄s ſuper vos
bene vobis faciens voſqꝫ multiplicās
ſic letabit̄ diſperdens vos atqꝫ ſubuer-
tens: ut auferamini de terra ad quam
ingredieris poſſidendā. Diſperget te do-
minus in om̄es ꝑplos a ſūmitate terre
uſqꝫ ad terminos eiꝰ: ⁊ ſerues ibi dijs
alienis quos et tu ignoras ⁊ patres tui
lignis et lapidibꝫ. In gentibꝫ q̄ꝫ illis
nō quieſces: neqꝫ erit requies veſtigio
pedis tui. Dabit eñ tibi dn̄s ibi cor pa-
uidū ⁊ deficientes oculos · et animā cō-
ſumptā merore: et erit vita tua quaſi
pendens ante te. Timebis nocte et die:
et nō credes vite tue. Mane dices quis
michi det veſperum: et veſpere quis mi-
chi det mane: propter cordis tui formi-
dinē qua terreberis: et propter ea que
tuis videbis oculis. Reducet te domi-
nus claſſibꝫ in egiptū per viā de qua di-
xit tibi ut eā amplius nō videres. Ibi
venderis inimicis tuis in ſeruos et ancil-
las: et nō erat qui emat. · xxix.

HEc ſunt verba federis quod prece-
pit dn̄s moyſi: ut feriret cū filijs
iſrahel in terra moab: p̄ter illud fedus
qd̄ cum eis pepigit in oreb. Vocauitqꝫ
moyſes omnē iſrahel: et dixit ad eos.
Vos vidiſtis vniuerſa q̄ fecit dn̄s corā
vobis ī terra egipti pharaoni ⁊ om̄ibꝫ
ſeruis eius vniuerſeqꝫ terre illius: tem-
ptacōnes magnas quas viderūt oculi
tui: ſigna illa portentaqꝫ ingentia ⁊ nō
dedit vobis dn̄s cor intelligēs et oculos
videntes: ⁊ aures q̄ poſſint audire uſqꝫ
in p̄ſentē diē. Adduxit vos q̄dragīta
annis p deſertū: nō ſunt attrita veſtimē-
ta veſtra: nec calciamenta pedū veſtrorum
vetuſtate cōſūpta ſunt. Panē nō come-
diſtis vinū ⁊ ſicerā nō bibiſtis: ut ſci-
retis quia ipſe eſt dn̄s deus veſter. Et
veniſtis ad hūc locū: egreſſuſqꝫ ē ſeon
rex eſebon et og rex baſan occurrentes
nobis ad pugnā: et percuſſimus eos et
tulimꝰ terrā eorum ac tradidimꝰ poſſidendā

rubẽ et gad et dimidie tribui manaſſe
Cuſtodite ergo verba pacti huius ⁊ im-
plete ea ut intelligatis vniuerſa q̄ faci-
tis. Vos ſtatis hodie cuncti coram dño
deo veſtro: principes veſtri ⁊ trib⁹ ac ma-
iores natu atq3 doctores om̄is popul⁹
iſrahel liberi et vxores veſtre ⁊ aduene
q̄ tecū morant̄ in caſtris exceptis ligno-
rū ceſorib⁹: et hijs q̄ cōportant aquas
ut tranſeas in federe dñi dei tui. ⁊ in iure-
iurādo qđ hodie dñs deus tuus pacit̄
tecū: ut ſuſcitet te ſibi in pplm ⁊ ipſe ſit
dñs de⁹ tuus ſicut locut⁹ ē tibi: ⁊ ſicut
iurauit patrib⁹ tuis abrahā yſaac et ia-
cob. Nec vobis ſolus ego hoc fedus
ferio: et hec iuramenta cōfirmo: ſed cū-
ctis preſentib⁹ et abſentibus. Vos em̄
noſtis quomodo habitauerimus in ter-
ra egipti. et quomodo tranſierimus p
medium nationum: quas tranſeuntes
vidiſtis abominacōnes et ſordes id eſt
ydola eorum lignū et lapidem argentū
et aurū que colebāt. Ne forte ſit inter
vos vir aut mulier familia aut tribus
cuius cor auerſum eſt hodie a domino
deo veſtro ut vadat et ſeruiat dijs illaꝝ
gentiū ⁊ ſit inter vos radix germinans
fel et amaritudinem. Cumq3 audierit
verba iuramenti huius: benedicat ſibi
in corde ſuo dicens. pax erit michi. et
ambulabo in prauitate cordis mei: et
aſſumat ebria ſitientē et dñs nō igno-
ſcat ei: ſed tunc q̄ maxime furor eius
fumet ⁊ zelus contra hominem illū: et
ſedeant ſuper eum om̄ia maledicta que
ſcripta ſunt in hoc volumine. et deleat
dominus nomen eius ſub celo ⁊ conſu-
mat eum in perdicōne ex omnibus tri-
bubus iſrahel: iuxta maledictiones que
in libro legis huius ac federis continen-
tur. Dicetq3 ſequens generacō et filij:
qui naſcentur deinceps. ⁊ peregrini qui
de longe venerunt: videntes plagas ter-
re illius et infirmitates quibus eam af-
flixerit dominus ſulphure et ſolis ar-
dore comburens: ita ut vltra non ſera-
tur nec virens quippiam germinet in
exemplum ſubuerſionis zodome et go-
morre adame et ſeboim. quas ſubuer-
tit dominus in ira et in furore ſuo: et
dicent omnes gentes. Quare ſic fecit
dominus terre huic? Que eſt hec ira fu-
roris eius immenſa? Et reſpondebunt.
Quia dereliquerunt pactum domini qđ
pepigit cū patribus eorum quando edu-
xit eos de terra egipti et ſeruierunt dijs
alienis. et adorauerunt eos quos neſcie-
bant ⁊ quibus nō fuerunt attributi id-
circo iratus eſt furor dñi contra terram
iſtā ut induceret ſup eā omnia maledi-
cta que in hoc volumine ſcripta ſunt:
et eiecit eos de terra ſua in ira et in furo-
re et in indignacōne maxima. proiecit
q3 in terrā alienā ſicut hodie comproba-
tur. Abſcondita a dño deo noſtro que
manifeſta ſunt nobis et filijs noſtris
uſq3 in ſempiternū. ut faciam⁹ vniuer-
ſa legis huius. xxx

Cum ergo venerint ſuper te omnes
ſermones iſti benediccio ſiue ma-
lediccio quā propoſui in conſpectu tuo
et ductus penitudine cordis tui in vni-
uerſis gentib⁹ ī quas diſperſerit te dñs
deus tuus et reuerſus fueris ad eum. et
obedieris eius imperijs ſicut ego hodie
precipio tibi cum filijs tuis ī toto corde
tuo et in tota aīa tua reducet te domi
nus deus tuus de captiuitate tua ac mi-
ſerebit̄ tui: et rurſum congregabit te de
cunctis populis in quos te ante diſper-
ſit. Si ad cardines celi fueris diſſipa-
tus inde te retrahet dominus deus tuus:

et aſſumet atq; introducet i terrā quā
poſſederūt patres tui ⁊ obtinebis eā: et
benedicēs tibi maioris numeri te eſſe fa-
ciet q̄ fuerūt patres tui. Circūcidet dn̄s
de⁹ tuus cor tuū et cor ſeminis tui ut dili-
gas dn̄m deū tuū ex toto corde tuo et in
tota anima tua: ut poſſis viuere. Om̄s
autē maledictiones has cōuertet ſuper
inimicos tuos: et eos qui oderūt te et p-
ſequūtur. Tu aūt reuerteris et audies
vocem domini dei tui: facieſq; vniuerſa
mandata que ego precipio tibi hodie:
et abūdare te faciet dn̄s de⁹ tuus in cū-
ctis operib; manuū tuarū in ſobole vte-
ri tui et in fructu iumentorū tuorū: in
vbertate terre tue et in rerū omniū largi-
tate. Reuertetur eni dn̄s ut gaudeat ſu-
per te in omnib; bonis ſicut gauiſus eſt
in patrib; tuis: ſi tamē audieris vocem
dn̄i dei tui et cuſtodieris precepta eius
et cerimonias que ī hac lege cōſcripta
ſunt: et reuertaris ad dn̄m deum tuū in
toto corde tuo et in tota aīma tua. Mā-
datū hoc quod ego precipio tibi hodie
non ſupra te eſt neq; procul poſitū nec
in celo ſitū: ut poſſis dicere. quis noſtrū
valet ad celū aſcendere ut deferat illud
ad nos ut audiamus atq; opere cōple-
amus: neq; trans mare poſitū ut cauſe-
ris et dicas quis e nobis poterit mare
trāſfretare ⁊ illud ad nos uſq; deferre:
ut poſſim⁹ audire et facere qđ preceptū
eſt: ſed iuxta te eſt ſermo valde in ore
tuo ⁊ in corde tuo ut facias illū. Conſi-
dera q̄ hodie ꝓpoſuerim i cōſpectu tuo
vitam et bonū et econtrario mortē et
malū: ut diligas dn̄m deū tuū ⁊ ambu-
les in viis eius et cuſtodias mādata il-
lius ⁊ cerimonias atq; iudicia et viuas
atq; multiplicet te benedicatq; tibi ī ter-
ra ad quā ingredieris poſſidendam. Si
autē auerſū fuerit cor tuū ⁊ audire no-
lueris atq; errore deceptus adoraueris
deos alienos ⁊ ſeruieris eis: predico tibi
hodie q̄ pereas: et paruo tp̄ore more-
ris in terra ad quā iordane trāſmiſſo in-
gredieris poſſidendā. Teſtes inuoco ho-
die celū et terrā q̄ propoſuerim vobis
vitam ⁊ bonū: benedictionē ⁊ maledi-
ctionē. Elige ergo vitā ut et tu viuas
et ſemen tuū: diligas dn̄m deū tuū atq;
obedias voci eius: ⁊ illi adhereas. Ipe
eſt eni vita tua et longitudo dierū tuo-
rum: ut habites in terra pro qua iura-
uit dn̄s patrib; tuis abrahā yſaac et ia-
cob ut daret eam illis.

XXXI.

Abijt q̄ moyſes ⁊ locutus eſt oīa
verba hec ad vniuerſū iſrahel: et
dixit ad eos. Centūviginti annorū ſū
hodie nō poſſum vltra egredi et ingre-
di: preſertim cū et dn̄s dixerit michi nō
tranſibis iordanē iſtū. Dn̄s ergo deus
tuus trāſibit ante te. Ipſe delebit om̄s
gentes has ī cōſpectu tuo: ⁊ poſſidebis
eas. Et ioſue iſte trāſibit ante te: ſicut
locutus ē dn̄s. Facietq; dn̄s eis ſicut fe-
cit ſeon ⁊ og regib; amorreorū et terre
eorū: delebitq; eos. Cū ergo ⁊ hos tra-
diderit vobis ſimiliter: facietis eis ſicut
precepi vobis. Viriliter agite: et cōfor-
tamini. Nolite timere: ne paueatis ad
cōſpectum eorū q2 dn̄s deus tuus ipſe
eſt ductor tuus: ⁊ nō dimittet nec dere-
linquet te. Vocauitq; moyſes ioſue: ⁊
dixit ei corā omni iſrahel. Confortare ⁊
eſto robuſtus. Tu eni introduces po-
pulū iſtū in terrā quam daturū ſe patri-
bus eoꝝ iurauit dn̄s: et tu eam diuides
ſorte. Et dn̄s qui ductor eſt veſter ipe
erit tecū: nō dimittet nec derelinquet te
Noli timere ne paueas. Scripſit itaq;
moyſes legem hanc · et tradidit eam

ſacerdotibus filijs leui: qui portabāt ar-
cham federis dñi: ⁊ cūctis ſenioribꝫ iſra-
hel. Precepitq; eis dicēs. Poſt ſeptem
annos remiſſionis in ſolemnitate taber-
naculorū cōuenientibꝫ cūctis ex iſrahel:
ut appareant in conſpectu dñi dei tui in
loco quem elegerit dñs: leges verba le-
gis huiꝰ corā omni iſrahel: audientibus
eis ⁊ in vnū omni pp̄lo cōgregato: tam
viris q̄ mulieribus paruulis et adue-
nis qui ſunt intra portas tuas: ut audi-
entes diſcant et timeant dñm deum ve-
ſtrum: et cuſtodiant impleātq; omnes
ſermones legis huiꝰ. Filij q̄q; eorū qui
nūc ignorāt: ut audire poſſint ⁊ time-
ant dñm deū ſuū cūctis diebus quibus
verſantur in terra: ad quā vos iordane
trāſmiſſo pgitis obtinendā. Et ait dñs
ad moyſen. Ecce prope ſūt dies mor-
tis tue. Voca ioſue: ⁊ ſtate in tabernacu-
lo teſtimonij ut precipiā ei. Abierunt er-
go moyſes ⁊ ioſue ⁊ ſteterūt i taberna-
culo teſtimonij: apparuitq; dominus ibi
in columna nubis que ſtetit ī introitu
tabernaculi. dixitq; dñs ad moyſen. Ec-
ce tu dormies cum patribus tuis et po-
pulus iſte cōſurgens fornicabitur poſt
deos alienos in terra ad quā ingredieť
et habitabit in ea: ibi derelinquet me et
irritū faciet fedus qd̄ pepigi cū eo. Et
iraſcetur furor meus cōtra eū ī die illo
et derelinquā eū et abſcondā faciē meā
ab eo: et erit in deuoracōem. Inuenięt
eū omnia mala ⁊ afflictiones: ita ut di-
cat in illa die. Vere q2 nō eſt deus mecū
inuenerūt me hec mala. Ego aūt abſcō-
dam et celabo faciē meā in die illo pro-
pter omnia mala que fecit: quia ſecutus
eſt deos alienos. Nūc itaq; ſcribite vo-
bis canticū iſtud ⁊ docete filios iſrl̄: ut
memoriter teneant ⁊ ore decantēt: ⁊ ſit
michi carmē iſtud pro teſtimonio inter
filios iſrahel. Introducam eñ eū in ter
ram pro qua iuraui patribꝫ eiꝰ lacte et
melle manantē. Cūq; comederint ⁊ ſa-
turati craſſiq; fuerint: auertentur ad
deos alienos ⁊ ſeruient eis: detrahentq;
michi ⁊ irritū facient pactū meū. Poſt-
q̄ inuenerint eū mala multa ⁊ afflictio-
nes: reſpondebit ei canticū iſtud pro te-
ſtimonio: q̄ nulla delebit obliuio ex ore
ſeminis tui. Scio eñ cogitacōnes eius
que facturus ſit hodie: anteq̄ introdu-
cam eū ī terrā quā ei pollicitus ſū. Scri-
pſit q̄; moyſes canticū: et docuit filios
iſrahel. Precepitq; dominus ioſue filio
nun: et ait. Confortare ⁊ eſto robuſtꝰ.
Tu eñ introduces filios iſrahel in terrā
quā pollicitus ſū: ⁊ ego ero tecū. Poſt-
q̄ ergo ſcripſit moyſes verba legis hu
ius in volumine atq; compleuit: prece-
pit leuitis qui portabāt archam federis
domini: dicens. Tollite librum iſtum
et ponite eū in latere arche federis domi-
ni dei veſtri: ut ſit ibi cōtra te in teſtimo-
nium. Ego eñ ſcio contencōem tuam:
et ceruicem tuā duriſſimā. Adhuc vi-
uente me ⁊ ingrediente vobiſcū ſemper
contenſioſe egiſtis contra dominū: quā-
to magis cum mortuus fuero. Congre-
gate ad me oēs maiores natu per tri-
bus veſtras atq; doctores: ⁊ loquar au-
dientibus eis ſermones iſtos: ⁊ inuoca
bo contra eos celum ⁊ terrā. Noui eñ
q̄ poſt mortem meā inique agetis: et de-
clinabitis cito de via quā precepi vobis
et occurrent vobis mala in extremo tem-
pore quando feceritis malū in cōſpectu
dñi ut irritetis eū p opera manuū veſtra-
rum. Locutus eſt ergo moyſes audien
te vniuerſo cetu iſrahel verba carminis
huius: ⁊ ad finē uſq; cōpleuit. xxxii

Audite celi q̄ loquor: audiat terra
verba oris mei. Cōcreſcat in plu
uia doctrina mea: fluat ut ros eloquiū
meū. Quaſi ymber ſup herbā ⁊ q̄ſi ſtille
ſup gramina: q2 nomē dñi inuocabo
Date magnificentiā deo noſtro: dei pfe
cta ſūt opa: et omēs vie eius iudicia.
Deus fidelis et abſq3 vlla iniquitate: iu
ſtus et rectus. Peccauerūt ei: non filij
eius in ſordibz. Generacō praua atq3
puerſa: hecine reddis dño pplo ſtulte
et inſipiens? Nūquid nō ipſe eſt pater
tuus qui poſſedit te. et fecit ⁊ creauit te
Memento dierū antiquorū: cogita ge-
neracōnes ſingulas. Interroga patrē
tuum ⁊ annūciabit tibi: maiores tuos
et dicent tibi. Quādo diuidebat altiſſi-
mus gentes. quando ſeparabat filios
adā. Cōſtituit terminos pplorū iuxta
numerū filiorū iſrl. Pars aūt dñi ppls
eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eū i terra deſerta in loco horro
ris et vaſte ſolitudinis. Circūduxit eū
et docuit: et cuſtodiuit quaſi pupillam
oculi ſui. Sicut aquila prouocās ad vo
landū pullos ſuos: et ſup eos volitās
Expādit alas ſuas ⁊ aſſumpſit eū: atq3
portauit in humeris ſuis. Dñs ſolus
dux eiˀ fuit: et nō erat cū eo deus alienˀ
Cōſtituit eū ſup excelſā terrā: ut come
deret fructus agrorū. Ut ſuggeret mel
de petra. oleūq3 de ſaxo duriſſimo. Bu-
tirū de armento et lac de ouibz: cū adipe
agnorū et arietū filiorū baſan. Et hir
cos cū medulla tritici: et ſanguinē vue
biberent meraciſſimū. Incraſſatˀ eſt di
lectus et recalcitrauit: incraſſatus impi
guatus dilatatus. Dereliquit deū facto
rem ſuū: et receſſit a deo ſalutari ſuo.
Prouocauerūt eū i dijs alienis et in ab
ominacōnibz ad iracūdiā cōcitauerunt
Immolauerūt demonijs ⁊ nō deo: dijs
quos ignorabāt. Noui recentesq3 vene
runt: quos nō coluerūt patres eorum
Deū q̄ te genuit dereliquiſti: et oblitus
es dñi creatoris tui. Vidit dñs ⁊ ad ira
cūdiā cōcitatus eſt: q2 prouocauerunt
eū filij ſui ⁊ filie. Et ait abſcondā faciē
meā ab eis: ⁊ cōſiderabo nouiſſima eoꝝ
Generacō enī puerſa ē: ⁊ infideles filij
Ipſi me prouocauerūt in eo q̄ nō erat
deus: et irritauerūt in vanitatibz ſuis.
Et ego prouocabo eos i eo q̄ nō eſt po
pulus: et in gente ſtulta irritabo illos
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: et
ardebit uſq3 ad inferni nouiſſima. De-
uorabitq3 terrā cū germine ſuo: ⁊ mon
tiū fundamenta cōburet. Congregabo
ſup eos mala: ⁊ ſagittas meas cōplebo
in eis. Cōſumment fame: ⁊ deuorabūt
eos aues morſu amariſſimo. Dentes
beſtiarū immittam in eos cū furore tra-
hentiū ſup terrā atq3 ſerpentium. Foris
vaſtabit eos gladius et intus pauor:
iuuenē ſimul ac virginē lactentē cū ho
mine ſene. Et dixi. vbi nā ſūt: ceſſare
faciā ex hominibz memoriā eorū. Sed
ꝓpter irā inimicorū diſtuli: ne forte ſu-
perbirent hoſtes eorū. Et dicerent ma
nus noſtra excelſa: ⁊ non dñs fecit hec
oīa. Gens abſq3 cōſilio ē et ſine pru
dentia: vtinam ſaperēt ⁊ intelligerēt: ac
nouiſſima prouiderent. Quomō perſeq̄
batur vnus mille: ⁊ duo fugarent decē
milia? Nōne ideo quia deus ſuus vendi
dit eos: et dñs cōcluſit illos. Non enī
eſt deus noſter ut deus eorū: et inimici
noſtri ſunt iudices. De vinea ſodomo-
rum vinea eorum: et de ſuburbanis go
morre. Vua eorū vua fellis: et botrus
amariſſimus. Fel draconū vinū eorū
et venenū aſpidū inſanabile. Nonne

hec cōdita sūt apud me · et signata in
thesauris meis. Mea est ultio ⁊ ego re
tribuā eis in tēpore ut labatur pes eoꝝ
Iuxta est dies pdicōnis: et adesse festi=
nant tempora. Iudicabit dñs populū
suū: ⁊ in seruis suis miserebit. Videbit
ꝙ infirmata sit manus: et clausi q̄ꝫ defe
cerūt: residuiq; cōsumpti sūt. Et dicent
ubi sint dij eorū: in quibus habebāt fi
duciā. De quorū victimis comedebant
adipes: ⁊ bibebāt vinū libaminū. Sur
gant et opitulent̄ vobis: ⁊ in necessita
te vos protegāt. Videte ꝙ ego sim sol⁹
et nō sit alius de⁹ pter me. Ego occidā
et ego viuere faciā · pcutiā ⁊ ego sanabo
et nō ē q̄ de manu mea possit eruere. Le
uabo ad celū manū meā: ⁊ dicam viuo
ego in etnū · si acuero ut fulgur gladiū
meū: et arripuerit iudiciū manus mea
Reddā vltionē hostib; meis: et hijs q̄
oderunt me retribuā. Inebriabo sagit
tas meas sanguine: et gladius meus
deuorabit carnes. De cruore occisorū ·
et de captiuitate nudati inimicorum ca
pitis. Laudate gentes populū eius: q2
sanguinē seruorū suorū vlciscetur. Et
vindictam retribuet in hostes eorū: et
ppici⁹ erit terre populi sui. Venit ergo
moyses et locutus est omnia verba can
tici huius in auribus populi: ipse ⁊ io
sue filius nun. Compleuitq; oīs ser
mones istos · loquens ad vniuersum
israhel: et dixit ad eos. Ponite corda
vestra in omnia verba mea · que ego te
stificor vobis hodie: ut mandetis ea fi
lijs vestris custodire et facere et imple
re vniuersa que scripta sūt ī volumine
legis huius: quia nō incassū precepta
sūt vob: sed ut singuli in eis viuerent
que facientes longo tempore perseuere=
tis in terra ad quā iordane transmisso
ingredimini possidendā. Locutusq; est
dominus ad moysen in eadem die dicēs
Ascende in montem istum abarim id ē
transitum · in montem nebo qui est in
terra moab contra iericho: et vide ter=
ram chanaan: quam ego tradam filijs
israhel obtinendam: et morere in mon
te. Quem cōscendens iungeris populis
tuis: sicut mortuus est aaron frater tu=
us in monte hor et appositus populis
suis: quia preuaricati estis cōtra me in
medio filiorum israhel ad aquas cōtra=
dictionis in cades deserti syn: et nō san
ctificastis me inter filios israhel. Econ
tra videbis eam: et non ingredieris
in eam: quam ego dabo filijs israhel.

Hec est benedictio xxxiii
qua benedixit moyses homo dei
filios israhel ante mortem suā. Et ait.
Dominus de syna venit: et de seir ort⁹
est nobis. Apparuit de monte pharan ·
et cū eo sanctorū milia. In dextra eius
ignea lex: dilexit populos. Oēs san=
cti in manu illius sunt: ⁊ qui appropin
quant pedib; eius: accipient de doctrina
illius. Legē precepit nobis moyses: he
reditatē multitudinis iacob. Erit apud
rectissimū rex: congregatis principib;
populi cū tribub; israhel. Viuat ruben:
et nō moriatur ⁊ sit paruus in numero
Hec est iude benedictio. Audi domine vo
cem iude: et ad populū suū introduc eū
Manus eius pugnabūt pro eo: et ad=
iutor illius cōtra aduersarios eius erit
Leui quoq; ait. Perfectio tua ⁊ doctrina
tua a viro sancto tuo: quem probasti
in temptacōne: et iudicasti ad aquas
contradictionis. Qui dixit patri suo
et matri sue · nescio vos: et fratribus su
is ignoro illos: et nescierunt filios su=
os. Hij custodierunt eloquium tuum:

et pactū tuū ſeruauerūt: iudicia tua o ia-
cob: ⁊ legē tuā o iſrl̄. Ponēt thimiama
in furore tuo: et olocauſta ſuper altare
tuū. Benedic dn̄e fortitudini ei⁹ ⁊ opa
manuū illius ſuſcipe. Percute dorſa ini-
micorū ei⁹: et q̄ oderūt eū nō cōſurgant
Et beniamin ait. Amātiſſimus dn̄i ha-
bitabit cōfidenter in eo quaſi in thala-
mo tota die morabit: ⁊ inter humeros
illius requieſcet. Ioſeph q̄ʒ ait. De be-
nedictione dn̄i terra eius de pomis celi
et rore atq; abiſſo ſubiacēte. De pomis
fructuū ſolis ac lune. de vertice ātiquo-
rum mōtiū: de pomis colliū eternorū: ⁊
de frugib; terre et de plenitudine eius.
Benedictio illius qui apparuit in rubo
veniat ſup caput ioſeph: et ſup verticē
nazarei inter frēs ſuos. Quaſi p̄moge-
niti thauri pulcritudo eius: cornua ri-
nocerotis cornua illius. In ipſis venti-
labit gētes uſq; ad terminos terre. Hee
ſūt multitudines ephraim: ⁊ hec milia
manaſſe. Et zabulon ait. Letare zabu-
lon in exitu tuo: et yſachar in taberna-
culis tuis populos vocabūt ad montē
ibi immolabūt victimas iuſticie. Qui
inundacōem maris quaſi lac ſugent:
et theſauros abſcōditus arenarum. Et
gad ait. Benedictus in latitudine gad
Quaſi leo requieuit: cepitq; brachiū et
verticē. Et vidit principatū ſuū q̄ in
parte ſua doctor eſſet repoſitus qui fuit
cū principib; ppl̄i ⁊ fecit iuſticias dn̄i ⁊
iudiciū ſuū cū iſrl̄. Dan q̄ʒ ait. Dan ca-
tulus leonis: fluet largiē de baſan. Et
neptali dixit. Neptalim abūdācia pfru-
etur: ⁊ plenus erit benedictionib; dn̄i.
Mare et meridiē poſſidebit. Aſer q̄ʒ ait
Benedict⁹ in filijs aſer. Sit placēs fra-
trib; ſuis: ⁊ intinguat in oleo pedē ſuū
Ferrū ⁊ es calciamentū ei⁹. Sicut dies
iuuentutis tue ita et ſenectus tua. Nō
eſt alius ut deus rectiſſim⁹. Aſcenſor ce-
li auxiliator tuus. Magnificentia eius
diſcurrunt nubes: habitaculū eius ſur-
ſū ⁊ ſubter brachia ſempiterna. Eiciet
a facie tua inimicū dicetq; cōterere. Habi-
tabit iſrl̄ cōfidenter ⁊ ſol⁹. Oculus iacob
in terra frumēti ⁊ vini: celiq; caligabūt
rore. Beatus tu iſrl̄. Quis ſimilis tui · po-
pule q̄ ſaluaris i dn̄o. Scutū auxilij tui
et gladius glīe tue. Negabūt te inimici
tui: ⁊ tu eorū colla calcabis. xxxiiii

Aſcendit ergo moyſes de cāpeſtri-
bus moab ſup montē nebo ī ver-
ticē phaſga cōtra iericho: oſtenditq; ei
dn̄s omnem terram galaad uſq; dan · et
vniuerſū neptalim terramq; ephraim ⁊
manaſſe ⁊ omnē terrā uſq; ad mare no-
uiſſimū · et auſtralē partē et latitudinē
campi iericho ciuitatis palmarū uſq; ſe-
gor. Dixitq; dn̄s ad eū. Hec eſt terra
pro q̄ iuraui abrahā yſaac et iacob di-
cens. Semini tuo dabo eā. Vidiſti eam
oclis tuis: ⁊ nō trāſibis ad illā. Mor-
tuuſq; eſt ibi moyſes ſeruus dn̄i in ter-
ra moab iubente dn̄o: et ſepeliuit eū in
valle terre moab cōtra phogor: et non
cognouit homo ſepulcrū eius uſq; in p̄-
ſentē diē. Moyſes centū ⁊ viginti āno-
rum erat quādo mortuus eſt. Nō cali-
gauit oculus eius: nec dentes illius mo-
ti ſūt. Fleuerūtq; eū filij iſrl̄ in cāpeſtri-
bus moab triginta dieb; : ⁊ cōpleti ſūt
dies planctus lugentiū moyſen. Ioſue
vero filius nun repletus eſt ſpiritu ſa-
piencie: quia moyſes poſuit ſuper eū ma-
nus ſuas. Et obedierūt ei filij iſrl̄: fece-
runtq; ſicut p̄cepit dn̄s moyſi. Et non
ſurrexit pp̄heta vltra in iſrl̄ ſicut moy-
ſes quē noſſet dn̄s a facie ad faciem in
omib; ſignis atq; portentis q̄ p eū miſit.

ut faceret in terra egipti pharaoni ⁊ oi
bus ſeruis eius: vniuerſeqꝫ terre illius
et cũctã manũ robuſtã magnaqꝫ mira-
bilia q̃ fecit moyſes corã vniuerſo iſrl.

Explicit lib' deuteronomij. Incipit prolog'
in librum Ioſue.

Tandem finito pentatheuco moyſi velud grandi fenore liberati ad ihm filium naue manũ mittim' quẽ hebrei ioſue bennun id eſt ioſue filiũ nun vocant: et ad iudicũ librũ quẽ ſopthim appellãt: ad ruth q̃z ⁊ heſter quos iiſdẽ nominib' efferũt. Monemuſqꝫ lectorẽ ut ſiluã hebraicorũ nominũ ⁊ diſtinctiones per mẽbra diuiſas diligens ſcriptura cõſeruet: ne ⁊ noſter labor ⁊ illius ſtudiũ pereat. Et ut in pmis qd ſepe teſtatus ſũ ſciat me nõ in reprehenſionẽ veterũ noua cudere ſicut amici mei criminãtur: ſed pro vili portione offerre lingue mee hoīb' qs tamẽ nr̃a delectãt ut pro grecorũ exaploys q̃ ⁊ ſumptu ⁊ labore maximo indigent edicões nr̃am habeãt. Et ſicubi in antiq̃rũ voluminũ lectione dubitarint: hec illis ↄferentes inueniãt qd requirũt. Maxime cũ apud latinos tot ſint exẽplaria quot codices et vnuſq̃ſqꝫ pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit qꝫ ei viſũ eſt: ⁊ vtiqꝫ nõ poſſit verũ eſſe qd diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius. et ſanctũ opus venenata carpere lingua deſiſtat: vel ſuſcipiens ſi placet vel ↄtemnẽs ſi diſplicet meminerit q̃ illorũ verſuũ. Os tuũ abũdauit malicia: ⁊ lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens aduerſus frẽm tuũ loq̃baris: ⁊ aduerſus filiũ matris tue ponebas ſcandalũ: hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti inique qꝫ ero tui ſimilis. arguã te et ſtatuã illa cõtra faciẽ tuã. Que ei audientis vel legentis vtilitas ẽ nos laborãdo ſudare. et alios detrahendo laborare: dolere iudeos qꝫ calũniandi eis et irridendi criſtianos ſit oblata occaſio: et eccleſie homines id deſpicere ymmo lacerare vnde aduerſarij torqueãtur. Quod ſi vetus eis tantũ interpretacõ placet. que ⁊ michi nõ diſplicet et nichil extra recipiẽdũ putãt: cur ea q̃ ſub aſteriſcis et obelis vel addita ſũt vel amputata legũt ⁊ negligũt? Quare danielẽ iuxta theodocõnis trãſlacõem eccleſie ſuſceperũt Cur origenẽ mirãtur ⁊ euſebiũ pãphili: cunctas edicões ſimiliter diſſerẽtes? aut q̃ fuit ſtulticia poſtq̃ vera dixerint proferre q̃ falſa ſũt? Vnde aũt in nouo teſtamento pbare poterũt aſſumpta teſtimonia: q̃ in libris veterib' nõ habẽtur. Hec dicim': ne omĩno calũniantibus tacere videamur. Ceterũ poſt ſãcte paule dormicõem cui' vita virtutis exemplũ ẽ: et hos libros quos euſtochio virgini criſti negare non potui. decreuimus dũ ſpiritus hos regit artus pphetarũ explanacõni incũbere: et omiſſũ iã diu opus quodã poſt liminio repetere: preſertim cũ et ammirabilis ſanctuſqꝫ vir pãmachius hec idẽ litteris flagitet et nos ad patriã feſtinãtes. mortiferos ſyrenar̃ cãt' ſurda debeam' aure trãſire

Explicit prologus. Incipit lib' Ioſue.

ET factũ eſt poſt mortem moyſi ſerui dñi. ut loqueretur dñs ad ioſue filiũ nun miniſtrum moyſi: et diceret ei. Moyſes ſeru' meus mortuus eſt. Surge et tranſi iordanen iſtum tu ⁊ omĩs populus tecum in terram: quã ego dabo filijs iſrahel.

Omnē locū quem calcauerit veſtigiū pe-
dis veſtri vobis tradā: ſicut locutus ſū
moyſi. A deſerto et libano uſqꝫ ad flu-
uiū magnū eufraten: omīs terra ethreorꝫ
uſqꝫ ad mare magnū cōtra ſolis occaſū
erit termin⁹ veſter. Nullus poterit vo-
bis reſiſtere cūctis dieb; vite veſtre. Si-
cut fui cū moyſe ero et tecū: nō dimittā
nec derelinquā te. Cōfortare et eſto ro-
buſtus. Tu enī ſorte diuides pplo huic
terrā pro qua iuraui patrib; tuis ut tra-
derē eam illis. Cōfortare igit̄ et eſto ro-
buſt⁹ valde: ut cuſtodias et facias oēm
legem quā precepit tibi moyſes ſeruus
me⁹. Ne declines ab ea ad dextrā uł ad
ſiniſtrā: ut intelligas cūcta q̄ agis. Nō
recedat volumē legis huius ab ore tuo
ſed meditaberis ī eo diebus ac noctib;
ut cuſtodias et facias omnia q̄ ſcripta
ſunt in eo. Tunc diriges viā tuā: et in-
telliges eā. Ecce p̄cipio tibi: cōfortare
et eſto robuſtus. Noli metuere et noli
timere: qm̄ tecū eſt dn̄s deus tuus in oī-
bus ad quecūqꝫ perrexeris. Precepitqꝫ
ioſue p̄ncipib; pp̄li dicēs. Tranſite per
mediū caſtrorū: et imperate pplo ⁊ dici-
te. Preparate vobis cibaria: qm̄ poſt
diē terciū trāſibitis iordanē: et intrabi-
tis ad poſſidendā terrā quā dn̄s de⁹ no-
ſter daturus eſt nobis. Rubenitis quoqꝫ ⁊
gadditis ⁊ dimidie tribui manaſſe ait.
Memētote ſermonis quē p̄cepit vobis
moyſes famulus dn̄i dicens. Dn̄s de⁹
veſter dedit vobis requiē ⁊ omnem terrā.
Vxores vr̄e ⁊ filij ac iumēta manebūt ī
terra quā tradidit vobis moyſes trāſ ior-
danē. Vos aūt trāſite armati ante frēs
veſtros om̄s fortes manu ⁊ pugnate pro
eis donec det requiē dn̄s fratrib; veſtris
ſicut et vobis dedit: et poſſideāt ipſi quoqꝫ
terrā quā dn̄s deus veſter datur⁹ eſt eis:
et ſic reuertimini ī terrā poſſeſſionis vr̄e
et habitabitis in ea quam vobis dedit
moyſes famulus dn̄i trāſ iordanē: con-
tra ſolis ortū. Reſponderūtqꝫ ad ioſue
atqꝫ dixerūt. Om̄ia q̄ p̄cepiſti nobis fa-
ciemus: ⁊ quocūqꝫ miſeris ibimus. Si-
cut obedimus in cūctis moyſi ita obedi-
emus tibi. tantū ſit dn̄s deus tecū ſicut
fuit cū moyſe. Qui contradixerit ori tuo
et nō obedierit cūctis ſermonib; quos
preceperis ei: moriatur. Tu tantū confor-
tare et viriliter age. Secūdū Capl.

Miſit igit̄ ioſue fili⁹ nun de ſethim
duos viros exploratores abſcō-
dite: et dixit eis. Ite et cōſiderate terrā:
vrbemqꝫ iericho. Qui pergentes ingreſ-
ſi ſūt domū mulieris meretricis nomīe
raab: et quieuerunt apud eā. Nūciatū-
qꝫ eſt regi iericho: ⁊ dictū. Ecce viri in-
greſſi ſūt huc p nocte de filijs iſrahel:
ut explorarēt terrā. Miſitqꝫ rex iericho
ad raab meretricē dicēs. Educ viros q̄
venerūt ad te: et ingreſſi ſūt domū tuā.
Exploratores quippe ſunt: et om̄em ter-
ram cōſiderare venerūt. Tollenſqꝫ mu-
lier viros abſcondit: et ait. Fateor ve-
nerūt ad me: ſed neſciebā vnde eſſent.
Cūqꝫ porta clauderetur in tenebris: ⁊ il-
li pariter exierūt: neſcio quo abierunt.
Perſequimini cito: ⁊ cōprehendetis eos.
Ipſa aūt fecit aſcendere viros ī ſolariū
domus ſue: operuitqꝫ eos ſtipula lini q̄
ibi erat. Hij aūt qui miſſi fuerāt ſecuti
ſunt eos p viā que ducit ad vadū ior-
danis: illiſqꝫ egreſſis ſtatim porta clau-
ſa eſt. Nec dū obdormierāt qui latebāt
et ecce mulier aſcendit ad eos. et ait.
Noui q̄ dn̄s tradiderit vobis terrā. Ete-
nim irruit in nos terror veſter: et elan-
guerunt om̄s habitatores terre. Audi-
uim⁹ q̄ ſiccauerit dn̄s aq̄s maris rubri

ad veſtrū introitū quādo egreſſi eſtis ex
egipto: et q̄ feceritis duobꝫ amorreorū
regibꝫ q̄ erāt trāſiordanē ſeon ⁊ og q̄s
interfeciſtis. Et hec audiētes pertimuimꝰ
et elanguit cor nr̄m: nec remāſit in no-
bis ſpiritꝰ ad introitū veſtrū. Dn̄s em̄
deus veſter ipſe eſt deꝰ in celo ſurſū: et in
terra deorſū. Nūc ergo iurate michi per
dn̄m ut qūo ego miſericordiā feci vo-
biſcū ita et vos faciatis cū domo patris
mei: detiſqꝫ michi verū ſignū ut ſalue-
tis patrē meū et matrē · frēs ac ſorores
meas · ⁊ oīa q̄ illorū ſunt: et eruatis
animas nr̄as a morte. Qui reſponderūt
ei. Anima noſtra ſit pro vobis in mor-
tē ſi tamē nō proditeris nos. Cūqꝫ tra-
diderit nobis dn̄s terrā: faciemus in te
miſericordiā ⁊ veritatem. Demiſit ergo
eos p funē de feneſtra. Domus em̄ eius
herebat muro. Dixitqꝫ ad eos. Ad mō-
tana cōſcēdite ne forte occurrāt vobis
reuertentes: ibiqꝫ latitate tribꝫ diebus
donec redeāt ⁊ ſic ibitis per viā veſtrā.
Qui dixerunt ad eā. Innoxij erimus
a iuramento hoc quo adiuraſti nos: ſi
ingredientibꝫ nobis terrā ſignū fuerit
funiculus iſte coccineus et ligaueris eū
in feneſtra p quā dimiſiſti nos: ⁊ patrē
tuū ac matrē fratreſqꝫ et omnē cogna-
cōnem tuā cōgregaueris in domū tuā.
Qui hoſtiū domus tue egreſſus fuerit:
reus ſibi erit. Sāguis ipiꝰ erit ī caput
eius: et nos erimꝰ alieni. Cūctorū aūt
ſanguis q̄ tecū in domo fuerint redūda-
bit in caput nr̄m: ſi eos aliqs tetigerit
Qđ ſi nos prodere volueris ⁊ ſermonē
iſtū proferre in mediū: erimꝰ mūdi ab
hoc iuramento quo adiuraſti nos. Et il-
la reſpondit. Sicut locuti eſtis ita fiat
Dimittenſqꝫ eos ut pergerent: appendit
funiculū coccineū in feneſtra. Illi vero
ambulantes peruenerūt ad montana:
et manſerūt ibi tres dies donec reuerte-
rentur qui fuerāt pſecuti. Querētes em̄
p omnē viā nō repererūt eos. Quibus
vrbem ingreſſis: reuerſi ſūt: et deſcēde-
runt exploratores de mōte: et trāſmiſſo
iordane venerūt ad ioſue filiū nun: nar-
rauerūtqꝫ ei oīa q̄ acciderāt ſibi: atqꝫ
dixerūt. Tradidit dn̄s om̄em terrā hāc
in manus noſtras: et timore proſtrati
ſūt cuncti habitatores eius. iii.

Igitur ioſue de nocte cōſurgens mouit
caſtra: egredienteſqꝫ de ſethim venerūt
ad iordanē ipſe ⁊ om̄es filij iſrahel: et
morati ſunt ibi per tres dies. Quibus
euolutis trāſierūt precones p caſtrorū
mediū: et clamare ceperūt. Quādo vi-
deritis archam federis domini dei veſtri:
et ſacerdotes ſtirpis leuitice portantes
eam · vos quoqꝫ cōſurgite et ſequimini
precedentes: ſitqꝫ inter vos et archā ſpa-
ciū cubitorū duum miliū ut procul vi-
dere poſſitis ⁊ noſſe per quā viā ingredi
amini: quia prius non ambulaſtis per
eam · et cauete ne appropinquetis ad
archam. Dixitqꝫ ioſue ad populū. Sā-
ctificamini: cras enim faciet dominꝰ in-
ter vos mirabilia. Et ait ad ſacerdotes
Tollite archam federis: et precedite po-
pulum. Qui iuſſa complentes tulerūt
et ambulauerūt ante eos. Dixitqꝫ dn̄s
ad ioſue. Hodie incipiam exaltare te co-
ram omni iſrahel: ut ſciant qꝫ ſicut cū
moyſe fui: ita et tecum ſim. Tu autem
precipe ſacerdotibus qui portant archā
federis: ⁊ dic eis. Cum ingreſſi fueritis
partem aque iordanis: ſtate in ea. Di-
xitqꝫ ioſue ad filios iſrahel. Accedite
huc: ⁊ audite verbum domini dei veſtri
Et rurſum in hoc inquit ſcietis: qꝫ do-
minus deus viuens in medio veſtri eſt

et diſperdet ĩ cõſpectu veſtro chananeũ
et etheũ eueũ et phereʒeũ gergeſeũ q̄ꝫ ⁊
iebuſeũ et amorreũ. Ecce archa federis
dñi omnis terre antecedet vos per iorda-
nen. Parate duodecim viros de duodecĩ
tribubus iſrl̃: ſingulos p ſingulas tri-
bus. Et cũ poſuerint veſtigia pedũ ſuo-
rum ſacerdotes qui portãt archã federis
dñi dei vniuerſe terre in aquis iordanis
aque q̃ inferiores ſũt decurrent atqꝫ deſi-
cient: que aũt deſup veniũt in vna mo-
le cõſiſtent. Igitur egreſſus eſt pplus
de tabernaculis ſuis ut trãſiret iordanẽ
et ſacerdotes qui portabãt archã federis
pergebãt ante eũ. Ingreſſiſqꝫ eis iorda-
nen et pedibꝫ eorũ in parte aque tinctis
iordanis aũt ripas aluei ſui tẽpore meſ-
ſis impleuerat: ſteterũt aque deſcenden-
tes in loco vno: et ad inſtar montis in-
tumeſcentes apparebant procul ab vrbe
que vocatur edom uſqꝫ ad locũ ſarthan
que aũt inferiores erãt in mare ſolitu-
dinis qđ nunc vocatur mortuũ deſcẽde-
runt uſqꝫquo omnino deficerent. Popu-
lus aũt incedebat cõtra iordanẽ et ſacer-
dotes qui portabãt archam federis dñi
ſtabãt ſup ſiccã humũ in medio iorda-
nis accincti: omniſqꝫ populus per aren-
tem alueum tranſibat. IIII.

Quibus trãſgreſſis: dixit dominꝰ
ad ioſue. Elige duodecim viros
ſingulos per ſingulas tribus: ⁊ precipe
eis ut tollant de medio iordanis alueo
vbi ſteterũt pedes ſacerdotũ duodecĩ du-
riſſimos lapides: quos ponetis in loco
caſtrorũ vbi fixeritis hac nocte tentoria
Vocauitqꝫ ioſue duodecim viros quos
elegerat de filijs iſrahel ſingulos de ſin-
gulis tribubus: et ait ad eos. Ite ante
archã dñi dei veſtri ad iordanis medium
et portate inde ſinguli ſingl'os lapides
in humeris vr̃is iuxta numerꝫ filiorꝫ iſrl̃
ut ſit ſignũ inter vos. Et quãdo inter-
rogauerint vos filij veſtri cras dicentes
quid ſibi volũt iſti lapides. reſpondebi-
tis eis. Defecerunt aque iordanis ante
archã federis dñi cũ tranſiret eũ: idcirco
poſiti ſũt lapides iſti in monimentũ fili-
orum iſrl̃ uſqꝫ in eternũ. Fecerũt ergo
filij iſrahel ſicut precepit eis ioſue por-
tantes de medio iordanis alueo duode-
cim lapides ut dñs ei imperarat: iuxta
numerũ filiorũ iſrahel uſqꝫ in locũ in q̊
caſtrametati ſunt: ibiqꝫ poſuerunt eos.
Alios q̊ꝫ duodecim lapides poſuit ioſue
in medio iordanis alueo vbi ſteterunt
ſacerdotes qui portabãt archam federis
dñi et ſũt ibi uſqꝫ in preſentẽ diẽ. Sa-
cerdotes aũt qui portabãt archã ſtabãt
in iordanis medio donec omĩa cõplerẽ-
tur que ioſue ut loqueretur ad populũ
p̃ceperat dñs: ut dixerat ei moyſes. Fe-
ſtinauitqꝫ populus ⁊ tranſiuit. Cumqꝫ
trãſiſſent omĩs trãſiuit et archa dñi: ſa-
cerdotes q̊ꝫ pgebãt ante populum. Filij
q̊ꝫ ruben et gad et dimidia tribus ma-
naſſe precedebãt fratres ſuos filios iſrl̃
ſicut eis preceperat moyſes: et quadra-
ginta pugnatorũ milia p turmas et cu-
neos incedebãt p plana atqꝫ campeſtria
vrbis iericho. In illo die magnificauit
dñs ioſue corã omĩ iſrahel: ut timerent
eũ ſicut timuerãt moyſen dũ adhuc vi-
ueret. Dixitqꝫ ad eum. Precipe ſacerdo-
tibus qui portant archã federis: ut aſcẽ-
dant de iordane. Qui precepit eis dicẽs.
Aſcendite de iordane. Cũqꝫ aſcendiſſẽt
portantes archã federis dñi ⁊ ſiccam hu-
mũ calcare cepiſſent. reuerſe ſunt aque
in alueũ ſuũ: et fluebãt ſicut ante con-
ſueuerant. Populus autem aſcẽdit de
iordane decimo die menſis primi: et

caſtrametati ſunt in galgalis cōtra ori-
entalē plagā vrbis iericho. Duodecim
q̄z lapides quos de iordanis alueo ſūpſe-
rant poſuit ioſue ī galgalis: ⁊ dixit ad
filios iſrahel. Quādo interrogauerint fi-
lij veſtri cras pr̄es ſuos ⁊ dixerit eis q̄d
ſibi volūt lapides iſti: docebitis eos atq̄z
dicetis. Per arentem alueū trāſiuit iſrl̄
iordanē iſtum ſiccante dn̄o deo noſtro
aquas eius in conſpectu noſtro: donec
trāſirem⁹ ſicut fecerat ꝓus ī mari rubro
q̄d ſiccauit donec trāſirem⁹: ut diſcāt
om̄s terrarū ꝑpl̄i fortiſſimā manū dn̄i ut
et vos timeatis dn̄m deū vr̄m omi tp̄e.

v.

Poſtq̄ꝫ ergo audierūt om̄s
reges amorreorū: q̄ habitabant
trās iordanē ad occidentalē plagā et cū-
cti reges chanaan q̄ ꝓpinqua poſſidebāt
magni maris loca: ꝙ ſiccaſſet dn̄s fluē-
ta iordanis corā filijs iſrl̄ donec trāſirēt
diſſolutū eſt cor eorū ⁊ nō remāſit ī eis
ſpiritus: timentiū introitū filiorū iſrl̄.
Eo tempore ait dn̄s ad ioſue. Fac tibi
cultros lapideos: ⁊ circūcide ſecūdo filios
iſrahel. Fecit q̄ꝫ q̄d iuſſerat dn̄s: ⁊ circū-
cidit filios iſrahel in colle preputiorū.
Hec aūt cauſa eſt ſecūde circumciſionis
Om̄is populus qui egreſſus ē de egipto
generis maſculini vniuerſi bellatores
viri mortui ſūt in deſerto per longiſſi-
mos vie circuitus: qui omnes circūciſi
erāt populus aūt qui natus eſt in deſer-
to per quadraginta annos itineris latiſ-
ſime ſolitudinis incircuncīſus fuit: do-
nec cōſumerentur qui nō audierūt vo-
cem domini: et quibus ante iurauerat:
ut oſtenderet eis terrā lacte ⁊ melle ma-
nantem. Horū filij in locū ſucceſſerunt
patrū: et circumciſi ſūt a ioſue: qui ſicut
nati fuerant in preputio erāt: nec eos
in via aliquis circūciderat. Poſtq̄ autē
om̄es circūciſi ſūt: manſerunt in eodem
caſtrorū loco donec ſanarent. Dixitq̄z
dn̄s ad ioſue. Hodie abſtuli obprobri-
um egipti a vobis. Vocatūq̄z eſt nomē
loci illius galgala uſq̄z in preſentem di-
em. Manſerūt filij iſrahel in galgalis:
et fecerūt phaſe quartadecima die men-
ſis ad veſperū in campeſtribus iericho:
et comederūt de frugib⁹ terre die altero
azimos panes et polentam eiuſdem an-
ni. Defecitq̄z māna poſtq̄ comederūt de
frugibus terre: nec vſi ſūt vltra cibo il-
lo filij iſrahel: ſed comederunt de frugi-
bus preſentis anni terre chanaan. Cū
autē eſſet ioſue in agro vrbis iericho
leuauit oculos: et vidit virū ſtātem cō-
tra ſe euaginatū tenentem gladiū: per-
rexitq̄z ad eū ⁊ ait. Noſter es: an aduer-
ſariorū? Qui reſpondit. Nequaq̄ꝫ: ſed
ſū princeps exercitus dn̄i: et nūc venio
Cecidit ioſue pronus in terrā et adorās
ait. Quid dn̄s meus loquitur ad ſer-
uum ſuū? Solue inquit calciamentum
tuum de pedibus tuis. Locus em̄ ī quo
ſtas ſanctus eſt. Fecitq̄z ioſue: ut ſibi
fuerat imperatum.

vi.

Iericho autem clauſa erat atq̄z munita
timore filiorum iſrahel: et nullus aude-
bat vrbem ingredi vel egredi. Dixitq̄z
dominus ad ioſue. Ecce dedi in manus
tuas iericho et regem eius: om̄eſq̄z for-
tes viros. Circuite vrbem cuncti bella-
tores ſemel per diem. Sic facietis ſex di-
ebus. Septimo autem die ſacerdotes
tollent ſeptem bucinas quarū vſus eſt
in iubileo: et precedent archā federis.
Septieſq̄z circuibitis ciuitatem: et ſacer-
dotes clangent bucinis. Cūq̄z inſonu-
erit vox tube longior atq̄z concīſior et
in aurib⁹ veſtris increpuerit: conclamabit
omnis populus vociferatione maxima:

et muri funditus corruent ciuitatis: in-
gredieturq; ſinguli p locũ ↄtra quẽ ſte-
terint. Uocauit ergo ioſue filius nun ſa-
cerdotes: et dixit ad eos. Tollite archã
federis. Et ſeptem alij ſacerdotes tollant
ſeptem iubileorũ bucinas: et incedãt an-
te archã dñi. Ad populũ q̃z ait. Ite et
circuite ciuitatẽ armati p̃cedentes archã
dñi. Cũq; ioſue verba finiſſet 7 ſeptem
ſacerdotes ſeptem bucinis clangerẽt an-
te archã federis dñi: omiſq; ppl'us prece-
deret armati exercitus. reliquũ vulgus
archã ſequebatur ac bucinis oĩa con-
crepabãt. Preceperat aũt ioſue pp'lo di-
cens. Non clamabitis: nec audiet' vox
veſtra neq; vllus ſermo ex ore vr̃o egre-
dietur: donec veniat dies in quo dicã
vobis. Clamate 7 vociferamini. Circu-
iuit ergo archa dñi ciuitatẽ ſemel p die
et reuerſa in caſtra manſit ibi. Igitur
ioſue de nocte conſurgente tulerũt ſacer-
dotes archã dñi: et ſeptẽ ex eis ſeptẽ bu-
cinas quarũ in iubileo vſus eſt: prece-
debãtq; archam dñi ambulãtes atq; clã-
gentes: et armatus populus ibat ante
eos: vulgus autẽ reliquũ ſequebatur
archam: et bucinis perſonabat. Circuie-
rũtq; ciuitatem ſcđo die ſemel: 7 reuerſi
ſunt in caſtra. Hic fecerũt ſex diebus.
Die autẽ ſeptimo diluculo cõſurgentes
circuierũt vrbem ſicut diſpoſitũ erat ſe-
pties. Cũq; ſeptimo circuitu clangerent
bucinis ſacerdotes: dixit ioſue ad oẽm
iſrl'. Vociferamini. Tradidit em̃ vobis
dñs ciuitatẽ. Sitq; ciuitas hec anathe-
ma et omnia que in ea ſũt dño. Sola
raab meretrix viuat: cũ vniuerſis q̃ cũ
ea in domo ſũt. Abſcondit em̃ nũtios
quos direximus. Vos aũt cauete ne de
hijs que precepta ſũt vobis quippiam
cõtingatis 7 ſitis p̃uaricacõis rei: et
omnia caſtra iſrl': ſub peccato ſint atq;
turbentur. Quicquid aũt auri aut argẽ-
ti fuerit 7 vaſorũ eneorũ ac ferri dño cõ-
ſecretur repoſitũ in theſauris eius. Igi-
tur omni populo vociferãte et clangen-
tibus tubis poſtq̃ ĩ aures multitudinis
vox ſonituſq; increpuit muri ilico cor-
ruerunt: et aſcendit vnuſquiſq; p locũ
qui cõtra ſe erat. Ceperũtq; ciuitatẽ: et
interfecerũt omnia que erãt in ea a viro
uſq; ad mulierem: ab infante uſq; ad
ſenẽ. Boues q̃z 7 oues 7 aſinos in ore
gladij pcuſſerũt. Duobus autẽ viris
qui exploratores miſſi fuerant dixit io-
ſue. Ingredimini domũ mulieris mere-
tricis et producite eam et omnia que il-
lius ſunt: ſicut illi iuramentũ firmaſtis.
Ingreſſiq; iuuenes eduxerunt raab et
parentes eius: fr̃es q̃z 7 cũctã ſuppellecti-
lem a cognacõne illius: et extra caſtra
iſrl' manere fecerũt. Urbem autẽ 7 oĩa
que inuenta ſũt in ea ſuccenderũt abſq;
auro 7 argento 7 vaſis eneis ac ferro:
que in erariũ dñi cõſecrarũt. Raab ve-
ro meretricem et domum patris eius et
oĩa q̃ habebat fecit ioſue viuere: et ha-
bitauerũt in medio iſrl' uſq; ĩ preſentẽ
diem: eo q abſconderit nũcios quos
miſerat ut explorarent iericho. In tem-
pore illo imprecatus eſt ioſue dicens.
Maledictus vir corã dño: qui ſuſcita-
uerit et edificauerit ciuitatem iericho.
In primogenito ſuo fundamenta illi'
iaciat: 7 in nouiſſimo liberorum ponat
portas eius. Fuit ergo dñs cũ ioſue: et
nomẽ ei' vulgatũ eſt ĩ omi terra. vij
Filij aũt iſrl' p̃uaricati ſunt man-
datum: et vſurpauerunt de ana-
themate. Nam achã filius charmi fi-
lij zabdi filij zare de tribu iuda tulit ali-
quid de anathemate. Iratuſq; eſt dñs

contra filios iſrahel. Cumqꝫ mitteret io-
ſue de iericho viros contra hay que eſt
iuxta bethauen ad orientalem plagam
oppidi bethel · dixit eis. Aſcendite et ex-
plorate terrã. Qui precepta cõplentes
exploraverũt hay. Et reverſi dixerũt ei
Nõ aſcẽdat omĩs popul⁹: ſed duo vel
tria milia virorũ pergant et deleant civi-
tatem. Quare omnis populus fruſtra
vexabitur contra hoſtes pauciſſimos.
Aſcenderũt ergo tria milia pugnatorũ
Qui ſtatim terga vertentes percuſſi ſũt
a viris vrbis hay: et corruerũt ex eis
triginta ⁊ ſex homines. Perſecutiqꝫ ſũt
eos adverſarij de porta uſqꝫ ad ſabarim
et ceciderũt per prona fugientes. Perti-
muitqꝫ cor populi · et ad inſtar aque li-
quefactũ eſt. Joſue vero ſcidit veſtimẽ-
ta ſua et pronus cecidit in terrã corã ar-
cha domini uſqꝫ ad veſperã: tam ipſe q̃
omnes ſenes iſrahel. Miſerũtqꝫ pulve-
rem ſuper capita ſua ⁊ dixit ioſue. Heu
domine deus. Quid voluiſti traducere
populũ iſtum iordanen fluviũ: ut trade-
res nos in manus amorrei et perderes?
Utinam ut cepimus manſiſſemus trãs
iordanẽ. Mi domine deus quid dicam
videns iſrahelem hoſtib⁹ ſuis terga ver-
tentem. Audient chananei: et omĩes ha-
bitatores terre: et pariter conglobati
circundabũt nos: atqꝫ delebunt nomen
noſtrũ de terra. Et quid facies magno
nomini tuo. Dixitqꝫ domin⁹ ad ioſue
Surge: cur iaces pronus in terra? Pec-
cavit iſrahel: et prevaricatus eſt pactũ
meum · tulerũtqꝫ de anathemate et fura-
ti ſunt atqꝫ mentiti ⁊ abſconderũt inter
vaſa ſua. Nec poterit iſrahel ſtare ante
hoſtes ſuos: eoſqꝫ fugiet: quia pollu-
tus eſt anathemate. Nõn ero vltra vo-
biſcum: donec conteratis eũ qui huius

ſceleris reus eſt. Surge ſãctifica popu-
lum et dic eis. Sanctificamini in cra-
ſtinũ. Hec enĩ dicit dñs de⁹ iſrahel. Ana-
thema in medio tui eſt iſrahel. Nõ pote-
ris ſtare coram hoſtibus tuis: donec de-
leatur ex te qui contaminatus eſt hoc
ſcelere. Accedetiſqꝫ mane ſinguli per tri-
bus veſtras: et quãcunqꝫ tribũ ſors in-
venerit · accedet p cognacõnes ſuas et
cognacõ p dom⁹: domuſqꝫ p viros: ⁊
quicũqꝫ ille in hoc facinore fuerit depre-
henſus: comburetur igni cũ omni ſub-
ſtantia ſua: quoniam prevaricatus eſt
pactum domini: ⁊ fecit nephas in iſra-
hel. Surgens itaqꝫ ioſue mane. Appli-
cavit iſrahel per tribus ſuas: ⁊ inventa
eſt tribus iuda. Que cũ iuxta familias
ſuas eſſet oblata: invẽta eſt familia za-
re. Jllam q̃ꝫ per domos offerens reperit
zabdi: cuius domũ in ſingulos dividẽs
viros invenit achã filiũ charmi: filij
zabdi filij zare de tribu iuda. Et ait io-
ſue ad achã. Fili mi da gloriã domĩo
deo iſrahel: et confitere: atqꝫ indica mi-
chi: quid feceris ne abſcondas. Reſpõ-
ditqꝫ achan ioſue: ⁊ dixit ei. Vere ego
peccavi domino deo iſrahel: et ſic et ſic
feci. Vidi enĩ inter ſpolia palliũ coccine-
um valde bonũ ⁊ ducẽtos ſiclos argẽti
regulãqꝫ aureã quĩquaginta ſiclorũ: ⁊
cõcupiſcens abſtuli et abſcõdi in terra
contra mediũ tabernaculi mei: argen-
tumqꝫ foſſa humo operui. Miſit ergo
ioſue miniſtros: qui currentes ad taber-
naculũ illius repererũt cũcta abſcõdita
in eodẽ loco: ⁊ argentũ ſimul. Auferen-
teſqꝫ de tentorio tulerũt ea ad ioſue et
ad omẽs filios iſrl̃: proiecerũtqꝫ ante do-
minum. Tollens itaqꝫ ioſue achan fi-
lium zare: argentumqꝫ et palliũ ⁊ aure-
am regulam · filios quoqꝫ ⁊ filias eius

boues ⁊ aſinos ⁊ oues ipmqꝫ tabernacu
lum et cũctam ſuppellectilẽ et om̄is iſrł
cũ eo: duxerũt eos ad vallẽ achor: vbi
dixit ioſue. Quia turbaſti nos: extur-
bet te dñs in die hac. Lapidauitqꝫ eum
om̄is iſrł: ⁊ cuncta que illius erãt igne
cõſumpta ſũt. Congregauerũtqꝫ ſuper
eũ aceruũ magnũ lapidũ qui permanẽt
uſqꝫ in preſentẽ diẽ. Et auerſus ẽ furor
dñi ab eis. Vocatũqꝫ eſt nomẽ loci illi⁹
vallis achor uſqꝫ hodie. . VIII.

Dixit aũt dñs ad ioſue. Ne time-
as. neqꝫ formides. Tolle tecum
om̄em multitudinẽ pugnatorũ: et con-
ſurgens aſcẽde in oppidũ hay. Ecce tra-
didi in manũ tuã regem eius ⁊ populũ
vrbemqꝫ et terrã. Facieſqꝫ vrbi hay et
regi eius: ſicut feciſti iericho ⁊ regi illi⁹
Predã vero et om̄ia animantia diripie-
tis vobis. Pone inſidias vrbi poſt eã
Surrexitqꝫ ioſue et om̄is exercitus bel-
latorũ cum eo: ut aſcenderent in hay.
Et electa triginta milia virorum forti-
um miſit nocte: p̃cepitqꝫ eis dicẽs. Po-
nite inſidias poſt ciuitatẽ. Nec longi⁹
recedatis: ⁊ eritis om̄s parati. Ego aũt
et reliqua multitudo que mecũ eſt aſcẽ-
demus ex aduerſo cõtra vrbẽ. Cũqꝫ exi-
erint cõtra nos ſicut ante fecimus fugi-
emus: et terga vertemus donec pſequẽ-
tes ab vrbe protrahantur longius. Pu-
tabũt enĩ nos fugere ſicut p̃us. Nobis
ergo fugientibꝫ et illis perſequentibus
conſurgetis de inſidijs ⁊ vaſtabitis ciui-
tatẽ: tradetqꝫ eã dñs deus veſter in ma-
nus veſtras. Cũqꝫ ceperitis ſuccendite
eam: et ſic om̄ia facietis ut iuſſi. Dimi-
ſitqꝫ eos et perrexerũt ad locũ inſidiarꝫ
ſederuntqꝫ inter bethel ⁊ hay ad occidẽn-
talẽ plagã vrbis hay. Ioſue aũt nocte
illa in medio manſit p̃pli. Surgenſqꝫ

diluculo recenſuit ſocios: et aſcendit
cũ ſenioribus in fronte exercitus: valla-
tus auxilio pugnatorꝫ. Cũqꝫ veniſſent
et aſcẽdiſſẽt ex adũſo ciuitatis ſteterũt
ad ſeptentrionalẽ vrbis plagã: inẽ quã
et eos vallis: erat media. Quinqꝫ aũt
milia viros elegerat et poſuerat in inſi-
dijs inter bethauẽ et hay ex occidentali
parte eiuſdem ciuitatis: om̄is vero reli-
quus exercitus ad aquilonẽ aciem diri-
gebat ita ut nouiſſimi multitudinis oc-
cidẽtalem plagam vrbis attingerent.
Abijt ergo ioſue nocte illa: et ſtetit in
vallis medio. Quod cũ vidiſſet rex hay
feſtinauit mane: et egreſſus eſt cũ om̄i
exercitu ciuitatis direxitqꝫ aciem contra
deſertũ: ignorãs ꝙ poſt tergũ laterẽt in-
ſidie. Ioſue vero et omnis iſrahel ceſſe-
runt loco: ſimulantes metũ et fugiẽtes
per ſolitudinis viam. At illi vociferan-
tes pariter ⁊ ſe mutuo cohortantes: p-
ſecuti ſunt eos. Cũqꝫ receſſiſſent a ciui-
tate: ⁊ ne vnus quidẽ in vrbe hay ⁊ be-
thel remanſiſſet: qui non perſequeretur
iſrahel ſicut eruperãt aperta oppida relin-
quẽntes: dixit dñs ad ioſue. Leua clipe-
um qui in manu tua eſt contra vrbem
hay: quoniã tibi tradam eã. Cumqꝫ ele-
uaſſent clipeum ex aduerſo ciuitatis in-
ſidie que latebãt ſurrexerunt cõfeſtim
et pergentes ad ciuitatẽ ceperũt: ⁊ ſuccẽ-
derunt eam. Viri autẽ ciuitatis qui per-
ſequebantur ioſue reſpicientes et vidẽ-
tes fumũ vrbis ad celũ uſqꝫ conſcende-
re nõ potuerunt vltra huc illucqꝫ dif-
fugere: preſertim cũ hij qui ſimulauerãt
fugam et tendebãt ad ſolitudinẽ: cõtra
perſequentes fortiſſime reſtitiſſent. Vi-
denſqꝫ ioſue ⁊ omnis iſrł ꝙ capta eſſet
ciuitas ⁊ fumus vrbis aſcenderet: reuer-
ſus percuſſit viros hay. Siquidẽ et illi

qui ceperāt ⁊ ſuccenderāt ciuitatē · egreſ-
ſi ex vꝛbe cōtra ſuos: medios hoſtiū fe-
rire ceperūt. Cum ergo ex vtraq; parte
aduerſarij cederent ita ut nullus de tan-
ta multitudine ſaluaretur: regē quoq;
vꝛbis hay apprehendere viuentē ⁊ obtu-
lerūt ioſue. Igit̄ omībus interfectis q̄
iſrahelē ad deſerta tendentes fuerāt pſe-
cuti et in eodē loco gladio coꝛruentibꝰ:
reuerſi filij iſrahel pcuſſerūt ciuitatem.
Erāt aūt qui in eodē die cōciderāt a viro
uſq; ad mulierē: duodecim milia hoīm
oīs vꝛbis hay. Joſue vero nō cōtra-
xit manū quā in ſublime poꝛrexerat te-
nens clipeū: donec interficerent oēs ha-
bitatoꝛes hay. Jumenta aūt ⁊ pꝛedā ci-
uitatis diuiſerūt ſibi filij iſrahel: ſicut
pꝛeceperat dn̄s ioſue. Qui ſuccendit
vꝛbem: et fecit eam tumulū ſempiternū
Regem q̄; eius ſuſpendit ī patibulo uſ-
q; ad veſperā et ſolis occaſū: pꝛecepitq;
ioſue et depoſuerūt cadauer eius de cru-
ce: pꝛieceruntq; in ipſo introitu ciuita-
tis cōgeſto ſuper eum magno aceruo la-
pidū qui permanet uſq; in pꝛeſentem di-
em. Tunc edificauit ioſue altare domi-
no deo iſrahel in monte hebal: ſicut pꝛe-
ceperat moyſes famulus domini filijs
iſrahel et ſcriptū eſt in volumine legis
moyſi · altare de lapidibꝰ impolitis q̄s
ferꝛū nō tetigit: et obtulit ſuper eo olo-
cauſtū domino: immolauitq; pacificas
victimas. Et ſcripſit ioſue ſup lapides
deutronomiū legis moyſi: quod ille
digeſſerat coꝛā filijs iſrl̄. Omīs aūt po-
pulus ⁊ omēs maioꝛes natu: ducesq;
ac iudices ſtabāt ex vtraq; parte arche
in conſpectu ſacerdotū q̄ poꝛtabant ar-
cham federis dn̄i: ut aduena ita et indi-
gena. Media pars eoꝛū iuxta montem
garizim et media iuxta montem hebal
ſicut pꝛeceperat moyſes famulus domi-
ni. Et pꝛimū quidem benedixit populo
iſrl̄. Poſt hec legit oīa verba benedi-
ctionis et maledictionis et cuncta que
ſcripta fuerant in legis volumine. Ni-
chil ex hijs: que moyſes iuſſerat reli-
quit intactum: ſed vniuerſa replicauit
coꝛam omni multitudine iſrahel mulie-
ribus ac paruulis et aduenis qui inter
eos moꝛabantur. ix

Quibus auditis: cuncti reges trās
ioꝛdanen qui verſabantur in mō-
tanis et campeſtribus et maritimis: ac
litoꝛe magni maris · hij quoq; qui ha-
bitabāt iuxta libanum etheus et amoꝛ-
reus chananeus phereſeus et eueus et
iebuſeus congregati ſunt pariter: ut
pugnarent contra ioſue ⁊ iſrahel vno
animo: eademq; ſententia. At hij qui
habitabant in gabaon · audientes cun-
cta que fecerat ioſue iericho et hay: et
callide cogitantes tulerunt ſibi cibaria
ſaccos veteres aſinis imponentes: et
vtres vinarios ſciſſos atq; cōſutos cal-
ciamentaq; perantiqua · que ad indici-
um vetuſtatis pitacijs conſuta erant:
induti veteribꝰ veſtimentis: panes q̄;
quos poꝛtabant ob viaticum duri erāt
et in fruſtra comminuti. Perrexerunt
q; ad ioſue qui tunc moꝛabatur in ca-
ſtris galgale: ⁊ dixerunt ei atq; ſimul
omni iſraheli. De terꝛa longinqua ve-
nimus pacem vobiſcū facere cupientes
Reſponderūtq; viri iſrl̄ ad eos atq; dixe-
runt. Ne foꝛte in terꝛa q̄ nobis ſoꝛte de-
betur habitetis: et nō poſſim⁹ fedus in-
ire vobiſcū. At illi ad ioſue: ſerui inqui-
unt tui ſumus. Quibus ioſue ait. Qui
nam eſtis vos: aut vnde veniſtis? Re-
ſponderūt de terꝛa longinqua valde ve-
nerūt ſerui tui: in nomine domini dei tui

Audiuimus eñ famā potentie eius: cun-
cta que fecit in egipto et duobȝ regibȝ
amorreorū q̄ fuerūt trās iordanē seon
regi esebon ⁊ og regi basan q̄ erāt in a-
starothi: dixerūtq; nob̄ seniores ⁊ oēs ha-
bitatores terre nr̄e. Tollite i manibȝ ciba-
ria ob longissimā viā: ⁊ occurrite eis ⁊
dicite. Serui vestri sumus: fedus inite
nobiscū. En panes quādo egressi sumus
de domibȝ nostris ut venirēmus ad vos
calidos sumpsimus: nūc sicci facti sūt:
et vetustate nimia cōminuti. Utres vi-
ni nouos impleuimus: nūc rupta sunt ⁊
soluti. Uestes ⁊ calciamenta quibus in-
duimur ⁊ q̄ habemus in pedibȝ ob lon-
gitudinē longioris vie trita sūt: et pe-
ne cōsumpta. Susceperunt igitur de ci-
bariis eorū: ⁊ os dñi nō interrogauerūt
Fecitq; iosue cū eis pacē: et inito federe
pollicitus est ut nō occiderent. Principes
quoq; multitudinis iurauerūt eis. Post di-
es aūt tres initi federis audierūt q̄ in vi-
cino habitarēt: et inter eos futuri essēt
Moueruntq; castra filii isrl̄: ⁊ venerunt
in ciuitates eorum die tercio: quarū hec
vocabula sunt: gabaon ⁊ caphira ⁊ be-
roth ⁊ cariathiarim. Et nō percusserunt
eos: eo q̄ iurassent eis principes multi-
tudinis in noīe dñi dei isrl̄. Murmura-
uit itaq; omē vulgus contra principes
israhel. Qui responderūt eis. Iurauimus
eis in noīe dñi dei isrl̄: et idcirco nō pos-
sumus eos cōtingere. Sed hoc faciemus
eis. Reseruentur quidē ⁊ uiuāt ne contra
nos ira dñi cōcitetur si peierauerimus:
sed sic viuāt ut in vsus vniuerse multi-
tudinis ligna cedāt aquasq; cōportāt
Quibȝ hec loquētibȝ vocauit gabaoni-
tas iosue: et dixit eis. Cur nos decipere
fraude voluistis: ut diceretis procul val-
de habitamus a vobis cū in medio nr̄i
sitis. Itaq; sub maledictione eritis: et
non deficiet de stirpe vestra ligna cedens
aquasq; comportans in domū dei mei.
Qui responderūt. Nūciatū est nobis ser-
uis tuis q̄ promisisset dñs deus tuus moysi
seruo suo: ut traderet vobis omnē ter-
ram: et disperderet cūctos habitatores
eius. Timuimus igitur valde et proui-
dimus animabȝ nostris vestro terrore
cōpulsi: et hoc cōsiliū iniuimus. Nūc
autē in manu tua sumus: qđ tibi bonū
et rectū videtur fac nobis. Fecit ergo io-
sue ut dixerat: ⁊ liberauit eos de manibȝ
filiorū isrl̄: ut nō occiderentur. Decre-
uitq; in illo die: eos esse in ministerio
cūcti populi ⁊ altaris domini cedentes li-
gna et aquas cōportātes: usq; in p̄ns
tēpus in loco quē dñs elegisset. · x ·
Que cū audisset adonisedech rex ihe-
rusalem: q̄ scilicet cepisset iosue
hay et subuertisset eā: sicut enim fecerat
iericho et regi eius sic fecit hay et regi il-
lius: et q̄ transfugissēt gabaonite ad
israhel et essent federati eorū: timuit val-
de. Urbs eñ magna erat gabaon ⁊ vna
ciuitatū regaliū: et maior oppido hay:
omēsq; bellatores eius fortissimi. Mi-
sit ergo adonisedech rex iherusalem ad
oham regem hebron et ad pharan regē
ierimoth: ad iaphie q̄q; regē lachis ⁊ ad
dabir regem eglon dicens. Ad me ascē-
dite et ferte presidiū ut expugnemus ga-
baon: quare trāsfugerit ad iosue et ad
filios israhel. Cōgregati igitur ascen-
derunt quinq; reges amorreorū: rex ihe-
rusalem rex hebron rex ierimoth rex la-
chis rex eglon simul cū exercitibȝ suis
et castrametati sunt circa gabaon oppu-
gnātes eam. Habitatores aūt gabaon
vrbis obsesse miserūt ad iosue qui tūc
morabatur in castris apud galgalam

et dixerūt ei. Ne retrahas manus tuas
ab auxilio ſeruorū tuorū. Aſcende cito
et libera nos: ferqȝ preſidiū. Conuene-
runt em̄ aduerſum nos omnes reges
amorreorum: qui habitant in monta-
nis. Aſcenditqȝ ioſue de galgalis: et
om̄is exercit⁹ bellatorȝ cū eo viri fortiſ-
ſimi. Dixitqȝ dn̄s ad ioſue. Ne timeas
eos. In manus em̄ tuas tradidi illos.
Nullus enim ex eis tibi reſiſtere poterit
Irruit itaqȝ ioſue ſup eos repente. To-
ta nocte aſcendens de galgalis. Et con-
turbauit eos dominus a facie iſrahel: cō-
triuitqȝ plaga magna in gabaon. ac
perſecutus eſt eos per viam aſcenſus be-
thoron: et percuſſit uſqȝ azecha et mace-
da. Cumqȝ fugerent filios iſrahel: et eſ-
ſent in deſcenſu bethoron: dominus mi-
ſit ſuper eos lapides magnos de celo uſ-
qȝ ad azecha. Et mortui ſunt multo
plures lapidibus grandinis: qͣ quos
gladio percuſſerant filij iſrahel. Tūc lo-
cutus eſt ioſue domino in die qua tradi-
dit amorreū in cōſpectu filiorū iſrahel:
dixitqȝ coram eis. Sol cōtra gabaon
ne mouearis: et luna contra vallem ai-
alon. Steteruntqȝ ſol et luna: donec vl-
ciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Non-
ne ſcriptū eſt hoc in libro iuſtorum?
Stetit itaqȝ ſol in medio celi: et nō fe-
ſtinauit occūbere ſpacio vnius diei. Nō
fuit ante et poſtea tam longa dies obe-
diente dn̄o voci hoīs: et pugnāte pro
iſrahel. Reuerſuſqȝ eſt ioſue cū om̄i iſrl̄
in caſtra galgale. Fugerāt em̄ quinqȝ
reges et ſe abſcōderant in ſpelunca vr-
bis maceda. Nūciatūqȝ eſt ioſue qȝ in-
uenti eſſent quinqȝ reges: latentes ī ſpe-
lunca vrbis maceda. Qui precepit ſo-
cijs et ait. Voluite ſaxa ingentia ad os
ſpelunce: et ponite viros induſtrios q̄
clauſos cuſtodiāt. Vos aūt nolite ſta-
re: ſed perſequimini hoſtes: et extremos
quoſqȝ fugientium cedite. Ne dimitta-
tis eos vrbiū ſuarum intrare preſidia
quos tradidit dn̄s de⁹ in manus vrās.
Ceſis ergo aduerſarijs plaga magna
et uſqȝ ad internecōnem pene conſum-
ptis: hij q̄ iſrahel effugere potuerūt in-
greſſi ſūt ciuitates munitas. Reuerſuſ-
qȝ eſt omnis exercitus ad ioſue in mace-
da vbi tūc erant caſtra: ſani et integro
numero. Nulluſqȝ cōtra filios iſrl̄ mu-
tire auſus eſt. Precepitqȝ ioſue dicens
Aperite os ſpelunce: et producite ad me
quinqȝ reges qui in ea latitāt. Fecerunt
qȝ miniſtri ut ſibi fuerat imperatū: et
adduxerunt ad eum quīqȝ reges de ſpe-
lunca: regem iheruſalem regem hebron
regem ierimoth regē lachis regē eglon
Cumqȝ educti eſſent ad eū vocauit om-
nes viros iſrahel: et ait ad principes ex-
ercitus qui ſecum erāt. Ite et ponite pe-
des ſuper colla regū iſtorū. Qui cū per-
rexiſſent et ſubiectorū colla pedib⁹ cal-
carent: rurſū ait ad eos. Nolite timere
nec paueatis: cōfortamini et eſtote ro-
buſti. Sic em̄ faciet dn̄s cūctis hoſtib⁹
veſtris: aduerſum quos dimicabitis.
Percuſſitqȝ ioſue et interfecit eos: atqȝ
ſuſpendit ſuper quinqȝ ſtipites: fuerūt-
qȝ ſuſpenſi uſqȝ ad veſperum. Cūqȝ oc-
cumberet ſol precepit ſocijs ut depone-
rent eos de patibulis: qui depoſitos pro-
iecerunt in ſpeluncam in qua latuerāt
et poſuerūt ſuper os eius ſaxa ingentia:
que permanent uſqȝ in preſens. Eodem
die macedam qȝ cepit ioſue et percuſſit
in ore gladij regemqȝ illius interfecit:
et omnes habitatores eius. Nō dimiſit
in ea ſaltem paruas reliquias. Fecitqȝ
regi maceda ſicut fecerat regi iericho.

Tranſiuit cū omni iſrahel de maceda in lebna et pugnabat cōtra eā: quā tradidit dn̄s cū rege ſuo in manus iſrahel. Percuſſerūtq; vrbē in ore gladij: ⁊ oēs habitatores eius. Nō dimiſerunt in ea vllas reliquias. Feceruntq; regi lebna: ſicut fecerāt regi iericho. De lebna trāſiuit in lachis cū omi iſrl̄: ⁊ exercitu per girū diſpoſito oppugnabat eā: tradidit q; dn̄s lachis in manus filiorū iſrl̄: et cepit eā die altero: atq; percuſſit ī ore gladij omnēq; animā q̄ fuerat in ea ſicut fecerat lebna. Eo tempore aſcendit iram rex gazer ut auxiliaretur lachis: quē percuſſit ioſue cū omi populo eius uſq; ad internecōem. Trāſiuitq; de lachis ī eglon: et circūdedit atq; expugnauit eā in eadē die: percuſſitq; in ore gladij om̄es animas q̄ erāt in ea iuxta om̄ia que fecerat lachis. Aſcendit q̄q; cum omi iſrl̄ de eglon in ebron et pugnauit cōtra eam cepitq; et percuſſit in ore gladij: regē q̄q; eius et om̄ia oppida regionis illius vniuerſaſq; animas que ī ea fuerāt cōmorate. Nō reliquit in ea vllas reliquias Sicut fecerat eglon ſic fecit et ebron: cūcta que in ea reperit cōſumens gladio Inde reuerſus in dabir cepit eam atq; vaſtauit: regem q̄q; eius atq; om̄ia p circuitū oppida percuſſit in ore gladij. Nō dimiſit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat ebron et lebna et regibꝫ earū: ſic fecit dabir et regi illius. Percuſſit itaq; ioſue om̄em terrā montanā et meridianam atq; campeſtrem: ⁊ aſedoth cū regibus ſuis. Nō dimiſit ī ea vllas reliquias: ſed om̄e quod ſpirare poterat interfecit ſicut preceperat ei dn̄s deus iſrl̄: a cades barne uſq; ad gazā. Omnē terrā goſen uſq; gabaon: vniuerſoſq; reges et regiones eorū vno impetu cepit atq; vaſtauit. Dn̄s em̄ deus iſrl̄ pugnauit pro eo. Reuerſuſq; eſt cū omi iſrahel ad locū caſtrorū in galgala.

.xi.

Que cū audiſſet iabin rex aſor miſit ad iobab regē madon et ad regem ſemeron atq; ad regem acſaph: ad reges q̄q; aquilonis qui habitabāt ī mōtanis et in planicie cōtra meridiē ceneroth: in campeſtribus q̄q; ⁊ regionibus dor iuxta mare: chananeū q̄q; ab oriente et occidente et amorreum atq; etheū ac pherezeū ⁊ iebuſeū in montanis: eueū q̄q; qui habitabat ad radices hermon in terra maſphe. Egreſſiq; ſūt omnes cū turmis ſuis: ppl̄s multus nimis ſicut harena que eſt in littore maris: equi q̄q; et currus immenſe multitudinis. Conuenerūtq; om̄s reges iſti ī vnū ad aq̄s meron ut pugnarent cōtra iſrl̄. Dixit q; dn̄s ad ioſue. Ne timeas eos. Cras em̄ hac eadē hora ego tradā om̄s iſtos vulnerandos in conſpectu iſrl̄. Equos eorū ſubneruabis: et currus igne combures. Venitq; ioſue et om̄is exercitus eius cū eo aduerſus illos ad aquas meron ſubito: ⁊ irruerūt ſup eos tradidit q; illos dn̄s in manus iſrahel. Qui percuſſerunt eos et perſecuti ſūt uſq; ad ſydonem magnā: ⁊ aquas maſſerephot. campūq; maſphe qui eſt ad orientalē illius partē. Itaq; percuſſit om̄s: ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; ſicut preceperat ei dn̄s. Equos eorum ſubneruauit: curruſq; cōbuſſit igni. Reuerſuſq; ſtatim cepit aſor: et regem eius percuſſit gladio. Aſor em̄ antiquitus inter om̄ia regna hec principatū tenebat. Percuſſitq; om̄s animas q̄ ibidē morabant̄. Nō dimiſit in ea vllas reliquias: ſed uſq; ad internecōem vniūſa vaſtauit: ipamq; vrbē peremit incēdio

et om̄es per circuitū ciuitates. Reges q̄ꝫ
earū cepit percussit atqꝫ deleuit: sicut p̄cepe-
rat ei moyses famulus dn̄i. Absqꝫ vr-
bibꝫ q̄ erāt in collibꝫ ⁊ i tumulis site ce-
teras succendit israhel: vnā tantū asor
munitissimā flāma cōsumpsit. Omnēqꝫ
predā istarū vrbiū ac iumenta diuise-
runt sibi filij israhel: cunctis hoībus in-
terfectis. Sicut preceperat dn̄s moysi
seruo suo: ita precepit moyses iosue: ⁊
ille vniuersa cōpleuit. Nō preterijt de
vniuersis mandatis: nec vnū quidē ver-
bum qd̄ iusserat dn̄s moysi. Cepit ita-
qꝫ iosue omnē terram montanā et meri-
dianā · terramqꝫ gosen et planiciē ⁊ oc-
cidentalē plagam montēqꝫ israhel et cā-
pestria eius et partem montis que ascē-
dit seir usqꝫ balgath per planiciem liba-
ni subter montē hermon: omnes reges
eorū cepit percussit et occidit. Multo
tempore pugnauit iosue contra reges
istos. Non fuit ciuitas que se nō trade-
ret filijs israhel: preter eueum qui habi-
tabat in gabaon. Om̄s eni bellando ce-
pit. Domini enim sententia fuerat: ut
indurarentur corda eorū ⁊ pugnarent
cōtra isrl̄ ⁊ caderent ⁊ nō mererent̄ vllā
clementiā: ac perirēt sicut p̄ceperat dn̄s
moysi. In tempore illo venit iosue et
interfecit enachim de mōtanis ebron ⁊
dabir et anab et de omni mōte iuda et
israhel: vrbesqꝫ eorū deleuit. Nō reliqt
vllū de stirpe enachim in terra filiorū
isrl̄: absqꝫ ciuitatibꝫ gaza et geth ⁊ azo
to in quibꝫ solū relicti sūt. Cepit ergo
iosue omnē terrā sicut locutus est dn̄s
ad moysen: ⁊ tradidit eā in possessionē
filijs isrl̄ secūdū partes et tribus suas:
quieuitqꝫ terra a prelijs. Hij sūt reges
quos percusserūt filij isrl̄ ⁊ possederūt ter
ram eorū trans iordanē ad solis ortū
a torrēte arnon usqꝫ ad montē hermon
et omnē orientalē plagā q̄ respicit soli-
tudinē. Seon rex amorreorū q̄ habita-
uit in esebon dn̄atus est ab aroer q̄ sita
est sup ripam torrentis arnon: ⁊ medie
partis i valle · dimidieqꝫ galaad usqꝫ
ad torrentē iaboc: q̄ est terminus filioꝝ
ammon: ⁊ a solitudine usqꝫ ad mare
cenereth cōtra orientē: et usqꝫ ad mare
deserti qd̄ est mare salsissimū ad orienta
lem plagam per viam que ducit bethsi-
moth ⁊ ab australi parte q̄ subiacet ase-
doch. Phasga terminꝰ og regis basan
de reliquijs raphaim · qui habitauit in
astaroth ⁊ in edrai: ⁊ dn̄atus ē in mōte
hermon et in salacha atqꝫ in vniuersa
basan usqꝫ ad terminos gessuri et ma-
chati ⁊ dimidie partis galaad terminos
seon regis esebon. Moyses famulus
domini ⁊ filij israhel percusserūt eos: tra-
diditqꝫ terram eoꝝ moyses in possessio-
nem rubenitis et gaddits: et dimidie
tribui manasse. xii

Hij sunt reges terre quos percussit
iosue et filij israhel trās iordanen
ad occidentalem plagam abaalgad: in
campo libani usqꝫ ad montem libani:
cuius pars ascendit in seyr. Tradidit
qꝫ eam iosue in possessionem tribubus
israhel singulis partes suas: tam in mō-
tanis q̄ꝫ i planis atqꝫ campestribꝫ. In
aseroth et in solitudine ac in meridie·
etheus fuit et amorreus chananeus et
phereseus eueus ⁊ iebuseꝰ. Rex iericho
vnus. Rex hay que est ex latere bethel
vnus. Rex ihr̄lm vnꝰ. Rex ebron vnꝰ.
Rex ierimoth vnꝰ. Rex lachis vnus.
Rex eglon vnus. Rex gazer vnꝰ. Rex
dabir vnꝰ. Rex gader vnꝰ. Rex herma
vnus. Rex hereth vnꝰ. Rex lebna vnꝰ.
Rex odollam vnus. Rex maceda vnus

Rex bethel vnus . Rex taphna vnus .
Rex ofer vnus . Rex affec vnus . Rex
ſaron vnus . Rex madan vnus . Rex a
for vnus . Rex ſameron vnus . Rex ac
ſaph vnus . Rex tenach vnꝰ . Rex ma
geddo vnus . Rex cedes vnꝰ . Rex iacha
nen carmeli vnus . Rex dor ⁊ prouincie
dor vnus . Rex gentiũ galgal vnꝰ . Rex
therſa vnꝰ . Omnes reges triginta vnus
xiii IOſue vero ſenex prouectéq; eta-
tis erat : et dixit dñs ad eũ . Senuiſti et
longeuus es terraq; latiſſima derelicta
eſt que necdum ſorte diuiſa eſt : et oĩs
videlicet galilea philiſtijm et vniuerſa
geſſuri . a fluuio turbido qui irrigat egi-
ptum uſq; ad terminos accaron cõtra
aquilonẽ : terra chanaan que in quinq;
regulos philiſtijm diuiditur . gazeos ⁊
azotios aſcolonitas getheos et accaro-
nitas . Ad meridiẽ vero ſunt euei oĩs
terra chanaan ⁊ maara ſidoniorũ uſq;
afeca . et terminos amorrei eiuſq; confi-
nia : libani q̃q; regio cõtra orientẽ abaal
gad ſub monte hermon donec ingredi
aris emath omniũ qui habitabãt in mõ-
te a libano uſq; ad aquas maſſephot
vniuerſiq; ſidonij : ego ſũ q̃ delebo eos
a facie filiorũ iſrl̃ . Veniat ergo in partẽ
hereditatis iſrl̃ ſicut p̃cepi tibi . Et nũc
diuide terrã in poſſeſſionẽ nouẽ tribubꝰ
et dimidie tribui manaſſe : cũ qua rubẽ
et gad poſſiderũt terrã quã tradidit eis
moyſes famulus dñi . trans fluẽta ior-
danis ad orientalẽ plagã . ab aroer q̃
ſita eſt in ripa torrentis arnon : ⁊ in val-
lis medio : vniuerſaq; campeſtria meda-
ba uſq; dibon . et cunctas ciuitates ſeon
regis amorrei . qui regnauit in eſebon :
uſq; ad terminos filiorũ ammon et ga-
laad ad terminũ geſſuri et machati et
omnem montem hermon et vniuerſam
baſan uſq; ſalacha . omne regnũ og in
baſan qui regnauit in aſtaroth ⁊ edrai
ipſe fuit de reliquijs raphaim : percuſſitq;
eos moyſes atq; deleuit . Noluerũtq;
diſperdere filij iſrahel geſſuri ⁊ machati
et habitauerũt in medio iſrahel uſq; in
preſentẽ diẽ . Tribui aũt leui non dedit
poſſeſſionẽ ſed ſacrificia ⁊ victime dñi
dei iſrl̃ ipſa eſt eius hereditas . ſicut locu-
tus eſt illi . Dedit ergo moyſes poſſeſſi-
onẽ tribui filiorũ ruben iuxta cognacõ-
nes ſuas . Fuitq; terminus eorũ ab aro-
er que ſita eſt in ripa torrentis arnon ⁊
in valle eiuſdẽ torrẽtis media . vniuer-
ſam planiciem que ducit medaba et eſe-
bon . cunctoſq; viculos earũ qui ſunt in
campeſtribꝰ : dibon q̃q; et abamothbaal
et oppidum baalmaon et geſſa et cedi-
moth et mephet : et cariathaim et ſaba-
ma et ſarathaſar : in monte conuallis
bethfogor ⁊ aſedoch phaſga ⁊ bethaiſi-
moth oĩs vrbes campeſtres . vniuerſa
q; regna ſeon regis amorrei . q̃ regna-
uit in eſebon : quẽ percuſſit moyſes cũ prĩ-
cipibꝰ madian : eueũ et recem ⁊ ſur ⁊ vr
et rebee duces ſeon habitatores terre : ⁊
balaam filiũ beor ariolum occiderũt filij
iſrahel gladio cũ ceteris interfectis : fa-
ctuſq; eſt terminus filiorũ ruben iorda-
nis fluuius . hec eſt poſſeſſio rubenitarũ
per cognacões ſuas vrbiũ ⁊ viculorũ
Deditq; moyſes tribui gad ⁊ filijs eius
per cognacões ſuas poſſeſſionẽ . cuiꝰ
hec diuiſio eſt . Terminus gazer et oẽs
ciuitates galaad ⁊ dimidiã partem terre
filiorũ ammon . uſq; ad aroer q̃ eſt con
tra rabba . ⁊ ab eſebon uſq; ad ramoth
maſphe et bathanim et amanaim uſq;
ad termĩos dabir . In valle q̃q; betharã
et bethnemra et ſoccoth et ſaphon reli
quam partem regni ſeon regis eſebon

huius q̄ finis iordanis eſt uſq; ad ex-
tremā partē maris cenereth: trās iorda-
nen ad orientalē plagā. Hec eſt poſſeſ-
ſio filiorū gad p familias ſuas et ciuita-
tes et ville earū. Deditq; dimidie tri-
bui manaſſe filijſq; eius iuxta cognacō-
nes ſuas poſſeſſionē. cui⁹ hoc principiū
eſt. A manaim vniuerſam baſan et cū-
cta regna og regis baſan: omſq; vicos
abir qui ſunt in baſan ſexaginta oppi-
da: et dimidiam partem galaad et aſta-
roth et edrap vrbes regni og in baſan
filijs machir filij manaſſe dimidie par-
ti filiorū machir iuxta cognacōnes ſuas
Hanc poſſeſſionē diuiſit moyſes in cā-
peſtribus moab trans iordanē cōtra ie-
richo ad orientalē plagam. Tribui aūt
leui nō dedit poſſeſſionē. qm̄ dn̄s deus
iſrł ipſe eſt poſſeſſio ei⁹ ut locutus eſt illi.

Hoc eſt qđ poſſederūt filij iſrł xiiij
in terra chanaan. quā dederūt eis
eleazar ſacerdos et ioſue filius nun. et
principes familiarū p tribus iſrł: ſorte
omnia diuidentes ſicut preceperat dn̄s in
manu moyſi. nouē tribubus ⁊ dimidie
tribui. Duabꝫ eī tribubꝫ ⁊ dimidie de-
derat moyſes trās iordanē poſſeſſionē
abſq; leuitis. qui nichil terre acceperūt
inter fratres ſuos: ſed in eorū ſucceſſe-
rant locū filij ioſeph. in duas diuiſi tri-
bus manaſſe ⁊ effraim. Nec acceperūt
leuite aliā in terra partē niſi vrbes ad
habitandū. et ſuburbana earū ad alē-
da iumenta et pecora ſua. Sicut pre-
ceperat dn̄s moyſi: ita fecerunt filij iſrł ⁊
diuiſerūt terrā. Acceſſerunt itaq; filij iu-
da ad ioſue ī galgala: locutuſq; eſt ad
eū caleph filius iephone zenezeus. No-
ſti quid locutus ſit dn̄s ad moyſen ho-
minē dei de me et te in cadeſbarne. Qua-
draginta annorū eram quādo miſit me
moyſes famulus domini de cadeſbarne
ut conſiderarem terram: nunciauiq; ei
quod michi verum videbatur. Fratres
aūt mei qui aſcenderāt mecum diſſolue-
runt cor populi: et nichilominus ego
ſecutus ſum dn̄m deum meū. Jurauit-
q; moyſes ī die illo dicens. Terra quā
calcauit pes tuus erit poſſeſſio tua et fi-
liorum tuorū in eternum: quia ſecutus
es dominū deū tuū. Conceſſit ergo do-
minus vitā michi ſicut pollicitus eſt uſ-
q; in preſentē diem. Quadraginta et
quinq; anni ſunt exquo locutus eſt do-
minus verbū iſtud ad moyſen: quando
ambulabat iſrahel per ſolitudinem: ho-
die octoginta quinq; annorū ſū ſic va-
lens ut eo valebā tempore quādo ad ex-
plorādū miſſus ſū: illius in me tempo-
ris fortitudo uſq; hodie pſeuerat: tam
ad bellandū q̄ ad gradiendū. Da ergo
michi montē iſtū quē pollicitus eſt do-
minus te q̄ audiente. in quo enachim
ſunt ⁊ vrbes magne atq; munite: ſi for-
te ſit dominus mecum et potuero delere
eos: ſicut promiſit michi. Benedixitq;
ei ioſue et tradidit ei ebron in poſſeſſi-
onem: atq; ex eo fuit ebron caleph fi-
lio iephone cenezeo uſq; in preſentē di-
em. quia ſecutus eſt dominū deū iſrahel
Nomen ebron antea vocabatur caria-
charbe. adam maximus ibi inter ena-
chim ſitus eſt: et terra ceſſauit a prelijs

Igitur ſors filiorū iude xv
per cognacōnes ſuas iſta fuit: a termi-
no edom uſq; ad deſertū ſyn cōtra meri-
diem et uſq; ad extremā partē auſtralis
plage. Initiū ei⁹ a ſūmitate maris ſal-
ſiſſimi. ⁊ a lingua eius que reſpicit me-
ridiem: egredieturq; otra aſcenſū ſcor-
pionis et pertranſit in ſyna: aſcendit-
q; in cadeſbarne: et peruenit in eſrom.

aſcendens ad daram: et circuiens caria-
chaa atq; inde ptranſiens in aſemona.
et perueniens ad torrentē egipti: eruntq;
termini eius mare magnū. Hic erit fi-
nis meridiane plage. Ab oriente vero
erit iniciū mare ſalſiſſimū uſq; ad extre-
ma iordanis. et ea q̄ reſpiciūt ad aqui-
lonē a lingua maris uſq; ad eūdem ior-
danis fluuium: aſcenditq; terminus in
bethagla: et tranſit ab aquilone in be-
tharaba. aſcēdēs ad lapidē boem filij ru-
ben. et tendens uſq; ad terminos debera-
de valle achor cōtra aquilonē reſpiciēs
galgala: q̄ eſt ex aduerſo aſcenſionis
adommim ab auſtrali parte torrentis.
trāſitq; aquas que vocātur fons ſolis
et erūt exitus eius ad fontē rogel: aſcē-
ditq; p conuallē filij ennon ex latere ie-
buſei ad meridiē. hec ē iheruſalē et inde
ſe erigens ad verticē montis qui eſt cō-
tra iehennon ad occidentē. in ſūmitate
vallis raphaim cōtra aquilonē: pertrā-
ſitq; a vertice mōtis uſq; ad fontē aque
nepthoa. et puenit uſq; ad vicos mon-
tis ephron: inclinaturq; in bala que ē
cariathiarim. id eſt vrbs ſiluarū et cir-
cuit de bala cōtra occidentē uſq; ad mō-
tem ſeir: trāſitq; iuxta latus montis ia-
rim ad aquilonē in cheſlon et deſcēdit
in bethſames. trāſitq; in thamna et per-
uenit cōtra aquilonē partis accaron ex
latere: inclinaturq; ſecrona ⁊ trāſit mō-
tem baala. puenitq; i gebneel et magni
maris cōtra occidentē fine ccluditur.
Hij ſūt termini filiorū iuda per circuitū
in cognacōnibꝫ ſuis. Caleph vero filio
iephone dedit partē in medio filiorū iu-
da ſicut preceperat ei dn̄s. cariatharbe
partis enach ipſe eſt ebron: deleuitq;
ex ea caleph tres filios enach. ſeſai et
hayman et tholmai de ſtirpe enach atq;
inde cōſcendēs venit ad habitatores da-
bir que prius vocabatur cariathſepher
id eſt ciuitas litterarū. Dixitq; caleph
Qui percuſſerit cariathſepher: et ceperit
eā dabo ei axam filiam meā vxorē. Ce-
pitq; eā othoniel filius cenez frater ca-
leph iunior: deditq; ei axam filiam ſuā
vxorē. Que cū pgerēt ſil' ſuaſit ei vir eiꝰ
ut peteret a patre ſuo agrū ſuſpirauitq;
ut ſedebat i aſino. Cui caleph quid ha-
bes inquit? At illa reſpōdit. Da michi
benedictionē. Terrā auſtralē et arentē
dediſti michi. iūge et irriguam. Dedit
itaq; ei caleph irriguū ſuperius ⁊ inferi-
us. Hec eſt poſſeſſio tribus filioꝝ iuda
per cognacōnes ſuas: erantq; ciuitates
ab extremis partibꝫ filiorū iuda. iuxta
terminos edom a meridie. cabſeel ⁊ eder
et iagur et cina ⁊ dimona ⁊ adada ⁊ ce-
des ⁊ aſor et iethan zif ⁊ telen ⁊ baloth
aſor noua ⁊ carioth ieſrom hec eſt aſſo-
romā ſame et meloda et aſer gadda et
aſſemoth et bethſeleth et aſerſual et ber-
ſabee ⁊ baziothia ⁊ abala ⁊ hun eſem ⁊
heltholad ⁊ exul ⁊ zarma ⁊ ſiceleth ⁊ me-
demena et ſenſenna lebaoth ⁊ ſelim et a-
hem remon: omnes ciuitates viginti no-
uem ⁊ ville earū. In campeſtribꝫ vero
eſtaol ⁊ ſarea et aſena et azone ⁊ engan-
nim et taphna et enaym ⁊ ierimoth ⁊ a-
dulam ſocho ⁊ azecha ⁊ ſarim ⁊ aditha-
ym et hedera ⁊ giderothaym: vrbes qua-
tuordecim ⁊ ville earū. Sanan ⁊ adaſa
et magdalgad delean et maſepha et ie-
ctel lachis ⁊ baſchat eglon tebbon ⁊ le-
emas ⁊ cethis ⁊ gideroth ⁊ bethdagon
et neama et maceda: ciuitates ſedecim et
ville earū. Labana et ether ⁊ aſan iepta
et eſna ⁊ neſib ⁊ cepla ⁊ achzib et mare-
ſa: ciuitates nouem et ville eaꝝ. Accarō
cum vicis et villulis ſuis. Ab accaron

uſq; ad mare · om̄ia q̄ vergūt ad azotū
et viculos eius. Azotus cū vicis et vil-
lulis ſuis : gaſa cum vicis et villulis
ſuis uſq; ad torrentem egipti · et mare
magnum terminus eius ⁊ in monte ſa-
mir ⁊ iether ⁊ ſoccoth ⁊ edenna cariath
ſenna hec eſt dabir : anab ⁊ hiſthemo ⁊
anym goſen et olon et gylo : ciuitates
vndecim et ville earū. Arab ⁊ roma et
eſzan ⁊ ianum ⁊ bethafua et afeca ath-
matha ⁊ cariatharbe hec eſt ebron ⁊ ſy-
or : ciuitates nouē ⁊ ville earum. Maon
et chermel ⁊ ziph ⁊ loche ieſrahel ⁊ iuca-
dam ⁊ zanoe accaym gabaa ⁊ thamna
ciuitates decē et ville earū. Alul ⁊ beth-
ſor ⁊ iedor mareth et bethanoth ⁊ hel-
thecen : ciuitates ſex et ville earū. Cari-
athbaal hec ē cariathiarim vrbs ſilua-
rum et arebba : ciuitates due ⁊ ville earum
In deſerto betharaba meddyn ⁊ ſacha
et nebſan : ciuitates ſalis ⁊ engaddi ci-
uitates ſex ⁊ ville earū. Fiūt ſimul cen-
tū quindecim. Jebuſeū aūt habitatorē
iheruſalē nō potuerunt filij iuda delere:
habitauitq; iebuſeus cum filijs iuda in
iheruſalem : uſq; in preſentem diem.

·xvi·

Ecidit q; ſors filiorū
ioſeph ab iordane cōtra iericho ·
et aquas eius ab oriente ſolitudo que
aſcendit de iericho ad montē bethel · et
egreditur de bethel luzam : tranſitq; ter-
minū archiatharoth · ⁊ deſcendit ad oc-
cidentē iuxta terminū iefleti · uſq; ad ter-
minos betheron inferioris ⁊ gazer : finiū-
turq; regiones eius mari magno · poſ-
ſederūtq; filij ioſeph manaſſes ⁊ ephra-
im. Et factus eſt terminꝰ filiorū ephra-
im per cognacōnes ſuas et poſſeſſio eo-
rum cōtra orientem ataroth adda uſq;
bethoron ſuperiorē : egrediunturq; con-
finia in mare. Machmetath vero aqui-
lonē reſpicit et circuit terminos contra
orientem in thanatſelo : et pertranſit a
torrente ianoe · deſcenditq; de ianoe in
atharoth et noaratha · et peruenit in ie-
richo egrediturq; ad iordanē de taphua
pertranſitq; cōtra mare in vallē harun-
dineti : ſuntq; egreſſus eius ī mare ſal-
ſiſſimū. Hec eſt poſſeſſio tribus filiorū
ephraim per familias ſuas : vrbeſq; ſe-
perate ſunt filijs ephraim in medio poſ-
ſeſſionis filiorū manaſſe et ville earū.
Et nō interfecerūt filij ephraim chana-
neū qui habitabat in gazar : habitauit
q; chananeus in medio ephraim : uſq;
in diē hāc tributarius.

·xvii·

Ecidit autē ſors tribui manaſſe.
Ipſe enim eſt primogenitus io-
ſeph · machir primogenito manaſſe pa-
tri galaad · qui fuit vir pugnator : ha-
buitq; poſſeſſionem galaad et baſan et
reliquis filiorum manaſſe iuxta famili-
as ſuas · filijs abyezer et filijs helech
et filijs hefrihel et filijs ſychen et filijs
epher et filijs ſemida. Iſti ſūt filij ma-
naſſe. Filij ioſeph mares per cognatio-
nes ſuas. Salphaat vero filio epher
filij galaad filij machir filij manaſſe ·
non erant filij ſed ſole filie : quarū iſta
ſunt nomina · mahala et noha et egla
et melcha et therſa. Veneruntq; in conſpe-
ctu eleazari ſacerdotis et ioſue filij nun
et principū dicentes : dn̄s precepit per
manū moyſi ut daretur nobis poſſeſſio
in medio fratrū noſtrorū : deditq; iuxta
imperiū domini poſſeſſionem in medio
fratrū patris earū · et ceciderūt funiculi
manaſſe decem abſq; terra galaad : et
baſan trans iordanen. Filie enim ma-
naſſe poſſederunt hereditatem in medio
filiorū eius. Terra aūt galaad cecidit
in ſortē filiorū manaſſe q̄ reliqui erāt.

Fuitq; termin⁹ manaſſe ab aſer machi-
mata qui reſpicit ſichem · ⁊ egreditur ad
dexteram iuxta habitatores fontis tha-
phue . Etem̄ in ſorte manaſſe cecideꝛat
terra taphue · q̃ eſt iuxta terminos ma-
naſſe filiorū ephraim . Deſcenditq; ter-
minus vallis harūdineti ī meridiē tor-
rentis ciuitatū ephraim : q̃ in medio ſūt
vrbiū manaſſe . Termin⁹ manaſſe ab
aquilone torrentis ⁊ exitus eius pergit
ad mare : ita ut poſſeſſio ephraim ſit ab
auſtro ⁊ ab aquilone manaſſe ⁊ vtrāq;
claudat mare : et cōiungātur ſibi in tri-
bu aſer ab aquilone ⁊ in tribu yſachar
ab oriente . Fuitq; hereditas manaſſe ī
yſachar et in aſer · berſan et viculi eius
et iebblaan cū viculis ſuis · ⁊ habitato-
res dor cū oppidis ſuis · habitatores q̃z
endor cū viculis ſuis · ſimiliterq; habita-
tores tenath cū viculis ſuis · ⁊ habitato-
res mageddo cum viculis ſuis · et tercia
pars vrbis nopheth . Nec potuerunt fi-
lij manaſſe has ciuitates ſubuertere ſed
cepit chananeus habitare in terra ſua .
Poſtq̃ aūt cōualuerūt filij iſrahel ſub-
iecerunt chananeos et fecerūt ſibi tribu-
tarios nec interfecerūt eos . Locutiq; ſūt
filij ioſeph ad ioſue ⁊ dixerunt . Quare
dediſti michi terrā in poſſeſſionē ſortis
et funiculi vnius : cū ſim tante multitu-
dinis · et benedixit michi dn̄s ? Ad q̃s
ioſue ait . Si populus multus es aſcē-
de in ſiluā : et ſuccide tibi ſpacia in terra
pherezei et raphaim : quia anguſta eſt ti-
bi poſſeſſio montis ephraim . Cui reſpō-
derunt filij ioſeph . Non poterimus ad
montana cōſcendere : cū ferreis curribꝰ
vtantur chananei qui habitāt in terra
campeſtri : in qua ſiti ſūt berſan cū vicu-
lis ſuis et iezrahel mediā poſſidens val-
lem . Dixitq; ioſue ad domū ioſeph et
ephraim ⁊ manaſſe . Populus multus
es et magne fortitudinis · nō habes ſor-
tem vnam ſed trāſibis ad montē ⁊ ſuc-
cides tibi atq; purgabis ad habitandū
ſpacia : et poteris vltra procedere cū ſub-
uerteris chananeū quē dicis ferreos ha-
bere currus et eſſe fortiſſimū . xviii ·
Congregatiq; ſūt omnes filij iſrł
in ſylo · ibiq; fixerūt tabernaculū
teſtimonij : ⁊ fuit eis terra ſubiecta . Re-
manſerant aūt filiorū iſrahel ſeptem tri-
bus · que necdū acceperāt poſſeſſiones
ſuas . Ad q̃s ioſue ait . Vſq; quo marce-
tis ignauia : ⁊ nō intratis ad poſſidendā
terrā quā dn̄s deus patrū veſtrorum dedit
vobis . Eligite de ſingulis tribubꝰ ter-
nos viros · ut mittā eos et pergāt atq;
circueant terrā · et deſcribant eam iuxta
terminū vniuſcuiuſq; multitudinis : re-
ferantq; ad me quod deſcripſerint . Di-
uidite vobis terrā in ſeptem partes : iu-
das ſit in terminis ſuis ab auſtrali pla-
ga · et domus ioſeph ab aquilone : me-
diam inter hos terrā in ſeptē partes de-
ſcribite : et huc venietis ad me : ut corā
dn̄o deo veſtro mittā vobis hic ſortem
quia nō eſt inter vos pars leuitarū : ſed
ſacerdotiū dn̄i eſt eorū hereditas . Gad
autē et ruben et dimidia tribus manaſ-
ſe iam acceperāt poſſeſſiones ſuas trās
iordanem ad orientalem plagam : quas
dedit eis moyſes famulus dn̄i . Cumq;
ſurrexiſſent viri ut pergerent ad deſcri-
bendam terrā : precepit eis ioſue dicēs
Circuite terrā et deſcribite eam : ac reuer-
timini ad me ut hic corā dn̄o deo veſtro
in ſylo mittam vobis ſortē . Itaq; per-
rexerunt et luſtrantes eam in ſeptē par-
tes diuiſerunt · ſcribentes in volumine
reuerſiq; ſunt ad ioſue in caſtra ſylo .
Qui miſit ſortes corā domino in ſylo :

diuiſitqꝫ terrā filijs iſrahel i ſeptem par-
tes. Et aſcendit ſors prima filiorū ben-
iamin per familias ſuas. ut poſſiderent
terrā inter filios iuda et filios ioſeph.
Fuitqꝫ terminus eorū cōtra aquilonē a
iordane pergens iuxta lat9 iericho ſeptē-
trionalis plage: ⁊ inde contra occidentē
ad montana conſcendens. et perueniēs
ad ſolitudinē bethauen. atqꝫ pertranſi-
ens iuxta luſam ad meridiem: ipſa eſt
bethel: deſcenditqꝫ in atharoth addar
in montem qui eſt ad meridiē bethoron
inferioris. et inclinatur circuiens cōtra
mare ad meridiem montis qui reſpicit
bethoron cōtra affricū. Suntqꝫ exitus
eius in cariathbaal. que vocatur et ca-
riathiarim vrbem filiorū iuda. Hec eſt
plaga cōtra mare ad occidentē. A meri-
die autē ex parte cariathiarim egredit
terminus cōtra mare: et peruenit uſqꝫ
ad fontem aquarum nepthoa. Deſcen-
ditqꝫ in partē montis: qui reſpicit val-
lem filiorum ennon. et eſt contra ſeptē-
trionalē plagam in extrema parte val-
lis raphaim: deſcenditqꝫ in iehennon.
id eſt vallis ennon. iuxta latus iebuſei
ad auſtrum. et peruenit ad fontē rogel
tranſiens ad aquilonem. et egrediens
ad enſemes id eſt fontē ſolis: et pertrā-
ſit uſqꝫ ad tumulos qui ſūt e regione
aſcenſus adommim: deſcenditqꝫ ad ba-
benboen id eſt lapidē boen filij ruben: et
pertranſijt ex latere aquilonis ad cam-
peſtria: deſcenditqꝫ in planiciē et preter-
greditur contra aquilonem bethagla:
ſuntqꝫ exitus eius cōtra linguā maris
ſalſiſſimi ab aquilone in fine iordanis
ad auſtralem plagam qui eſt terminus
illius ab oriente. Hec eſt poſſeſſio filio-
rum beniamin per terminos ſuos in cir-
cuitu et familias ſuas. Fuerūtqꝫ ciuita-
tes eius. iericho ⁊ bethagla et vallis ca-
ſis betharaba et ſamaraim et bethel et a-
uim ⁊ affara ⁊ offora villa hemona et
offni et gabee: ciuitates duodecim ⁊ vil-
le earum. Gabaon ⁊ rama et beroth et
meſphe caphara ⁊ amoſa et recem iare-
phel et tharela ⁊ ſela heleph et iebus:
que eſt iheruſalem. gabaad et cariath
ciuitates quatuordecim et ville earum.
Fiunt omnes ciuitates vigintiſex. Hec
eſt poſſeſſio filiorum beniamin iuxta fa-
milias ſuas. xix

ET egreſſa eſt ſors ſecunda filioꝝ
ſymeon per cognacōnes ſuas. fu-
itqꝫ hereditas eorum in medio poſſeſſio-
nis filiorū iuda. berſabee ⁊ ſabee ⁊ mo-
lada ⁊ aſerſua baala ⁊ aſem ⁊ belthbolad
bethularma ⁊ ſiceleg et beth marcha-
both et aſerſua et beth lepaboth et ſaro-
hem: ciuitates tredecim ⁊ ville eaꝝ. Ayn
et remon ⁊ athar ⁊ aſan: ciuitates qua-
tuor ⁊ ville earū. Omnes viculi per cir-
cuitum vrbiū iſtaꝝ uſqꝫ ad balaad ber-
rameth cōtra auſtralem plagam. Fue-
runtqꝫ omēs ciuitates decē ⁊ ſeptē. Hec
eſt hereditas filiorū ſymeon. iuxta poſ-
ſeſſiones ſuas i poſſeſſione et funiculo
filiorū iuda. quia maior erat: et idcirco
filij ſymeon poſſederunt in medio here-
ditatis eius. Ceciditqꝫ ſors tercia filioꝝ
zabulon p cognacōes ſuas ⁊ factus eſt
terminus poſſeſſionis filiorū zabulon
uſqꝫ ſarith. Aſcenditqꝫ de mari ⁊ meda-
laa: et peruenit in debbaſeth uſqꝫ ad tor-
rentē qui eſt contra iecenam. et reuerti-
tur de ſarith cōtra orientē i finē ſiceleth
thabor et egreditur ad daberet: aſcēdit-
qꝫ cōtra iafie. et inde pertranſit uſqꝫ ad
orientalem plagam getheſer ⁊ thacha-
ſin: et egreditur in remmon amphar et
noa. et circuit ad aquilonē et nathon.

Suntq; egreſſus eiꝰ vallis iepthahel ⁊ ca-
thethet naalon et ſemron et iedaba et
bethleem: ciuitates duodecī et ville eaꝝ
Hec eſt hereditas tribꝯ filiorū zabulon
per cognacōnes ſuas: vrbes et viculi
earū. Yſachar egreſſa eſt ſors quarta p
cognacōes ſuas: fuitq; eius hereditas
iezrahel ⁊ caſaloth ⁊ ſunem ⁊ affraim ⁊
ſenon et naarath ⁊ rabboth et ceſien ha
emes et rameth ⁊ hengannī ⁊ henadda
et bethfeſes ⁊ puenit t̄minꝰ eiꝰ uſq; tha
bor ⁊ ſeſima ⁊ bethſemes: erātq; exitꝰ
eiꝰ iordanis ciuitates ſedecī ⁊ ville earū
Hec ē poſſeſſio filiorū yſachar p cogna-
cōes ſuas. vrbes et viculi earū. Cecidit
q; ſors quinta tribui filiorū aſer per co-
gnacōnes ſuas: fuitq; terminus eorū
alchat ⁊ cali ⁊ bethen ⁊ axab ⁊ elmeleth
et amaad ⁊ meſſal: et peruenit uſq; ad
carmelū maris et ſyor et labanath: ac
reuertitur cōtra orientē bethdagon. et
pertranſit uſq; zabulon ⁊ vallem iepta-
el cōtra aquilonē in bethemeth et neiel:
egrediturq; ad leuam cabul et acran et
roob ⁊ amon et chana uſq; ad ſydonē
magnā: reuerti turq; in orma uſq; ad ci-
uitatē munitiſſimā tyrū et uſq; oſam.
erūtq; exitus eius in mare de funiculo
aczіba et amma et afeg et roob: ciuita-
tes vigintidue ⁊ ville eaꝝ. Hec eſt poſ-
ſeſſio filiorū aſer per cognacōnes ſuas
vrbeſq; ⁊ viculi earū. Filiorū neptalim
ſexta pars cecidit p familias ſuas: et ce
pit terminus de heleb ⁊ helon ſannaim
et adami que eſt neceb ⁊ iebnahel. uſq;
lecum: et egreſſus eorū uſq; ad iordanē
reuerti turq; terminus cōtra occidentē et
azanoth thabor: atq; inde egreditur in
vucuca ⁊ ptranſit in zabulon cōtra meri
diē ⁊ in aſer contra occidentē. et in iuda
ad iordanē cōtra ortum ſolis ciuitates
munitiſſime: aſſedim ſer et ammad et
rechath et cenereth et edema et arama a-
ſor ⁊ cedes ⁊ edrai naſor ⁊ ieron ⁊ mag-
dihel horem ⁊ bethanat ⁊ bethſemes: ci-
uitates decē ⁊ nouē ⁊ ville earū. Hec ē
poſſeſſio tribus filiorū neptalim per co-
gnacōnes ſuas. vrbes et viculi earum
Tribui filiorum dan per familias ſuas
egreſſa eſt ſors ſeptima: ⁊ fuit terminꝰ
poſſeſſionis eius ſaraa ⁊ heſtaul ⁊ hayr
ſemes id eſt ciuitas ſolis: ſelebin ⁊ haby-
alon ⁊ iethela helon ⁊ themna ⁊ achron
helchetem iebdon et baalad iud et bane
et barach ⁊ iechremmon atq; iherchon ⁊
arecbon. cū termino qui reſpicit ioppē
et ipſo fine concluditur. Aſcenderūtq; fi-
lij dan ⁊ pugnauerūt cōtra leſem. cepe-
rūtq; eā: et percuſſerūt eā in ore gladij
et poſſiderūt ⁊ habitauerūt in ea: vocā-
tes nomē eius leſem dan ex nomīe dan
patris ſui. Hec eſt poſſeſſio tribus fili-
orū dan p cognacōnes ſuas. vrbes et
viculi earū. Cūq; cōpleſſet ſorte terrā
diuidere ſingulis per tribus ſuas. dede-
rūt filij iſrahel poſſeſſionem ioſue filio
nun in medio ſui iuxta preceptum dn̄i.
vrbem quā poſtulauit tannathſaraa in
monte ephraim. Et edificauit ciuitatē
habitauitq; in ea. Hee ſūt poſſeſſiones
quas ſorte diuiſerūt eleazar ſacerdos ⁊
ioſue filius nun ⁊ principes familiarū
ac tribuū filiorū iſrl̄ in ſylo. corā dn̄o
ad hoſtiū tabernaculi teſtimonij: parti-
tiq; ſūt terram.

XX

Et locutus eſt dn̄s ad ioſue dicēs
Loquere filijs iſrl̄ et dic eis. Se
parate vrbes fugitiuorū. de quibus lo-
cutus ſum ad vos per manū moyſi: ut
cōfugiat ad eos quicūq; animā percuſ-
ſerit neſcius: et poſſit euadere irā proxi-
mi qui vltor eſt ſanguinis cū ad vnam

barū cōfugerit ciuitatū: ſtabitq; ante
poꝛtam ciuitatis · et loquetur ſenioꝛibꝫ
vꝛbis illius · ea que ſe cōpꝛobent inno-
centē: ſicq; ſuſcipient eū · et dabūt ei lo-
cum ad habitādū. Cūq; vltoꝛ ſangui-
nis eū fuerit perſecutus nō tradent i ma-
nus eius: quia ignoꝛans pcuſſit pꝛoxi-
mū eius: nec ante biduū triduūue eiꝰ
pꝛobatur inimicus. Et habitabit in ci-
uitate illa donec ſtet ante iudiciū cauſā
reddens facti ſui: et moꝛiatur ſacerdos
magnus q̄ fuerit in illo tempoꝛe. Tūc
reuertetur homicida et ingredietur ciui-
tatē et domū ſuā de qua fugerat. Decre-
ueruntq; cedes in galilea montis nepta-
lim · et ſychem in monte ephraim · et ca-
riatharbe ipſa eſt ebꝛon in monte iuda
et trans ioꝛdanē cōtra oꝛientalē plagā
iericho ſtatuerūt boſoꝛ que ſita eſt in cā-
peſtri ſolitudine de tribu ruben · et ra-
moth galaad de tribu gad · et gaulon
in baſan de tribu manaſſe. Hee ciuita-
tes cōſtitute ſunt cūctis filijs iſrahel et
aduenis qui habitabāt inter eos · ut fu-
geret ad eas qui animā neſcius percuſ-
ſiſſet: ⁊ nō moꝛeretur in manu pꝛoximi
effuſū ſanguinē vindicare cupientis ·
donec ſtaret ante populum expoſiturꝰ
cauſam ſuam. - xxi -

Acceſſeruntq; pꝛincipes familiarū
leui ad eleazarū ſacerdotem · et io-
ſue filiū nun: et ad duces cognacōnū
per ſingulas tribus filioꝝ iſrl̄: locuti
q; ſunt ad eos in ſylo terre chanaan at-
q; dixerūt. Dn̄s pꝛecepit p manū moy-
ſi ut darentur nobis vꝛbes ad habitā-
dū et ſuburbana earū ad alenda iumē-
ta. Dederūtq; filij iſrahel de poſſeſſioni-
bus ſuis iuxta imperiū dn̄i: ciuitates et
ſuburbana earū. Egreſſaq; eſt ſoꝛs in
familiā caath filioꝝ aaron ſacerdotis de
tribu iuda · et ſymeon et beniamin ciui-
tates tredecim: et reliquis filioꝝ caath ·
id eſt leuitis qui ſuperfuerāt de tribubꝫ
ephraim et dan et dimidie tribus ma-
naſſe ciuitates decē. Poꝛro filijs gerſon
egreſſa eſt ſoꝛs ut acciperent de tribubꝫ
yſachar ⁊ aſer ⁊ neptalim: dimidiaq;
tribu manaſſe ī baſan · ciuitates nume-
ro tredecim. Et filijs merari p cognacō-
nes ſuas de tribubus ruben et gad ⁊ za-
bulon vꝛbes duodecim. Dederuntq; filij
iſrl̄ leuitis ciuitates et ſuburbana earū ·
ſicut pꝛecepit dn̄s per manū moyſi: ſin-
gulis ſoꝛte tribuētes. De tribubus fili-
oꝝ iuda ⁊ ſymeon dedit ioſue ciuitates
quarū iſta ſūt nomina · filijs aaron p fa-
milias caath leuitici generis · pꝛima eīn
ſoꝛs illis egreſſa eſt: cariatharbe pr̄is
enach que vocatur ebꝛon ī monte iuda
et ſuburbana eius p circuitū. Agros ve-
ro et villas eius dederat caleph filio ie-
phone ad poſſidendū. Dedit ergo filijs
aaron ſacerdotis ebꝛon cōfugij ciuitatē
ac ſuburbana eius · et lobnam cū ſub-
urbanis ſuis · iether ⁊ iſthimon ⁊ helon
et dabir et ain et iethan et bethſames:
cū ſuburbanis ſuis ciuitates nouē · de
tribubus ut dictū eſt duabus. De tri-
bu aūt filioꝝ beniamin gabaon et ga-
bae et anatoth et almon: cū ſuburba-
nis ſuis ciuitates quatuoꝛ: omēs ſimul
ciuitates filioꝝ aaron ſacerdotis tredecī
cū ſuburbanis ſuis. Reliquis vero per
familias filioꝛum caath leuitici generis
hec eſt data poſſeſſio. De tribu ephra-
im vꝛbes ɔfugij ſichem cū ſuburbanis
ſuis in monte ephraim: et gaſer et ieb-
ſam et bethoꝛon cū ſuburbanis ſuis ci-
uitates quatuoꝛ. De tribu q̄ꝫ dan helte-
co et gabathon ⁊ haialon ⁊ gethrem-
mon cū ſuburbanis ſuis ciuitates q̄tuoꝛ

Porro de dimidia tbu manaſſe tanath
et geth2 emmon cū ſuburbanis ſuis ciui-
tates due. Oms ciuitates decē ⁊ ſubur-
bana earū date ſūt filijs caath inferio-
ris gradus. Filijs qꝫ gerſon leuitici ge-
neris dedit de dimidia tribu manaſſe cō-
fugij ciuitates · gaulon in baſan et boſ-
ram cū ſuburbanis ſuis ciuitates duas
Porro de tribu yſachar ceſion ⁊ dabreth
et iaramoth et enganmin cū ſuburba-
nis ſuis ciuitates q̄tuor. De tribu aūt
aſer maſan et abdon et elrath ⁊ roob cū
ſuburbanis ſuis ciuitates quatuor. De
tribu qꝫ neptalim ciuitates cōfugij ce-
des in galilea et amothdor ⁊ carthan cū
ſuburbanis ſuis ciuitates tres. Omes
vrbes familiarū gerſon tredecim cū ſub-
urbanis ſuis. Filijs aūt merari leuitis
inferioris gradus per familias ſuas da-
ta eſt de tribu zabulon iecnal et cartha
et damna ⁊ naalol ciuitates quatuor cū
ſuburbanis ſuis. De tribu gad ciuita-
tes cōfugij ramoth in galaad · ⁊ mana-
im et eſebon et iaſer ciuitates quatuor
cū ſuburbanis ſuis. De tribu ruben vl-
tra iordanen cōtra iericho ciuitates refu-
gij · boſor in ſolitudine miſor et iaſer
et iethſon et maſpha ciuitates quatuor
cū ſuburbanis ſuis. Omes vrbes filioꝝ
merari per familias ⁊ cognacōnes ſuas
duodecim. Itaqꝫ ciuitates vniuerſe le-
uitarū in medio poſſeſſionis filiorū iſrl
fuerūt quadragintaocto cum ſuburba-
nis ſuis ſingule p familias diſtribut9
Deditqꝫ dn̄s deus iſrahel omē terram
quā traditurū ſe patribus eorū iurraue-
rat et poſſederūt illā atqꝫ habitauerunt
in ea. Dataqꝫ eſt ab eo pax in omes per
circuitū nationes · nulluſqꝫ eis hoſtiū
reſiſtere auſus eſt: ſed cūcti in eorū diti-
onem redacti ſūt. Ne vnū quidē verbū
quod illis preſtiturū ſe eſſe promiſerat
irritū fuit: ſed reb9 expleta ſūt oīa. xxij
EOdem tempore vocauit ioſue rube-
nitas et gadditas · et dimidiā tri-
bum manaſſe: dixitqꝫ ad eos. Feciſtis
omia que p̄cepit vobis moyſes famu-
lus dn̄i · michi qꝫ in omibus obediſtis
nec reliquiſtis fratres veſtros lōgo tem-
pore uſqꝫ ī preſentē diem · cuſtodientes
imperiū dn̄i dei veſtri. Quia igitur dedit
dn̄s deus veſter fratrib9 veſtris quietem
et pacem ſicut pollicitus eſt: reuertimini
et ite in tabernacula veſtra et in terram
poſſeſſionis quā tradidit vobis moy-
ſes famulus dn̄i trās iordanen: ita dū-
taxat ut cuſtodiatis attente · et opere cō-
pleatis mandatū ⁊ legem quā precepit
vobis moyſes famulus dn̄i: ut diliga-
tis dn̄m deū veſtrū et ambuletis in omi-
bus vijs eius · et obſeruetis mandata
illius. Adhereatiſqꝫ ei ac ſeruiatis ī omi
corde et in omi aīma veſtra. Benedixit
qꝫ eis ioſue et dimiſit eos. Qui reuerſi
ſūt in tabernacula ſua. Dimidie aūt tri-
bui manaſſe poſſeſſionem moyſes dede-
rat in baſan · et idcirco medie que ſuper-
fuit dedit ioſue ſortē: inter ceteros frēs
ſuos · trans iordanen ad occidentalē ei9
plagam. Cūqꝫ dimitteret eos in taber-
nacula ſua et benedixiſſet eis · dixit ad
eos. In multa ſubſtātia atqꝫ diuitijs re-
uertimini ad ſedes veſtras · cū argento ⁊
auro ere ac ferro ⁊ veſte multiplici. Di-
uidite predā hoſtiū cū fratrib9 veſtris.
Reuerſiqꝫ ſūt et abierūt filij ruben et fi-
lij gad · et dimidia tribus manaſſe a fi-
lijs iſrahel de ſylo · que ſita eſt in chana-
an: ut intrarent galaad terram poſſeſ-
ſionis ſue: quā obtinuerāt iuxta imperi-
um dn̄i in manu moyſi. Cūqꝫ veniſſet
ad tumulos iordanis in terra chanaan

ut intrarent galaad terram poſſeſſionis
ſue: quā obtinuerant iuxta imperiū dñi
in manu moyſi. Cūq; veniſſent ad tu-
mulos iordanis in terra chanaan: edifi-
cauerunt iuxta iordanen altare infinite
magnitudinis. Quod cū audiſſent filij
iſrahel· et ad eos certi nuncij detuliſſent
edificaſſe filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie
tribus manaſſe altare in terra chanaan
ſuper iordanis tumulos: contra filios
iſrahel conuenerunt omnes in ſylo: ut
aſcenderent et dimicarent cōtra eos. Et
interim miſerunt ad illos in terram ga-
laad phinees filium eleazari ſacerdotem
et decem principes cū eo ſingulos de ſin-
gulis tribubus. Qui venerūt ad filios
ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manaſſe
in terram galaad: dixeruntq; ad eos.
Hec mandat omnis populus domini.
Que eſt iſta tranſgreſſio? Cur reliqui-
ſtis dominū deū iſrahel edificantes alta-
re ſacrilegū· ⁊ a cultu illius recedentes.
An parum vobis eſt q peccaſtis in bel-
phegor: et uſq; in preſentem diem ma-
cula huius ſceleris in nobis permanet·
multiq; de populo corruerunt? Et vos
hodie reliquiſtis dñm ⁊ cras in vniuer-
ſum iſrahel ira eius deſeuiet. Quod ſi puta-
tis immundā eſſe terrā poſſeſſionis vre
tranſite ad terram in qua tabernaculum
dñi eſt· ⁊ habitate inter nos tantū ut a
dño et a noſtro cōſortio non recedatis
edificato altari preter altare dñi dei nři.
Nonne achan filius zare preterijt man-
datum dñi: ⁊ ſup omnē populū iſrł ira
eius incubuit. Et ille erat vnus homo
atq; vtinā ſolus periſſet in ſcelere ſuo.
Reſponderūtq; filij ruben ⁊ gad ⁊ dimi-
die tribus manaſſe principib; legacōis
iſrł. Fortiſſimus deus dñs ipſe nouit·
et iſrł ſimul intelligit: ſi pvaricacōnis
animo hoc altare conſtruximus: nō cu-
ſtodiat nos ſed puniat nos in preſenti.
Et ſi mente fecimus ut olocauſta ⁊ ſacri-
ficium · et pacificas victimas ſuper eo
imponeremus ipſe querat ⁊ iudicet: et
nō ea magis cogitacōne atq; tractatu
ut diceremus cras dicēt filij veſtri filijs
noſtris? Quid vobis et dño deo iſrahel?
Terminum poſuit dñs inter nos ⁊ vos
o filij ruben ⁊ filij gad iordanen fluuiū
et idcirco partem non habetis in domino
et per hanc occaſionem auertent filij ve-
ſtri filios noſtros a timore domini. Pu-
tauimus itaq; melius ⁊ diximus. Ex-
truamus nobis altare non in olocau-
ſta neq; ad victimas offerendas· ſed in
teſtimonium inter nos ⁊ vos · ⁊ ſobolē
noſtram veſtramq; progeniem ut ſerui-
amus domino: ⁊ iuris noſtri ſit offer-
re· et olocauſta ⁊ victimas ⁊ pacificas
hoſtias: et nequaq dicant cras filij ve-
ſtri filijs noſtris· non eſt vobis pars
in domino. Quod ſi voluerint dicere.
Reſpondebunt eis. Ecce altare domini
quod fecerunt patres noſtri· nō in olo-
cauſta neq; in ſacrificiū: ſed in teſtimo-
nium noſtrum ac veſtrum. Abſit a no-
bis hoc ſcelus ut recedamus a domino
et eius veſtigia relinquamus· extructo
altari ad olocauſta et ſacrificia ⁊ victi-
mas offerendas: preter altare domini
dei noſtri qđ extructū eſt ante tabernacu-
lū eius. Quibus auditis phinees ſacer-
dos ⁊ principes legacōnis iſrł qui erant
cum eo placati ſūt: ⁊ verba filiorum ru-
ben et gad ⁊ dimidie tribus manaſſe li-
bentiſſime ſuſceperūt. Dixitq; phinees
filius eleazari ſacerdos ad eos. Nūc ſci-
mus q nobiſcum ſit dominus· quoniā
alieni eſtis a preuaricacōne hac: et li-
beraſtis filios iſrahel de manu domini.

Reuerſuſq; eſt cum principibus a filijs
ruben et gad de terra galaad: finiū cha-
naan ad filios iſrł ⁊ retulit eis. Placuit
q; ſermo cunctis audientib;. Et lauda-
uerūt deū filij iſrahel: et nequaq̄ vltra
dixerūt ut aſcenderēt cōtra eos atq; pu-
gnarēt. et delerent terrā poſſeſſionis eo-
rum. Vocauerūtq; filij ruben ⁊ filij gad
altare quod extruxerāt teſtimoniū no-
ſtrū. q̄ dn̄s ipſe ſit deus. XXIII.

Evoluto autē multo tempore poſt-
q̄ pacem dederat dominus iſraheli
ſubiectis in gyro nacōibus vniuerſis
et ioſue iam longeuo ⁊ perſenilis etatis
vocauit ioſue omnē iſrahelē. maioreſq;
natu ⁊ principes ac duces ⁊ magiſtros
dixitq; ad eos. Ego ſenui et progreſſio-
ris etatis ſū: voſq; cernitis omnia que
fecerit dn̄s deus veſter cūctis per circuitū
nacōibus. quomō pro vobis ipſe pu-
gnauerit. Et nūc quia vobis ſorte di-
uiſit omnē terrā. ab orientali parte ior-
danis uſq; ad mare magnū. multeq;
adhuc ſupſunt nationes: dn̄s deus ve-
ſter diſperdet eas ⁊ auferet a facie veſtra
et poſſidebitis terrā ſicut vobis pollicit⁹
eſt. Tantū cōfortamini ⁊ eſtote ſollici-
ti ut cuſtodiatis cūcta que ſcripta ſunt
in volumine legis moyſi: et nō declime-
tis ab eis nec ad dextrā nec ad ſiniſtrā:
ne poſtq̄ intraueritis ad gentes: que
inter vos future ſunt. iuretis in nomie
deorū earū et ſeruiatis eis et adoretis il-
los ſed adhereatis dn̄o deo veſtro. quod
feciſtis uſq; in diem hanc. Et tūc aufe-
ret dn̄s deus in conſpectu veſtro gentes
magnas ⁊ robuſtiſſimas: ⁊ nullus vo-
bis reſiſtere poterit. Vnus e vobis pſe-
quetur hoſtiū mille viros: quia dn̄s de-
us veſter pro vobis ipſe pugnabit ſi-
cut pollicitus eſt: hoc tantū diligentiſſi-
me precauete ut diligatis dn̄m deū veſtrū
Quod ſi volueritis gentiū harū: que in-
ter vos habitant errorib; adherere. ⁊ cū
eis miſcere cōnubia atq; amicicias co-
pulare: iam tūc ſcitote q̄ dn̄s deus ve-
ſter nō eas deleat ante faciem veſtrā ſed
ſint vobis in foueam ac laqueū et offē-
diculū ex latere veſtro ⁊ ſudes in oculis
veſtris: donec vos auferat atq; diſper-
dat de terra hac optima quā tradidit vo-
bis. En ego hodie ingrediar viā vni-
uerſe terre et toto aīo cognoſcetis q̄
de omībus verbis que ſe dn̄s preſtitu-
rum vobis eſſe pollicitus eſt. vnū non
preterierit incaſſū. Sicut ergo imple-
uit opere qd̄ promiſit et proſpera cun-
cta venerūt: ſic adducet ſuper vos quic-
quid maloꝝ cōminatus eſt. donec vos
auferat atq; diſperdat de terra hac opti-
ma quā tradidit vobis: eo q̄ preterie-
ritis pactū dn̄i dei veſtri: quod pepigit
vobiſcū: ⁊ ſeruieritis dijs alienis ⁊ ado-
raueritis eos. Cito atq; velociter cōſur-
get in vos furor dn̄i. et auferemini ab
hac terra optima quā tradidit vobis.

XXIIII.

Congregauitq; ioſue oēs
tribus iſrahel in ſichem. et voca-
uit maiores natu ac pn̄cipes et iudices
et magiſtros. ſteterūtq; in cōſpectu do-
mini: ⁊ ad populū ſic locutus eſt. Hec
dicit dominus deus iſrahel. Trāſflumiū
habitauerūt patres veſtri ab initio. tha-
re pater abraham et nachor ſeruierunt
q; dijs alienis. Tuli ego patrem veſtrū
abraham de meſopotamie finibus. ⁊ ad-
duxi eū in terra chanaan: multiplicaui
q; ſemen ei⁹ et dedi ei yſaac. illiq; rurſū
dedi iacob et eſau quib; eſau dedi mon-
tem ſeyr ad poſſidendū: iacob vero et fi-
lij eius deſcenderunt in egiptū. Miſiq;
moyſen et aaron. ⁊ percuſſi egiptū mſtis

ſignis atq; portētis : eduxitq; vos et pa-
tres veſtros de egipto ⁊ veniſtis ad ma-
re : pſecutiq; ſūt egiptij patres veſtros
cū curribus ⁊ equitatu uſq; ad mare ru-
brū. Clamauerūt aūt ad dnm filij iſrl
q̄ poſuit tenebras inter vos et egiptios
et adduxit ſup eos mare et operuit eos
Viderūt oculi vr̄i cuncta q̄ in egipto fece-
rim : et habitaſtis in ſolitudine multo
tempore : et introduxi vos in terrā amor-
rei qui habitabat trans iordanē. Cūq;
pugnarent cōtra vos : tradidi eos in ma-
nus veſtras : et poſſediſtis terram eorū
atq; interfeciſtis eos. Surrexit aūt ba-
lach filius ſephor rex moab . et pugna
uit cōtra iſrahelem. Miſitq; ⁊ vocauit
balaam filiū beor ut malediceret vobis
et ego nolui audire eū : ſed econtrario
per illū benedixi vobis ⁊ liberaui vos de
manu eius. Trāſiſtiſq; iordanen et ve-
niſtis ad iericho : pugnauerūtq; contra
vos viri ciuitatis eius : amorreus ⁊ phe-
rezeus et chananeus et etheus et gerge-
ſeus et eueus et iebuſeus : et tradidi il-
los in manus veſtras : miſiq; ante vos
ſcrabrones et eieci eos de locis ſuis . du-
os reges amorreorū nō in gladio et in
arcu tuo : dediq; vobis terrā in qua nō
laboraſtis . et vrbes quas non edifica-
ſtis ut habitaretis in eis . vineas et oli-
ueta que nō plantaſtis. Nunc ergo ti-
mete dominum et ſeruite ei perfecto cor-
de atq; veriſſimo : et auferte deos quibꝫ
ſeruierūt patres veſtri in meſopotamia
et in egipto : ac ſeruite domino. Sin au-
tem malum vobis videtur : ut domino
ſeruiatis . optio vobis datur. Eligite ho-
die quod placet . cui ſeruire potiſſimum
debeatis : vtrum dijs quibus ſeruierunt
patres veſtri in meſopotamia . an dijs
amorreorum in quorū terra habitatis.
Ego autem et domus mea ſeruiemus do-
mino. Reſponditq; populus ⁊ ait. Ab-
ſit a nobis ut relinquamus dominum
et ſeruiamus dijs alienis. Dominus de-
us noſter ipſe eduxit nos et patres no-
ſtros de terra egipti . et de domo ſeruitu-
tis : fecitq; videntibus nobis ſigna ingē-
tia : et cuſtodiuit nos ī omni via per quā
ambulauimus : ⁊ in cūctis populis per
quos trāſiuimus : ⁊ eiecit vniuerſas gē-
tes . amorreum habitatorem quam nos
intrauimus. Seruiemus igitur domino
quia ipſe eſt deus noſter. Dixitq; ioſue
ad populū. Nō poteritis ſeruire dnō deꝰ
enim ſanctus ⁊ fortis emulator eſt : nec
ignoſcet ſceleribꝫ veſtris atq; peccatis.
Si dimiſeritis dnm et ſeruieritis dijs
alienis : conuertet ſe ⁊ affliget vos atq;
ſubuertet poſtq̄ vobis preſtiterit bona
Dixitq; populus ad ioſue : nequaquā
ita ut loqueris erit : ſed domino ſeruie-
mus. Et ioſue ad populū teſtes inquit
vos eſtis : quia ipſi elegeritis vobis do-
minum ut ſeruiatis ei. Reſponderūtq;
teſtes. Nunc ergo ait . auferte deos alie-
nos de medio veſtri : et inclinate corda
veſtra ad dnm deum iſrl. Dixitq; pplꝰ
ad ioſue. Dnō deo noſtro ſeruiemus : et
obedientes erimꝰ pceptis eius. Percuſſit
ergo ioſue in die illo fedus : et propoſu-
it pplo precepta atq; iudicia in ſichem.
Scripſit quoq; omnia verba hec in vo-
lumine legis domini : et tulit lapidem
pergrandem . poſuitq; eū ſubter quercū
que erat in ſanctuario domini : et dixit
ad omnem populum. En lapis iſte erit
vobis in teſtimoniū : ꝙ audieritis om-
nia verba domini : que locutus eſt vo-
bis : ne forte poſtea negare velitis ⁊ mē-
tiri domino deo veſtro. Dimiſitq; popu-
lum : ſingulos in poſſeſſionem ſuam.

Et poſt hec mortuus eſt ioſue fili⁹ nun
ſeruus dn̄i · centū decē annorum: ſepelie-
rūtqꝫ eū in finibus poſſeſſionis ſue in
thamnathſare: q̄ ſita ē in mōte effraim
a ſeptētrionali parte mōtis gaas. Ser-
uiuitqꝫ iſrahel dn̄o cūctis diebus ioſue
et ſeniorū · qui longo vixerāt tempore
poſt ioſue: et qui nouerāt om̄ia opera
dn̄i que fecerat in iſrahel. Oſſa quoqꝫ
ioſeph que tulerant filij iſrahel de egi-
pto · ſepelierūtqꝫ in ſychē in parte agri
quē emerat iacob a filijs emmor patris
ſychem centū nouellis ouib9: et fuit in
poſſeſſionem filiorum ioſeph. Eleazar
quoqꝫ filius aaron mortuus eſt: ⁊ ſepe-
lierunt eū in gabaath phinees filij eius
que data eſt ei in monte ephraim.

Explicit liber Ioſue. Incipit
Liber Iudicum.

Poſt mortem ioſue cō
ſuluerunt filij iſrahel
dn̄m dicentes. Quis
aſcendet ante nos cō-
tra chananeū · et erit
dux belli: dixitqꝫ dn̄s
Iudas aſcendet. Ecce tradidi terram in
manu eius. Et ait iudas ſymeoni fra-
tri ſuo. Aſcende mecū in ſorte mea · et
pugna cōtra chananeū: ut et ego per-
gam tecū in ſorte tua. Et abijt cū eo ſi
meon. Aſcenditqꝫ iudas · et tradidit do-
minus chananeū ac pherezeū in man⁹
eorū: ⁊ percuſſerūt in bezech decem milia
virorum. Inueneritqꝫ adonibezech ⁊ in be-
zech: et pugnauerūt cōtra eū: ac percuſ-
ſerūt chananeū et pherezeū. Fugit aūt
adonibezech: quē pſecuti cōprehenderūt
ceſis ſūmitatibus manuū eius ac pedū
Dixitqꝫ adonibezech. Septuaginta
reges amputatis manuū ac pedū ſūmi-
tatib9 colligebāt ſub menſa mea ciborum

reliquias: ſicut feci ita reddidit michi
deus. Adduxerūt eum in iheruſalem: et
ibi mortuus eſt. Oppugnantes ergo fi-
lij iuda iheruſalē ceperūt eā et percuſſerūt
in ore gladij: tradentes cūctā incendio
ciuitatē. Et poſtea deſcendentes pugna-
uerūt cōtra chananeū qui habitabat in
montanis · ⁊ ad meridiē in campeſtrib9
Pergenſqꝫ iudas cōtra chananeū q̄ ha-
bitabat in ebron · cuius nomē fuit an-
tiquitus cariatharbe: percuſſit ſyſay et
hayman ⁊ tholmay: atqꝫ inde profect⁹
abijt ad habitatores dabir · cuius no-
men vetus erat cariathſepher id eſt ciui-
tas litterarū. Dixitqꝫ caleph. Qui percuſ-
ſerit cariathſepher et vaſtauerit eā: da-
bo ei axam filiā meā vxorē. Cūqꝫ cepiſ-
ſet eā othoniel fili⁹ cenes frater caleph
minor: dedit ei axam filiā ſuā cōiugem
Quā pergentē in itinere monuit vir ſu-
us ut peteret a patre ſuo agrū. Que cū
ſuſpiraſſet ſedens ī aſino dixit ei caleph
Quid habes? At illa reſpōdit. Da mi-
chi benedictionē: quia terrā arentē dedi-
ſti michi · da ⁊ irriguā aquis. Dedit er-
go ei caleph irriguū ſuperius ⁊ irrigu-
um inferius. Filij aūt cinei cognati mo-
yſi aſcenderūt de ciuitate palmarū cū fi-
lijs iuda in deſertū ſortis eius quod eſt
ad meridiem arath: et habitauerunt cū
eo. Abijt aūt iudas cum ſymeone fra-
tre ſuo: et percuſſerūt ſimul chananeū: q̄
habitabat in ſephat · et interfecerūt eū
Vocatūqꝫ eſt nomē vrbis horma id eſt
anathema. Cepitqꝫ iudas gazā cū fini-
bus ſuis: et aſcalonē atqꝫ accaron cū
terminis ſuis. Fuitqꝫ dn̄s cū iuda ⁊ mō-
tana poſſedit. Nec potuit delere habita-
tores vallis: quia falcatis curribus ha-
būdabāt. Dederuntqꝫ caleph hebron ſi-
cut dixerat moyſes qui deleuit ex ea tres

filios enach. Jebuseū autē habitatorē
iherusalē nō deleuerūt filij beniamin: ha-
bitauitq; iebuseus cū filijs beniamin in
iherusalē usq; in presentē diē. Domus q̄q;
ioseph ascendit in bethel: fuitq; dñs cū
eis. nam cū obsiderēt urbem que prius
luza uocabatur: viderūt homiē egredi-
entē de ciuitate: dixerūtq; ad eū. Osten-
de nobis introitū ciuitatis: ⁊ faciemus
tecū misericordiā. Qui cum ostendisset
eis pcusserunt urbem in ore gladij: ho-
minē autē illū et omnem cognacōnem
eius dimiserūt. Qui dimissus abijt in
terrā ethim: et edificauit ibi ciuitatem.
Vocauitq; eā luzam: que ita appellatur
usq; in presentem diē. Manasses q̄q; nō
deleuit bethsan ⁊ thanach cū viculis su-
is et habitatores dor. et ieblaam ⁊ ma-
geddo cū viculis suis: cepitq; chananeus
habitare cum eis. Postq̄ aūt confortatus
est israhel fecit eos tributarios: ⁊ de-
lere noluit. Ephraim etiā non interfecit
chananeū q̄ habitabat in gazer: sed ha-
bitauit cū eo. Zabulon nō deleuit habi-
tatores cethron et naalon: sed habita-
uit chananeus ī medio eius: factusq; est
ei tributarius. Aser q̄q; non deleuit habi-
tatores accho ⁊ sydonis alab ⁊ achazib
et amma ⁊ aphech ⁊ roob: habitauitq;
in medio chananei habitatoris illius ter-
re: nec interfecit eū. Neptalim q̄q; nō de-
leuit habitatores bethsemes: et betha-
nath: et habitauit inter chananeū habi-
tatorē terre: fueruntq; ei bethsemite et
bethanite tributarij. Artauitq; amor-
reus filios dan in monte. nec dedit eis
locū ut ad planiora descenderent: habita-
uitq; in monte hares quod interpreta-
tur testacō in hailon et salabim. Et ag-
grauata est manus domus ioseph: fa-
ctusq; est ei tributarius. Fuit autem ter-
minus amorrei ab ascensu scorpionis
petra ⁊ superiora loca. II

Ascenditq; angelus domini de gal-
gala ad locū flentiū ⁊ ait. Eduxi
vos de egipto: et introduxi in terrā pro
qua iuraui patribus vestris: et pollici-
tus sum ut non facerē irritū pactū meū
vobiscū in sempiternū: ita dumtaxat ut
nō feriretis fedus cū habitatoribus terre
huius: et aras eorum subuerteretis: et
noluistis audire vocem meā? Cur hoc
fecistis. Quamobrem nolui delere eos a
facie vestra: ut habeatis hostes: et dij
eorum sint vobis in ruinam. Cumq; lo-
queretur angelus domini hec verba ad
omnes filios israhel: eleuaueruntq; vo-
cem suam ⁊ fleuerunt. Et vocatū est no-
men loci illius flentiū siue lacrimarum:
immolauerūtq; ibi hostias dñō. Dimi-
sit ergo iosue pplm: ⁊ abierunt filij isrl
vnusquisq; in possessionē suā: ut obti-
nerent eam: seruierūtq; dñō cunctis di-
ebus eius: ⁊ seniorum: qui longo post
eum vixerunt tempore: ⁊ nouerāt oīa
opera dñi que fecerat cū israhel. Mortu-
us est aūt iosue filius nun famulus do-
mini centū ⁊ decē annorū: ⁊ sepelierunt
eū in finibus possessionis sue in tham-
nathsare in monte ephraim. a septētrio-
nali plaga montis gaas. Omnisq; illa
generacō congregata est ad patres su-
os: ⁊ surrexerunt alij qui non nouerūt
dominū ⁊ opera que fecerat cum israhel.
Fecerūtq; filij isrl malū in cōspectu dñi
et seruierūt baalim: ac dimiserūt dñm
deū patrū suorū: qui eduxerat eos de ter-
ra egipti: ⁊ secuti sūt deos alienos. deos
quoq; populorum qui habitabāt in cir-
cuitu eorum. ⁊ adorauerunt eos: et ad
iracundiam concitauerunt dñm dimit-
tentes eum: ⁊ seruiētes baal ⁊ astaroth

Iratuſq; dñs cōtra iſrahel tradidit eos in manus diripientiū: qui ceperunt eos et vendiderūt hoſtibus qui habitabāt p gyrū: nec potuerūt reſiſtere adūſariis ſuis: ſed quocumq; pergere voluiſſent· manus dñi ſup eos erat ſicut locutus ē et iurauit eis: et vehementer afflicti ſūt. Suſcitauitq; dñs iudices qui liberarēt eos de vaſtātiū manibus: ſed nec eos audire voluerunt: fornicātes cū diis alienis et adorātes eos. Cito deſeruerūt viā per quā ingreſſi fuerāt patres eorum: et audientes mandata dñi· omia fecere cōtraria. Cūq; dñs iudices ſuſcitaret· in diebus eorū flectebatur miſericordia: et audiebat afflictorū gemitus· et liberabat eos de cede vaſtātiū. Poſtq̄ autē mortuus eſſet iudex reuertebātur et multo faciebāt maiora q̄ fecerant patres eorum: ſequentes deos alienos· ſeruientes eis et adorantes illos. Nō dimiſerunt adinuentiones ſuas: et viā duriſſimā per quā ambulare cōſueuerāt. Iratuſq; eſt furor dñi in iſrl̄ et ait. Quia irritum fecit gens iſta pactū meū quod pepigerā cū patribus eorū· et vocē meā audire cōtempſit: et ego nō delebo gentes quas dimiſit ioſue et mortuus eſt· ut in ipſis experiar iſrl̄ vtrū cuſtodiāt viā dñi: et ambulent in ea ſicut cuſtodierūt patres eorū an non. Dimiſit ergo dñs omes has nationes: et cito ſubuertere noluit: nec tradidit in manibus ioſue.

Hec ſūt gentes quas dñs ·iii· dereliquit ut erudiret in eis iſrahelem et omes qui nō nouerāt bella chananeorū: et poſtea diſcerent filii eorum certare cū hoſtibus· et habere ꝯſuetudinem preliandi· quinq; ſatrapas philiſtinorū omneq; chananeū et ſydoniū atq; eueū: qui habitabat in mōte libano de monte baalhermon uſq; ad introitū emath. Dimiſitq; eos ut in ipſis experiretur iſrahelem: vtrū audirent mādata dñi q̄ preceperat patribꝰ eorū p manū moyſi an nō. Itaq; filii iſrl̄ habitauerūt in medio chananei et ethei et amorrei et pherezei et euei et iebuſei: et duxerunt vxores filias eorū ipiq; filias ſuas filiis eorū tradiderunt et ſeruierunt diis eorum. Feceruntq; malū in conſpectu dñi et obliti ſunt dei ſui: ſeruientes baalim et aſtharoth. Iratuſq; dñs cōtra iſrl̄: tradidit eos in manꝰ chuſan raſathaim regis meſopotamie: ſeruierūtq; ei octo annis. Et clamauerūt ad dñm: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem et liberauit eos· othoniel videlicet filiū cenes fratrem caleph minorē: fuitq; in eo ſpiritus dñi et iudicauit iſrl̄. Egreſſuſq; eſt ad pugnā et tradidit dñs in manus eius cuſanraſathaim regē ſyrie et oppreſſit eū. Quieuitq; terra quadraginta annis: et mortuus eſt othoniel filius cenes. Addiderūt autē filii iſrl̄ facere malū i cōſpectu dñi: qui cōfortauit aduerſū eos eglon· regem moab quia fecerūt malū in cōſpectu eius. Et copulauit ei filios ammon et amalech: abiitq; et percuſſit iſrahel· atq; poſſedit vrbem palmarū. Seruierūtq; filii iſrl̄ eglon regi moab decem et octo annis: et poſtea clamauerūt ad dominū. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorē vocabulo aoth inclitū filiū gera filii iemini: qui vtraq; manu pro dextra vtebatur. Miſeruntq; filii iſrl̄ p illū munera eglon regi moab. Qui fecit ſibi gladiū ancipitem habentē in medio capulū lōgitudinis palme manus: et accinctus eſt eo ſubter ſagū in dextro femore. Obtulitq; munera eglon regi moab. Erat autē eglon craſſus nimis. Cūq; obtuliſſet

ei munera: perſecutus eſt ſocios q cū eo ve-
nerāt: ⁊ reuerſus de galgalis vbi erāt ydo-
la dixit ad regē. Verbū ſecretū habeo ad
te o rex. Et ille imperauit ſilētiū. Egreſ-
ſiſq; omnib⁹ qui circa eū erāt: ingreſſus
eſt aoth ad eū. Sedebat aūt in eſtiuo ce-
naculo ſolus. Dixitq;. Verbū dei habeo
ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno.
Extenditq; aoth ſiniſtrā manū et tulit
ſicā de dextro femore ſuo: infixitq; ī ven-
trem ei⁹ tā valide: ut capulus ſeq̄retur
ferrū in vulnere: ac pinguiſſimo adipe
ſtringeretur. Nec eduxit gladiū ſed ita
ut perculſerat reliquit ī corpore: ſtatimq;
per ſecreta nature alui ſtercora prorupe-
runt. Aoth aūt clauſis diligētiſſime
hoſtiis cenaculi ⁊ obfirmatis: p poſticū
egreſſus eſt. Seruiq; regis ingreſſi vi-
derūt clauſas fores cenaculi atq; dixerūt
Forſitā purgat aluū in eſtiuo cubiculo
Exſpectāteſq; diu donec erubeſcerent et
videntes q nullus aperiret: tulerūt cla-
uem: ⁊ aperiētes inuenerūt dn̄m ſuū in
terra iacentē mortuū. Aoth aūt dū illi
turbarent̄ effugit ⁊ ptrāſiit locū ydolo-
rū vnde reuerſus fuerat. Venitq; in ſey-
rath ⁊ ſtatim inſonuit buccina in monte
ephraim: deſcenderūtq; cū eo filii iſrl̄ ipo
in fronte gradiente. Qui dixit ad eos.
Sequimini me. Tradidit enī dn̄s inimi-
cos nr̄os moabitas ī manus nr̄as. De-
ſcenderūtq; poſt eū ⁊ occupauerūt vada
iordanis q̄ trāſmittūt in moab. ⁊ nō di-
miſerūt trāſire quenq̄: ſed percuſſerunt
moabitas in tempore illo circiter decem
milia omnes robuſtos et fortes viros
Nullus eorū euadere potuit. Humilia-
tuſq; eſt moab ī die illo ſub manu iſrl̄
et quieuit terra octoginta annis a pliis
Poſt hūc fuit ſamgar filius anath q̄ p
cuſſit de philiſtiim ſexcentos viros vo-
more. Et ipſe q̄ defendit iſrl̄. iiij

Addiderūtq; filii iſrl̄ facere malū in
cōſpectu dn̄i poſt mortē aoth. et
tradidit illos dn̄s in man⁹ iabin regis
chanaan. q̄ regnauit in aſor: habuitq;
ducē exercit⁹ ſui noīe ſiſaram. Ipſe aūt
habitabat in aroſeth gentiū. Clamaue-
rūt filii iſrl̄ ad dn̄m. Nōgentos enī ha-
bebat falcatos currus: ⁊ p viginti ānos
vehementer oppreſſerat eos. Erat aūt del-
bora pphetes vxor lapidoth que iudica-
bat populum in illo tempore: ⁊ ſedebat
ſub palma que nomine illius vocabat̄
inter rama et bethel in monte ephraim:
aſcendebātq; ad eā filii iſrahel in omne
iudiciū. Que miſit ⁊ vocauit barach fi-
lium abinoem de cedes neptalim: dixitq;
ad eū. Precepit tibi dn̄s deus iſrl̄. Vade
deſcende: et duc exercitū in montem tha-
bor tolleſq; tecū decem milia pugnatorū
de filiis neptalim et de filiis zabulon.
Ego autem adducam ad te in loco tor-
rentis cyſon ſiſaram principem exercit⁹
iabin ⁊ currus eius atq; omnē multitu-
dinem: et tradam eos in manu tua. Di-
xitq; ad eam barach. Si venis mecum
vadā: ſi nolueris venire mecum nō per-
gam. Que dixit ad eum. Ibo quidem
tecum: ſed in hac vice victoria nō repu-
tabitur tibi: quia ī manu mulieris tra-
detur ſiſara. Surrexit itaq; delbora ⁊ p-
rexit cum barach ī cedes. Qui accitis za-
bulon et neptalim aſcendit cum decem
milibus pugnatorum: habens delborā
in comitatu ſuo. Aber autē cineus receſ-
ſerat quondam a ceteris cineis fratrib⁹
ſuis filiis obab cognati moyſi et tetende-
rat tabernacula uſq; ad vallem que vo-
catur ſennim: et erat iuxta cedes. Nun-
ciatumq; eſt ſiſare: q aſcendiſſet ba
rach filius abinoem in montē thabor.

Et cōgregauit nongentos falcatos cur-
rus: et omnē exercitū de aroſeth gentiū
ad torrentem cyſon. Dixitq; debora ad
barach. Surge: hec eſt eni dies in qua
tradidit dn̄s ſiſarā in manus tuas. En
ipſe ductor eſt tuus. Deſcēdit itaq; ba
rach de monte thabor: et decē milia pu-
gnatorū cū eo. Perterruitq; dn̄s ſiſarā
et omēs currus ei⁹ uniuerſamq; multi-
tudinē ī ore gladij ad cōſpectū barach
in tantū ut ſiſara de curru deſiliens pedi-
bus fugeret: et barach pſequeretur fu-
gientes currus ⁊ exercitum uſq; ad aſo-
reth gentiū: et omnis hoſtiū multitudo
uſq; ad internicōnem caderet. Siſara
aūt fugiens peruenit ad tentorium iahel
vxoris aber cynei. Erat autē pax inter
iabin regem aſor et domū aber cynei.
Egreſſa igit̄ iahel in occurſū ſiſare dixit
ad eum. Intra ad me dn̄e mi: ne time-
as. Qui ingreſſus tabernaculū eius et
opertus ab ea pallio: dixit ad eam. Da
michi obſecro paululū aque: quia ſitio
valde. Que aperuit vtrem lactis ⁊ dedit
ei bibere: ⁊ operuit illum. Dixitq; ſiſara
ad eam. Sta ante hoſtiū tabernaculi: ⁊
cū venerit aliquis interrogans te. et di-
cens nūquid hic eſt aliquis: responde-
bis. Nullus eſt. Tulit itaq; iahel vxor
aber clauū tabernaculi aſſumens parit̄
et malleū: et ingreſſa abſcondite et cū
ſilentio poſuit ſup timpus capitis eius
clauū percuſſūq; malleo defixit in cere-
brum uſq; ad terrā: qui ſoporem morti
ſocians defecit et mortuus eſt. Et ecce
barach ſequens ſiſarā veniebat: egreſ-
ſaq; iahel in occurſū eius dixit ei. Veni:
et oſtendam tibi virū quē queris. Qui
cū intraſſet ad eam. vidit ſiſaram iacen
tem mortuū: ⁊ clauū infixū in timpore
eius. Humiliauit ergo deus in die illo
iabin regem chanaan coram filijs iſrl̄
qui creſcebant quotidie et forti manu
opprimebant iabin regem chanaan do
nec delerent eum. v.
Cecinerūtq; delbora et barach fili⁹
abinoem in die illo dicētes. Qui
ſponte obtuliſtis de iſrahel animas ve-
ſtras ad periculū: benedicite dn̄o. Audi-
te reges: auribus percipite principes.
Ego ſum qui dn̄o canam: pſallam dn̄o
deo iſrahel. Dn̄e cū exieris de ſeyr. et trā
ſires per regiones edom. terra mota eſt
celiq; ac nubes diſtillauerunt aquis.
Montes fluxerunt a facie dn̄i. ⁊ ſynay a
facie dn̄i dei iſrahel. In diebus ſamgar
filij anach in diebus iahel quieuerūt ſe-
mite: et qui ingrediebant̄ p eas ambu-
lauerunt per calles deuios. Ceſſauerūt
fortes in iſrahel ⁊ quieuerunt donec ſur-
geret delbora. ſurgeret mater in iſrahel
Noua bella elegit dn̄s: ⁊ portas hoſtiū
ipſe ſubuertit. Clipeus ⁊ haſta ſi appa-
ruerint in quadraginta milibus iſrl̄.
Cor meū diligit principes iſrahel. Qui
propria volūtate obtuliſtis vos diſcri-
mini benedicite dn̄o: qui aſcenditis ſup
nitentes aſinas. et ſedetis ſup iudicium
et ambulatis ī via loquimini. Vbi col-
liſi ſunt currus et hoſtiū ſuffocatus eſt
exercitus: ibi narrētur iuſticie dn̄i: cle-
mentie fortis iſrahel. Tūc deſcendit po-
pulus dn̄i ad portas. ⁊ obtinuit princi-
patū. Surge ſurge delbora ſurge loque-
re canticū. Surge barach. ⁊ apprehen-
de captiuos tuos fili abinoem. Saluate
ſunt reliquie populi. Dn̄s in fortibus
dimicauit: ex ephraim deleuit eos in a-
malech: ⁊ poſt eū ex beniamin ī populos
tuos o amalech. De machir principes
deſcēderunt: et de zabulon qui exercitum
ducerent ad bellandū. Duces yſachar

fuere cũ delbora barach veſtigia ſunt ſe-
cuti : qui quaſi in preceps ac baratrũ ſe
diſcrimini dedit. Diuiſo cõtra ſe ruben:
magnanimorũ reperta cõtentio ē. Qua-
re habitas inter duos terminos: ut au-
dias ſibilos gregũ. Diuiſo cõtra ſe ru-
ben: magnanimorũ reperta cõtentio eſt
Galaad trãs iordanē quieſcebat ⁊ dan
vacabat nauibꝰ. Aſer habitabat in lit-
tore maris ⁊ in portibꝰ morabat̄. Zabu-
lon vero ⁊ neptalim obtulerũt animas
ſuas morti in regione morome. Vene-
runt reges ⁊ pugnauerũt: pugnauerũt
reges chanaan ĩ thanath iuxta aquas ma-
geddon : et tamē nichil tulere predãtes
De celo dimicatũ eſt ↄtra eos: ſtelle ma-
nentes in ordine et curſu ſuo aduerſus
ſiſarã pugnauerũt. Torrens ciſon tra-
xit cadauera eoꝝ : torrens cadumim tor-
rens ciſon. Cõculca aĩa mea robuſtos
Vngule equorũ ceciderũt: fugientibꝰ im-
petu · et p precẽs ruentibꝰ fortiſſimis ho-
ſtiũ. Maledicite terre meroꝫ dixit ange-
lus dñi : maledicite habitatoribꝰ eiꝰ qꝛ
nõ venerũt ad auxiliũ dñi et adiutoriũ
fortiſſimorũ eius. Benedicta inter mu-
lieres iahel vxor aber cinei : et benedica-
tur ĩ tabernaculo. Aquã petenti lac dedit
et in phiala principũ obtulit butirum
Siniſtrã manũ miſit ad clauũ ⁊ dextrã
ad fabrorũ malleos : percuſſitqꝫ ſiſaram
querẽs in capite vulneri locũ: ⁊ timpus
valide perforãs. Inter pedes eius ruit: de-
fecit et mortuus eſt voluebatur ante pe-
des eius: ⁊ iacebat exanimis ⁊ miſerabi-
lis. Per feneſtrã reſpiciens vlulabat ma-
ter eiꝰ ⁊ de cenaculo loquebat̄ ⁊ Cur mo-
ratur regredi currus eius : quare tarda-
uerũt pedes quadrigarum illius. Vna
ſapientior ceteris vxoribꝰ eiꝰ hec ſocrui
verba reſpondit. Forſitan nunc diuidit
ſpolia : et pulcerrima feminarum eligi-
tur ei. Veſtes diuerſorum colorum ſiſa-
re traduntur in predam: ⁊ ſuppellex va-
ria ad ornãda colla cõgeritur. Sic pe-
reant omnes inimici tui domine: qui au-
tem diligunt te ſicut ſol ĩ ortu ſuo ſplē-
det ita rutilat. Quieuit terra per quadra-
ginta annos. · vi ·

Fecerũt aũt filij iſrl̄ malum in cõ-
ſpectu domini: qui tradidit illos
in manu madian ſeptem annis : et op-
preſſi ſũt valde ab eis. Feceruntqꝫ ſibi
antra et ſpeluncas in montibꝰ : ⁊ muni-
tiſſima ad repugnãdũ loca. Cũqꝫ ſeuiſ-
ſet iſrahel aſcẽdebat madian et amalech
et ceteri orientalium nacõnum: ⁊ apud
eos figentes tentoria : ſicut erant in her-
bis cuncta vaſtabãt : uſqꝫ ad introitum
gaze nichilqꝫ omnino ad vitam perti-
nens relinquebãt in iſrahel nõ oues nõ
boues nõ aſinos. Ipſi enim et vniuer-
ſi greges eorum : veniebãt cum taberna-
culis ſuis : et inſtar locuſtarum vni-
uerſa complebãt innumera multitudo
hominũ et camelorũ : quicquid tetige-
rat deuaſtantes. Humiliatuſqꝫ eſt iſrl̄
valde in conſpectu madian. Et clama-
uit ad dñm poſtulans auxiliũ cõtra ma-
dianitas. Qui miſit ad eos virum pro-
phetam: et locutus eſt. Hec dicit dñs
deus iſrl̄. Ego feci vos cõſcendere de egi-
pto et eduxi vos de domo ſeruitutis : et
liberaui de manu egiptiorũ et omniũ in-
imicoꝝ qui affligebãt vos. Eieciqꝫ eos
ad introitũ veſtrũ: et tradidi vobis ter-
ram eorũ: et dixi. Ego dñs deus veſter
Ne timeatis deos amorreoꝝ in quorũ
terra habitatis. Et noluiſtis audire vo-
cem meam. Venit autem angelus dñi
et ſedit ſub quercu qui erat in efra : ⁊ p-
tinebat ad ioas patrem familie ezdri.

Cumq; gedeon filius eius excuteret atq;
purgaret frumenta ī torculari ut fuge-
ret madian: apparuit ei angelus dn̄i et
ait. Dn̄s tecū virorū fortiſſime. Dixit
q; ei gedeon. Obſecro dn̄e mi ſi dn̄s no-
biſcum eſt · cur ergo apprehenderūt nos
hec om̄ia? Vbi ſūt mirabilia eius q̄ nar-
rauerūt patres noſtri: atq; dixerūt de
egipto eduxit nos dn̄s? Nūc aūt dereli-
quit nos dn̄s: et tradidit in manu ma-
dian. Reſpexitq; ad eū dn̄s ⁊ ait? Vade
in hac fortitudine tua: et liberabis iſrl
de manu madian. Scito q̄ miſerim te.
Qui reſpōdens ait. Obſecro dn̄e mi in
quo liberabo iſrahel? Ecce familia mea
infima eſt in manaſſe: et ego minimus
in domo patris mei. Dixitq; ei domin⁹
Ego ero tecū: et percuties madian quaſi
vnū virū. Et ille: ſi inueni inquit gra-
ciā corā te: da michi ſignū q̄ tu ſis qui
loqueris ad me: nec recedas hinc do-
nec reuertar ad te portās ſacrificiū et of-
ferens tibi. Qui reſpōdit. Ego preſtola-
bor aduentū tuū. Ingreſſus eſt itaq;
gedeon et coxit hedū et de farine modio
azimos panes: carneſq; ponens in ca-
niſtro et ius carniū mittens in ollā · tu-
lit om̄ia ſub quercu · et obtulit ei. Cui
dixit angelus dn̄i. Tolle carnes ⁊ azi-
mos panes et pone ſuper petrā illā: et
ius deſup funde. Cūq; feciſſet ita · exten-
dit angelus dn̄i ſūmitatē virge quā te-
nebat ī manu ⁊ tetigit carnes ⁊ azimos
panes: aſcenditq; ignis de petra ⁊ car-
nes azimoſq; panes cōſumpſit: angel⁹
aūt dn̄i euanuit ex oculis eius. Vidensq;
q; gedeon q̄ eſſet angelus dn̄i ait. Heu
mi dn̄e deus: quia vidi angelū dn̄i fa-
cie ad faciem. Dixitq; ei dn̄s. Pax tecū
Ne timeas nō morieris. Edificauit er-
go ibi gedeon altare domino: vocauitq;
illud dn̄i pax: uſq; in preſentem diem
Cūq; adhuc eſſet ī efra que eſt familie
eſdri nocte illa dixit dn̄s ad eū. Tolle
thaurū patris tui et alterū thaurū ānō-
rū ſeptem · deſtrueſq; aram baal que eſt
patris tui · et nemus quod circa arā eſt
ſuccide: et edificabis altare dn̄o deo tuo
in ſūmitate petre huius ſup quā ante ſa-
crificiū poſuiſti: tolleſq; thaurū ſecūdū
et offeres olocauſtū ſup ſtruē lignorū
que de nemore ſucciderīs. Aſſūptis er-
go gedeon decem viris de ſeruis ſuis · fe-
cit ſicut preceperat ei dn̄s. Timens au-
tem domū patris ſui ⁊ hoīes illius ciui-
tatis per diem noluit facere: ſed omnia
nocte cōpleuit. Cumq; ſurrexiſſent viri
oppidi eius mane: viderūt deſtructam a-
ram baal lucūq; ſucciſū: et thaurū alte-
rū impoſitū ſuper altare · quod tūc edi-
ficatū erat: dixerūtq; ad inuicem? Quis
hoc fecit? Cūq; perquirerent auctorē fa-
cti: dictū eſt. Gedeon fili⁹ ioas fecit hec
om̄ia. Et dixerūt ad ioas. Produc filiū
tuū huc ut moriatur: q̄ deſtruxit arā
baal · ⁊ ſuccidit nemus. Quibus ille re-
ſpōdit? Nūquid vltores eſtis baal · ut
pugnetis pro eo? Qui aduerſarius eſt
eius: moriatur antequā lux craſtina veni-
at. Si deus eſt vindicet ſe de eo qui ſuf-
fodit aram eius. Ex illo die vocatus ē
gedeon ierobaal: eo q̄ dixiſſet ioas vl-
ciſcatur ſe de eo baal · qui ſuffodit alta-
re eius. Ergo om̄is madian ⁊ amalech
et orientales populi ꝯgregati ſūt ſiml̄
et trāſeuntes iordanen caſtrametati ſūt
in valle ieſrahel. Spiritus aūt dn̄i in-
duit gedeon: qui clangens buccina con-
uocauit domū abiezer ut ſequeretur ſe
Miſitq; nūcios ī vniuerſū manaſſen q̄
et ipe ſecut⁹ ē eū. Et alios nūcios ī aſer
et zabulon ⁊ neptalim q̄ occurrerunt ei

Dixitq; gedeon ad dñm. Si ſaluũ facis
per manũ meã pplm iſrł ſicut locutus es
ponã hoc vellus lane in area. Si ros in
ſolo vellere fuerit et ī omī terra ſiccitas
ſciã q p manũ meã ſicut locutus es li-
berabis iſrł: factũq; eſt ita. Et de nocte
cõſurgens: expreſſo vellere cõcam rore
impleuit. Dixitq; rurſus ad dñm. Ne
iraſcat̃ furor tuus cõtra me: ſi adhuc ſe-
mel temptauero ſignũ querens in velle-
re. oro ut ſolũ vellus ſiccũ ſit: et omĩs
terra rore madens. ffecitq; dñs nocte il-
la ut poſtulauerat: et fuit ſiccitas in ſo-
lo vellere: et ros in omĩ terra. VII
IGitur ierobaal qui et gedeon de nocte
cõſurgens et omĩs populus cũ eo venit
ad fontẽ qui vocatur arad. Erãt autẽ
caſtra madian in valle ad ſeptẽtriona-
lem plagam collis excelſi. Dixitq; dñs
ad gedeon. Multus tecũ eſt pplus: nec
tradetur madian in manus eius: ne glo-
rietur cõtra me iſrł: et dicat meis viri-
bus liberatus ſum. Loquere ad populũ
et cunctis audientibus predica. Qui for-
midoloſus et timidus eſt reuertat̃. Re-
ceſſeruntq; de monte galaad: et reuerſi
ſũt ex pplo viginti duo milia viroꝝ: et
tantũ decem milia remãſerunt. Dixitq;
dñs ad gedeon. Adhuc pplš multus eſt
Duc eos ad aquas et ibi probabo illos
et de quo dixero tibi ut tecũ vadat ipſe
pergat: quẽ ire prohibuero reuertatur
Cũq; deſcendiſſet populus ad aquas:
dixit dñs ad gedeon. Qui manu et lin-
gua lambuerint aq̃s ſicut ſolẽt canes
lãbere ſeperabis eos ſeorſũ: q̃ aũt curua-
tis genibus biberint in altera parte erũt.
ffuit itaq; numerus eoꝝ q̃ manu ad os p-
iciente lambuerũt aquas trecenti viri:
omnis autẽ reliqua multitudo flexo po-
plite biberat. Et ait dominus ad gedeon

In trecẽtis viris q̃ lãbuerũt aq̃s libera-
bo vos: et tradã in manu tua madian:
omĩs aũt reliqua multitudo reuertat̃ in
locũ ſuũ. Sumptis itaq; pro numero
cibarijs et tubis oẽm reliquã mltitudiẽ
abire precepit ad tabernacula ſua et ipſe
cũ trecentis viris ſe certamini dedit. Ca-
ſtra aũt madian erant ſubter in valle.
Eadem nocte dixit dñs ad eũ. Surge et
deſcende in caſtra: quia tradidi eos in ma-
nu tua. Sin autẽ ſolus ire formidas: de-
ſcendat tecũ phara puer tuus. Et cũ au-
dieritis quid loquant̃ tũc cõfortabunt̃
manus tue: et ſecurior ad hoſtiũ caſtra
deſcendes. Deſcendit ergo ipſe et phara
puer eius in partem caſtroꝝ: ubi erãt
armatorum vigilie. Madian autem et
amalech et omnes orientales populi fu-
ſi iacebãt in valle ut locuſtarũ multitu
do: cameli autem innumerabiles erant
harena que iacet in litore maris. Cum
q; veniſſet gedeõ narrabat aliquis ſom
nium proximo ſuo: et in hũc modũ refe
rebat quod viderat. Vidi ſomniũ: et vi
debatur michi quaſi ſubcinericius panis
ex ordeo volui: et in caſtra madian de-
ſcendere. Cumq; perueniſſet ad taberna-
culum percuſſit illud atq; ſubuertit: et
terre funditus coequauit. Reſpondit
is cui loquebatur. Non eſt hoc aliud:
niſi gladius gedeonis filij ioas viri iſra
helite. Tradidit enim dominus in ma-
nus eius madian et omnia caſtra eius
Cumq; audiſſet gedeon ſomnium et in-
terpretacõnem eius adorauit: et reuer-
ſus eſt ad caſtra iſrahel et ait. Surgite
tradidit enĩ dominus ī manus noſtras
caſtra madian. Diuiſitq; trecentos vi-
ros in tres partes: et dedit tubas in ma-
nibus eoꝝ: lagenaſq; vacuas ac lam
pades ī medio lagenaꝝ. Et dixit ad eos

Quod me facere videritis hec facite. In-
grediar partem caſtrorū: ⁊ quod fecero
ſectamini. Quādo perſonuerit tuba in
manu mea: vos q̄z per caſtrorū circuitū
clangite et cōclamate dn̄o et gedeoni.
Ingreſſuſq; eſt gedeon et trecenti viri
qui erāt cū eo in partē caſtroꝝ incipien-
tibus vigiliis noctis medie: et cuſtodi-
bus ſuſcitatis ceperūt bucinis clangere
et complodere inter ſe lagenas. Cumq;
per gyrū caſtrorū in tribus pſonarent
locis ⁊ ydrias cōfregiſſent: tenuerūt ſi-
niſtris manibus lampades: ⁊ dextris ſo-
nātes tubas. clamaueruntq; gladius do-
mini ⁊ gedeonis: ſtātes ſinguli in loco
ſuo per circuitū caſtrorū hoſtiliū. Omīa
itaq; caſtra turbata ſunt: et vociferātes
vlulāteſq; fugerūt. Et nichilominus
inſiſtebāt trecenti viri bucinis pſonan-
tes. Immiſitq; dn̄s gladiū in omnibus
caſtris: et mutua ſe cede trūcabāt fugi-
entes uſq; ad bethſecca ⁊ crepidinē abel
meula in thebbath. Cōclamātes aūt vi-
ri iſrahel de neptali ⁊ aſer ⁊ omī manaſ-
ſe pſequebātur madian. Et dedit dn̄s
victoriā populo iſrahel in die illa. Mi-
ſitq; gedeon nūcios in omnem montem
ephraim dicens. Deſcendite in occurſū
madian: et occupate aquas uſq; beth-
bera atq; iordanen. Clamauitq; omīs
ephraim: et preoccupauit aquas atq;
iordanen uſq; bethbera. Apprehenſoſq;
duos viros madian oreb ⁊ zeb: interfe-
cit oreb in petra oreb: zeb vero in torcu-
lari zeb. Et perſecuti ſūt madian: capi-
ta oreb et zeb portātes ad gedeon trans
fluenta iordanis. • viii •

Dixerūtq; ad eum viri ephraim.
Quid eſt hoc quod facere voluiſti
ut nō nos vocares cū ad pugnā perge-
res cōtra madian? Iurgātes fortiter et
prope vim inferentes. Quibus ille reſpō-
dit. Quid enī tale facere potui: quale
vos feciſtis? Nōne melior eſt racemus
ephraim vindemiis abiezer? In manus
veſtras dn̄s tradidit principes madian
oreb et zeb. Quid tale facere potui: qua-
le vos feciſtis? Quod cū locutus eſſet: re-
quieuit ſpiritus eorū quo tumebāt cō-
tra eum. Cūq; veniſſet gedeon ad iorda-
nen tranſiuit cum trecentis viris: qui
ſecum erāt: ⁊ pre laſſitudine fugientes
perſequi nō poterant. Dixitq; ad viros
ſoccoth. Date obſecro panes populo q̄
mecū eſt: quia valde defecerunt ut poſſi-
mus perſequi zebee ⁊ ſalmana reges ma-
dian. Reſpōderunt principes ſoccoth.
Forſitan palme manuum zebee ⁊ ſalma-
na in manu tua ſūt: et idcirco poſtulas
ut demus exercitui tuo panes. Quibus
ille ait. Cum ergo tradiderit dominus ze-
bee et ſalmana in manus meas: cōterā
carnes veſtras cū ſpinis tribuliſq; deſer-
ti. Et inde cōſcendens venit in phanuel
locutuſq; eſt ad viros loci illius ſimilia
Cui ⁊ illi reſpōderūt ſicut reſpōderāt viri
ſoccoth. Dixitq; eis. Cū reuerſus fue-
ro victor in pace deſtruam turrim hanc
Zebee autē et ſalmana requieſcebāt cū
omī exercitu ſuo. Quindecim enī milia
viri remanſerant ex omnibus turmis
orientaliū populorū: ceſis centūviginti
millibus bellatorū ⁊ educētiū gladium
Aſcendenſq; gedeon per viā eorū qui in
tabernaculis morabātur ad orientalem
partē nobe ⁊ iecbaa percuſſit caſtra ho-
ſtiū q̄ ſecuri erāt ⁊ nichil aduerſi ſuſpica-
bātur: fugerūtq; zebee ⁊ ſalmana: q̄s
perſequens gedeon opprehendit turbato
omī exercitu eorū. Reuertenſq; de bello
ante ſolis ortū apprehendit pueꝝ de vi-
ris ſoccoth. interrogauitq; eū nomina

principū ſeniorū ſoccoth: ⁊ deſcripſit
ſeptuaginta ſeptē viros: venitq; ad ſoc-
coth: et dixit eis. En zebee et ſalmana
ſup quibus exprobraſtis michi dicentes
forſitan manus zebee ⁊ ſalmana ī manibus
tuis ſūt: et idcirco poſtulas ut dem⁹ vi-
ris q̄ laſſi ſūt ⁊ defecerūt panes. Tulit
ergo ſeniores ciuitatis ⁊ ſpinas deſerti:
ac tribulos: ⁊ cōtriuit cū eis atq; cōmi-
nuit viros ſoccoth. Turrim quoq; phanu-
el ſubuertit: occiſis habitatoribus ciuita-
tis. Dixitq; ad zebee ⁊ ſalmana. Quales
fuerunt viri quos occidiſtis in thabor?
Qui reſpōderunt. Similes tui: ⁊ vnus
ex eis quaſi filius regis. Quibus ille re-
ſpōdit. Fratres mei fuerunt filij matris
mee. Viuit dñs: quia ſi ſeruaſſetis eos nō
vos occiderē. Dixitq; iether primogenito
ſuo. Surge ⁊ interfice eos. Qui nō edu-
xit gladiū. Timebat enī quia adhuc pu-
er erat. Dixerūtq; zebee ⁊ ſalmana. Tu
ſurge ⁊ irrue nos quia iuxta etatem ro-
bur eſt hominis. Surrexit gedeon ⁊ in-
terfecit zebee ⁊ ſalmana: ⁊ tulit ornamē-
ta ac bullas quibus colla regaliū came-
lorū decorari ſolent. Dixerūtq; omnes
viri iſrł ad gedeon. Dominare noſtri tu
et filius tuus ⁊ filius filij tui: quia libe-
raſti nos de manu madian. Quibus ille
ait. Nō dñabor veſtri: nec dñabitur in
vos filius meus: ſed dñabitur dominus.
Dixitq; ad eos. Vnam petitionem poſtu-
lo a vobis. Date michi inaures ex pre-
da veſtra. Inaures enī aureas yſmaheli-
te habere cōſueuerāt. Qui reſpōderūt. Li-
bentiſſime dabimus. Expādentesq; ſuper
terrā palliū proiecerūt in eo inaures de
preda: et fuit pondus poſtulatarum inau-
rium mille ſeptingenti auri ſicli: abſq;
ornamentis et monilibus et veſte pur-
purea: quibus reges madian vti ſoliti
erant: et preter torques aureas camelo-
rum. Fecitq; ex eo gedeon ephot et poſu-
it illud in ciuitate ſua ephra. Fornica-
tuſq; eſt omnis iſrahel cū eo: et factum
eſt gedeoni ⁊ omi domui eius in ruinam.
Humiliatus eſt autē madian corā filijs
iſrahel: nec potuerunt vltra ceruices ele-
uare: ſed quieuit terra per quadraginta
annos: quibus gedeon prefuit. Abijt
itaq; ierobaal filius ioas: et habitauit
in domo ſua: habuitq; ſeptuaginta fi-
lios: qui egreſſi ſunt de femore eius: eo
quod plures haberet vxores. Concubina
autē illius quā habebat ī ſichem genuit
ei filiū nomine abimelech. Mortuuſq;
eſt gedeon filius ioas in ſenectute bona
et ſepultus eſt in ſepulcro ioas patris
ſui in ephra de familia ezri. Poſtquam au-
tem mortuus eſt gedeon auerſi ſunt filij
iſrahel et fornicati ſūt in baalim. Percuſ-
ſerūtq; cū baal fedus ut eſſet eis in deū:
nec recordati ſūt dñi dei ſui: q̄ eruit eos
de manibus inimicorū ſuorū omniū: per
circuitū. nec fecerunt miſericordiā cū do-
mo ierobaal gedeon iuxta omnia bona q̄
fecerat iſraheli. IX

Abijt autē abimelech filius ieroba-
al in ſichem ad fr̄es matris ſue: et
locutus eſt ad eos ⁊ ad omnem cognaciō-
nē domus patris matriſq; ſue dicens.
Loquimini ad oēs viros ſichem. Quid
vobis eſt melius: ut dominentur veſtri
ſeptuaginta viri omnes filij ierobaal.
an ut dominetur vobis vnus vir. Si-
mulq; conſiderate quia os veſtrū ⁊ caro
veſtra ſum. Locutiq; ſūt fratres matris
eius de eo ad omnes viros ſichem vni-
uerſos ſermones iſtos: et inclinauerūt
cor eorū poſt abimelech dicētes. Frater
noſter eſt. Dederuntq; illi ſeptuaginta
pondera argenti de phano baalberith.

Qui cōduxit ſibi ex ea viros inopes et
vagos: ſecutiq; ſūt eū. Et venit in do-
mū patris ſui ephra: et occidit fratres
ſuos filios ierobaal ſeptuaginta viros
ſup lapidem vnū. Remāſitq; ioathan fi
lius ierobaal minimus: et abſcōditus
eſt. Cōgregati ſūt aūt omēs viri ſichē
et vniuerſe familie vrbis mello: abie-
runtq; et cōſtituerūt regem abimelech
iuxta quercū que ſtabat in ſichem. Quod
cū nūciatū eſſet ioathan iuit et ſtetit in
vertice mōtis garizim: eleuataq; voce
clamauit et dixit. Audite me viri ſichē
ita ut audiat vos dn̄s. Ierūt ligna ut
vngerēt ſup ſe regem. Dixerūtq; oliue
Imperā nobis. Que reſpōdit: Nūquid
poſſum deſerere pinguedinē meā qua ⁊
dij vtuntur et hoīes: et venire ut in-
ter ligna promouear? Dixerūtq; ligna
ad arborē ficū. Veni: et ſup nos regnū
accipe. Que reſpondit eis: Nunquid
poſſū deſerere dulcedinē meā fructuſq;
ſuauiſſimos: et ire ut inter cetera ligna
promouear? Locutaq; ſūt ligna ad vi-
tem. Veni et impera nobis. Que reſpō-
dit eis: Nūquid poſſū deſerere vinū me-
um quod letificat deū et hoīes: ⁊ inter
ligna cetera cōmoueri. Dixerūtq; oīa
ligna ad ramnū. Veni ⁊ impera ſup nos
Que reſpōdit eis. Si vere me regē vo-
bis cōſtituitis venite ⁊ ſub vmbra mea
requieſcite: ſin autē nō vultis egrediat̄
ignis de ramno et deuoret cedros libani
Nūc igitur ſi recte ⁊ abſq; peccato con-
ſtituiſtis ſup vos regem abimelech et
bene egiſtis cū ierobaal ⁊ cū domo eius
et reddidiſtis vicem beneficijs eius qui
pugnauit pro vobis ⁊ animā ſuā dedit
periculis. ut erueret vos de manu madi-
an: qui nūc ſurrexiſtis cōtra domū pa-
tris mei et interfeciſtis filios eius ſeptua-
ginta viros ſup vnū lapidem: et conſti-
tuiſtis regem abimelech filium ancille
eius ſup habitatores ſichem eo q frater
veſter eſt: ſi ergo recte ⁊ abſq; vicio egi-
ſtis cū ierobaal et domo eius. hodie lete-
mini in abimelech et ille letetur ī vobis
Sin autē pûerſe: egrediatur ignis ex
eo ⁊ cōſumat habitatores ſichē ⁊ oppidū
mello egrediaturq; ignis de viris ſichē ⁊ de
oppido mello ⁊ deuoret abimelech. Que
cū dixiſſet fugit ⁊ abijt in bera: habita-
uitq; ibi ob metū abimelech fratris ſui
Regnauit itaq; abimelech ſuper iſrahel
tribus annis. Miſitq; dn̄s ſpiritū peſ-
ſimū inter abimelech ⁊ habitatores ſi-
chem qui ceperūt eū deteſtari: et ſcelus in-
terfectionis ſeptuaginta filiorū ieroba-
al et effuſionē ſanguinis eorū cōferre
in abimelech fratrē ſuū: et in ceteros ſi-
chimorum principes qui eū adiuuerāt.
Poſuerūtq; inſidias aduerſū eū ī ſūmi-
tate montium: et dū illius preſtolabā-
tur aduentū exercebāt latrocinia: agen-
tes predas de pretereūtibus. Nūciatū
q; eſt abimelech. Venit aūt gaal filius
obed cū fratribus ſuis: et trāſiuit in ſi-
chimā. Ad cuius aduentū erecti habita-
tores ſichem egreſſi ſunt ī agros vaſtā-
tes vineas vuaſq; calcantes: et factis
cantantiū choris. ingreſſi ſūt phanum
dei ſui: et inter epulas et pocula maledi-
cebant abimelech clamante gaal filio
obed. Quis eſt iſte abimelech ⁊ que eſt
ſichē ut ſeruiamus ei? Nūquid nō eſt fi-
lius ierobaal? Et cōſtituit principem ze-
bul ſeruū ſuū ſup viros emor patris ſi-
chem. Cur ergo ſeruiemus ei? Utinam
daret aliquis populum iſtū ſub manu
mea: ut auferrem de medio abimelech
Dictūq; ē abimelech. Cōgrega exercitus
multitudinē ⁊ veni. Zebul enim principes

palantes i. vagātes

ciuitatis auditis ſermonibus gaal · filij
obed iratus eſt valde: ⁊ miſit clā ad abi-
melech nūcios dicens. Ecce gaal filius
obed venit in ſichimā cū fratrib; ſuis: ⁊
oppugnabat aduerſū te ciuitatē. Surge
itaq; nocte cū pplo q̄ tecū eſt: ⁊ latita in
agro: et primo mane oriente ſole irrue
ſup ciuitatē. Illo aūt egrediente aduſū
te cū pplo ſuo fac ei qd̄ potueris. Sur-
rexit itaq; abimelech cū oī exercitu ſuo
nocte: ⁊ tetendit inſidias iuxta ſichimā
in quatuor locis. Egreſſuſq; eſt gaal
filius obed: ⁊ ſtetit i introitu porte ciui-
tatis. Surrexit aūt abimelech et omis
exercitus cū eo de inſidiarū loco. Cumq;
vidiſſet pplm gaal dixit ad zebul. Ecce
de mōtib; multitudo deſcendit. Cui ille
reſpondit. Umbras mōtiū vides q̄ſi ca-
pita hoīnū ⁊ hoc errore deciperis. Rur-
ſūq; gaal ait. Ecce ppls de vmbilico ter-
re deſcēdit: et vnus cuneus venit p viā
q̄ reſpicit quercū. Cui dixit zebul. Ubi
eſt nūc os tuū quo loq̄baris: quis eſt a-
bimelech ut ſeruiamus ei? Nōne hic ē
populus quē deſpiciebas. Egredere ⁊ pu-
gna cōtra eū. Abijt ergo gaal expectā-
te ſichimorū pplo et pugnauit contra
abimelech: qui pſecutus eſt eū fugientē
ut vrbem cōpulit. Cecideruntq; ex parte
eius plurimi uſq; ad portā ciuitatis: et
abimelech ſedit in ruina. Zebul aūt ga-
al ⁊ ſocios eius expulit de vrbe: nec i ea
paſſus eſt cōmorari. Sequēti ergo die
egreſſus eſt ppls in cāpū: qd̄ cū nūciatū
eſt abimelech tulit exercitū ſuū ⁊ diuiſit
in tres turmas tendēs inſidias in agris
Uidenſq; q egrederetur ppls de ciuitate
ſurrexit ⁊ irruit in eo cū cuneo ſuo oppu-
gnans et obſidens ciuitatē: due autem
turme palātes per campum aduerſari-
os perſequebantur. Porro abimelech
omi die illo oppugnabat vrbem quā ce-
pit interfectis habitatorib; eiꝰ: ipā q;
deſtructa ita ut ſal in ea diſpergeret. Qd̄
cū audiſſet q̄ habitabāt i turri ſichimo-
rū ingreſſi ſūt phanū dei ſui berith vbi
fedus cū eo pepigerāt ⁊ ex eo locꝰ nomē
acceperat: q̄ erat munitꝰ valde. Abime-
lech q; audiēs viros turris ſichimorū
pariter cōglobatos aſcēdit in mōtē ſel
mon cū omi pplo ſuo: et arrepta ſecuri
precidit arboris ramū impoſituq; ferēs
humero dixit ad ſocios. Quod me vidi
ſtis facere cito facite. Igit̄ certatim ra-
mos de arborib; p̄cidentes ſequebantur
ducē. Qui circūdantes preſidiū ſuccende-
rūt: atq; ita factum eſt ut fumo ⁊ igne
mille hoīnū necarent viri pariter ⁊ mu-
lieres habitatorum turris ſichē. Abime
lech aūt inde pficiſcens venit ad oppidū
thebes qd̄ circūdans obſidebat exercitu.
Erat aūt turris excelſa i media ciuitate
ad quā cōfugerāt ſimul viri ac mulie-
res et omes pncipes ciuitatis clauſa fir-
miſſime ianua: ⁊ ſup turris tectū ſtan-
tes p propugnacula. Aſcēdenſq; abime-
lech iuxta turrim pugnabat fortiter: et
appropinquās hoſtio ignē ſupponere ni-
tebat̄. Et ecce vna mlier fragmē mole
deſuper iaciens illiſit capiti abimelech:
et cōfregit cerebrū eiꝰ. Qui vocauit ci-
to armigerū ſuū: et ait ad eū. Euagina
gladiū tuū et percute me: ne forte dica-
tur q a femina interfectus ſim. Qui iuſ-
ſa p ficiens interfecit eum. Illoq; mor-
tuo oms qui cū eo erāt de iſrl̄ reuerſi ſūt
in ſedes ſuas: et reddidit deus malū qd̄
fecerat abimelech contra patrē ſuum in
terfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. Si-
chimitis q; quod operati erant retribu-
tum eſt: et venit ſuper eos maledictio io
athan filij ierobaal. X.

Poſt abimelech ſurrexit dux ī iſrl
thola filius phua patrui abime-
lech vir de yſachar qui habitauit in ſa-
mir montis ephraim: et iudicauit iſra-
hel viginti ⁊ tribus annis: mortuuſqꝫ
eſt ac ſepultus in ſamir. Huic ſucceſſit
iair galaadites: qui iudicauit iſrahel p
viginti et duos annos: habens trigin-
ta filios ſedentes ſuper triginta pullos
aſinarum: et principes triginta ciuita-
tum: que ex nomine eius ſunt appel-
late auothiair id eſt oppida iair uſqꝫ in
preſentē diem in terra galaad. Mortu-
uſqꝫ eſt iair: ac ſepultus in loco cui eſt
vocabulū camon. Filij aūt iſrahel pec-
catis veteribus iungentes noua fecerūt
malū in cōſpectu dn̄i: ⁊ ſeruierūt ydolis
baalim et aſtharoth ⁊ dijs ſirie ac ſydo-
nis ⁊ moab et filiorū ammon ⁊ philiſti-
im dimiſerūtqꝫ dn̄m ⁊ nō coluerūt eū
Contra quos iratus tradidit eos ī ma-
nus philiſthijm ⁊ filiorū ammon: affli-
ctiqꝫ ſūt ⁊ vehementer oppreſſi p annos
decem ⁊ octo: oms qui habitabāt trans
iordanen in terra amorrei que eſt in ga-
laad. in tantū ut filij ammon iordane
trāſmiſſo vaſtarent iudā ⁊ beniamin et
ephraim. Afflictuſqꝫ eſt iſrahel nimis
Et clamantes ad dn̄m dixerūt. Peccaui-
mus tibi: quia dereliquimus dn̄m deū
noſtrū ⁊ ſeruiuimus baalim. Quibus
locutus eſt dn̄s. Nūquid nō egiptij et
amorrei filijqꝫ ammon ⁊ philiſthijm ſi-
donij qꝫ et amalech ⁊ chanaan oppreſſe-
rūt vos. et clamaſtis ad me ⁊ erui vos
de manu eorū. Et tamē reliquiſtis me:
et coluiſtis deos alienos. Idcirco nō ad-
dam ut vltra vos liberem. Ite ⁊ inuo-
cate deos quos elegiſtis. Ipſi vos libe-
rent in tempore anguſtie. Dixerūtqꝫ fi-
lij iſrahel ad dn̄m. Peccauimus: redde
tu nobis quicquid placet tibi: tantum
nunc libera nos. Que dicentes omīa de
finibus ſuis alienorū deorū ydola proie-
cerūt: et ſeruierūt dn̄o deo: qui doluit ſu-
per miſerijs eorū. Itaqꝫ filij ammon
conclamantes in galaad fixere tentoria
cōtra quos cōgregati filij iſrl. in maſ-
pha caſtrametati ſūt. Dixerūtqꝫ princi-
pes galaad ſinguli ad proximos ſuos.
Qui primus ex nobis contra filios am-
mon ceperit dimicare: erit dux populi
galaad.

XI.

Fuit itaqꝫ illo in tempore iepthe ga-
laadites vir fortiſſimus atqꝫ pu-
gnator filius mulieris meretricis: qui
natus eſt de galaad. Habuit autē gala-
ad vxorē de qua ſuſcepit filios: q̄ poſt-
quā creuerāt eiecerūt iepthe dicentes. He-
res in domo patris nr̄i eſſe non poteris
quia de adultera matre nat⁹ es. Quos
ille fugiens atqꝫ deuitans habitauit in
terra thob. Cōgregatiqꝫ ſūt ad eū viri
inopes ⁊ latrocinātes: et quaſi principē
ſequebātur. In illis diebus pugnabāt
filij ammon cōtra iſrl: quibus acriter
inſtantibus. perrexerūt maiores natu
de galaad ut tollerent in auxiliū ſui ie-
pthe de terra thob. Dixerūt ad eū. Veni
et eſto princeps noſter: et pugna cōtra
filios ammon. Quibus ille reſpondit
Nōne vos eſtis qui odiſtis me et eiec-
iſtis de domo patris mei: ⁊ nūc veniſtis
ad me neceſſitate cōpulſi. Dixeruntqꝫ
principes galaad ad iepthe. Ob hanc
igitur cauſam nunc ad te venimus ut
proficiſcaris nobiſcū: ⁊ pugnes cōtra
filios ammon: ſiſqꝫ dux omniū qui ha-
bitāt in galaad. Iepthe qꝫ dixit eis.
Si vere veniſtis ad me ut pugnem pro
vobis contra filios ammon. tradideritqꝫ
eos dn̄s ī manus meas: ego ero veſter

Qui reſpōderunt ei. Dñs qui hec audit
ipſe mediator ac teſtis eſt: q noſtra ꝓ-
miſſa faciam⁹. Abijt itaq; iepthe cū prī-
cipib⁹ galaad: fecitq; eū omīs pp̄ls prin-
cipem ſui. Locutuſq; eſt iepthe oēs ſermo-
nes ſuos corā dño in maſpha. Et miſit
nūcios ad regē filiorū āmon: q̄ ex perſo-
na ſua diceret. Quid michi ⁊ tibi eſt q2
veniſti contra me ut vaſtares terrā meā
Quib⁹ ille rñdit. Quia tulit iſrl' terrā
meā quādo aſcēdit de egipto: a finibus
arnon uſq; iaboc atq; iordanē. Nūc er-
go cū pace redde michi eā. Per quos rur-
ſū mandauit iepthe et imperauit eis ut
dicerent regi ammon. Hec dicit iepthe
Nō tulit iſrl' terrā moab nec terrā filió-
rum āmon: ſed quādo de egipto cōſcen-
derūt ambulauit per ſolitudinē uſq; ad
mare rubrū: et venit in cades. Miſitq;
nūcios ad regem edom dicens. Dimitte
me ut tranſeam terram tuā. Qui noluit
acquieſcere precibus eius. Miſit quoq; ad
regem moab: qui ⁊ ipſe trāſitū prebere
cōtempſit. Manſit itaq; in cades: et cir-
cuiuit ex latere terrā edom: et terrā mo-
ab. Venitq; ad orientalem plagā terre
moab ⁊ caſtrametatus eſt trās arnon
nec voluit intrare terminos moab. Ar-
non quippe cōfiniū eſt terre moab. Mi-
ſit itaq; iſrahel nuncios ad ſeon regem
amorreorum qui habitabat in eſebon.
et dixerunt ei. Dimitte: ut tranſeam per
terram tuam uſq; ad fluuium. Qui et
ipſe iſrahel verba deſpiciens non dimi-
ſit eum tranſire per terminos ſuos: ſed
infinita multitudine congregata egreſ-
ſus eſt contra eum in iaſſa: ⁊ fortiter re-
ſiſtebat. Tradiditq; eum dominus in
manu iſrahel cum omni exercitu ſuo et
percuſſit eum: et poſſedit omnem terrā
amorrei habitatoris regionis illius et
vniuerſos fines ei⁹ de arnon uſq; iaboc
et de ſolitudine uſq; ad iordanen. Do-
minus ergo deus iſrahel ſubuertit amor-
reum pugnantē contra illū populo ſuo
iſrahel. Et tu nunc vis poſſidere terram
eius. Nonne ea que poſſedit chamos
deus tuus tibi iure debetur. Que aūt do-
minus deus noſter victor obtinuit: in
noſtram cedent poſſeſſionem. Niſi forte
melior balaac filio ſephor rege moab.
aut docere potes q iurgatus ſit contra
iſrahel et pugnauerit contra eum quā-
do habitauit in eſebon et viculis eius ⁊
in aroer et villis illius: vel in cunctis
ciuitatibus iuxta iordanen per trecentos
annos. Quare tanto tempore nichil ſu-
per hac repeticōne temptaſtis. Igitur
nō ego pecco in te: ſed tu cōtra me male
agis. indicens michi bella nō iuſta. Iu-
dicet dñs arbiter huius diei inter iſra-
hel et inter filios ammon. Noluitq; ac-
quieſcere rex filiorū ammon verbis ie-
pthe q̄ p nūcios mādauerat. Factus eſt
ergo ſup iepthe ſpiritus dñi: ⁊ circuiēs
galaad: ⁊ manaſſe maſpha quoq; galaad:
et inde tranſiens ad filios ammon votū
vouit dño dicens. Si tradideris filios
ammon ī manus meas: quicūq; prim⁹
fuerit egreſſus de forib⁹ dom⁹ mee: mi-
chiq; occurrerit reuertēti cū pace a filijs
ammon: eū olocauſtū offerā dño. Trā-
ſiuitq; iepthe ad filios ammon. ut pu-
gnaret cōtra eos quos tradidit dñs in
manus ei⁹: percuſſitq; ab aroer uſq; dū
venias in mennith viginti ciuitates: et
uſq; ad abel que eſt vineis conſita pla-
ga magna nimis. humiliatiq; ſūt filij
ammon a filijs iſrahel. Reuertenti autē
iepthe in maſpha domum ſuam: occur-
rit ei vnigenita filia cū tympanis ⁊ cho-
ris. Non enim habebat alios liberos.

Qua viſa ſcidit veſtimenta ſua et ait.
Heu me filia mi: decepiſti me · et ipſa de-
cepta es. Aperui em̄ os meum ad dn̄m:
et aliud facere nō potero. Cui illa reſpō-
dit. Pater mi · ſi aperuiſti os tuū ad do-
minū: fac michi quodcūq; pollicitus es
cōceſſa tibi vltione atq; victoria de ho-
ſtibus tuis. Dixitq; ad patrē. Hoc ſo-
lū michi preſta quod deprecor. Dimitte
me ut duobus menſibus circueā mon-
tes ⁊ plangā virginitatē meā cū ſodali-
bus meis. Cui ille reſpōdit. Vade. Et
dimiſit eā duobus menſib9. Cūq; abiiſ-
ſet cū ſocijs ⁊ ſodalibus ſuis: flebat vir-
ginitatē ſuā in mōtibus. Expletiſq; du-
obus menſibus reuerſa eſt ad patrem
ſuū: et fecit ei ſicut vouerat. Que igno-
rabat virū. Exinde mos increuit in iſrł
et cōſuetudo ſeruata eſt ut poſt anni cir-
culū cōueniāt in vnū filie iſrł ⁊ plāgāt
filiā iepthe galaadite diebus quatuor.

- xii -

Ecce autē in ephraim
orta eſt ſeditio. Nā trāſeūtes cō-
tra aquilonē · dixerūt ad iepthe. Qua-
re vadens ad pugnā cōtra filios āmon
vocare nos voluiſti ut pergeremus tecū
Igitur incendemus domū tuā. Quibus
ille reſpōdit. Diſceptacō erat michi et
populo meo cōtra filios āmon vehemēs
voſq; vocaui ut preberetis michi auxili-
um: et facere noluiſtis. Quod cernens
poſui animā meā in manibus meis: trā-
ſiuiq; ad filios āmon: et tradidit eos
dn̄s in man9 meas. Quid cōmerui: ut
aduerſū me cōſurgatis in preliū? Voca-
tis itaq; ad ſe cunctis viris de galaad pu-
gnabat cōtra ephraim. Percuſſerūtq;
viri galaad ephraim: quia dixerat fugi-
tiuus eſt galaad de ephraim et habitat
in medio ephraim et manaſſe. Occupa-
uerūt galaadite vada iordanis per que
ephraim reuerſuruſq; erat. Cūq; veniſſet
ad ea de ephraim numero fugiēs: atq;
dixiſſet obſecro ut me trāſire permittas
dicebāt ei galaadite? Nūquid ephrate-
us es? Quo dicēte nō ſū: interrogabāt
eū. Dic ergo ſcibboleth: qđ interp̄tatur
ſpica. Qui reſpōdebat thebboleth eadem
littera ſpicā exp̄mere nō valens · ſtatimq;
apprehenſū iugulabāt ī ipſo iordanis
trāſitu. Et ceciderūt ī illo tp̄e de ephraim
q̄draginta duo milia. Iudicauit itaq;
iepthe galaadites iſrł ſex ānis: ⁊ mortu-
us eſt ac ſepultus ī ciuitate ſua galaad
Poſt hūc iudicauit iſrł abeſſan de beth-
leem: qui habuit triginta filios et toti-
dem filias. Quas emittens foras mari-
tis dedit: et eiuſdē numeri filijs ſuis ac-
cepit vxores: introducens in domū ſuā
Qui ſeptē annis iudicauit iſrahel: mor-
tuuſq; eſt ac ſepultus in bethleem. Cui
ſucceſſit ahialon zabulonites: et iudi-
cauit iſrł decē annis: mortuuſq; eſt ac
ſepultus in zabulon. Poſt hūc iudica-
uit iſrahel abdon filius hellel pharatoni-
tes qui habuit quadraginta filios ⁊ tri-
ginta ex eis nepotes aſcendentes ſuper
ſeptuaginta pullos aſinarū: et iudica-
uit iſrahel octo annis: mortuuſq; eſt ac
ſepultus in pharaton terre ephraim in
monte amalech.

- xiii -

Rurſūq; filij iſrł fecerūt malū in cō-
ſpectu dn̄i qui tradidit eos in ma-
nus philiſtinorū quadraginta annis
Erat autē quidā vir de ſaraa et de ſtirpe
dan nomine manue habens vxorem ſte-
rilem: cui apparuit angelus dn̄i: ⁊ dixit
ad eam. Sterilis es et abſq; liberis ſed
cōcipies et paries filiū. Caue ergo ne
bibas vinū ac ſicerā nec immūdū quic-
q̄ comedas: quia cōcipies et paries fili-
um: cuius nō tanget caput nouacula.

Erit em̄ nazareus dei ab infantia ſua et
ex m̄rīs vtero ⁊ ipſe incipiet liberare iſrl̄
de manu philiſtinorū. Que cū veniſſet
ad maritū ſuū dixit ei. Vir dei venit ad
me habens vultū angelicū terribilis ni-
mis. Quē cū interrogaſſem quis eſſet ⁊
vnde veniſſet ⁊ quo nomine vocaretur
noluit michi dicere: ſed hoc reſpōdit.
Ecce cōcipies ⁊ paries filiū. Caue ne vi-
nū bibas nec ſicerā: et ne aliquo veſca-
ris immūdo. Erit em̄ puer nazareus ab
infantia ſua et ex vtero matris ſue uſqȝ
ad diē mortis ſue. Orauit itaqȝ manue
dn̄m ⁊ ait. Obſecro dn̄e ut vir dei quē
miſiſti veniat iterū: et doceat nos quid
nos debeamus facere de puero qui naſci-
turus eſt. Exaudiuitqȝ dn̄s deprecantē
manue et apparuit rurſū angelus domi-
ni vxori eius ſedenti in agro. Manue au-
tem maritus eius nō erat cū ea. Que cū
vidiſſet angelū feſtinauit et cucurrit ad
virū ſuū: nūciauitqȝ ei dicens. Ecce ap-
paruit michi vir quē ante videra. Qui
ſurrexit ⁊ ſecutus eſt vxorem ſuā. Veni-
enſqȝ ad virū dixit ei. Tu es qui locu-
tus es mulieri. Et ille reſpondit ego ſū
Cui manue. Quādo inquit ſermo tuus
fuerit expletus: quid vis ut faciat puer
aut a quo ſe obſeruare debebit. Dixitqȝ
angelus dn̄i ad manue. Ab omībȝ que
locutus ſū vxori tue abſtineat ſe: et q̄c-
quid ex vinea naſcitur nō comedat: vi-
num ⁊ ſiceram non bibat: nullo veſca-
tur immūdo ⁊ quod ei precepi impleat
atqȝ cuſtodiat. Dixit itaqȝ manue ad
angelū dn̄i. Obſecro te ut acquieſcas p̄-
cibus meis: et faciamus tibi hedū de ca-
pris. Cui reſpondit angelus. Si me co-
gis nō comedā panes tuos: ſi aūt vis
olocauſtū facere offer illud dn̄o. Et ne-
ſciebat manue q angelus domini eſſet

Dixitqȝ ad eū. Qd̄ eſt tibi nomen: ut ſi
ſermo tuus fuerit expletꝰ honoremꝰ te.
Cui ille rn̄dit. Cur queris nomē meū:
qđ eſt mirabile. Tulit itaqȝ manue he-
dū de capris et libamenta: et poſuit ſup
petram offerēs dn̄o qui facit mirabilia
Ipſe aūt ⁊ vxor eius intuebant̄. Cūqȝ
aſcenderet flamma altaris in celū: ange-
lus dn̄i pariter in flāma aſcēdit. Quod cū
vidiſſet manue ⁊ vxor eius: proni ceci-
derūt in terrā: ⁊ vltra eis nō apparuit an
gelus dn̄i. Statimqȝ intellexit manue
angelū dn̄i eſſe ⁊ dixit ad vxorē ſuam
Morte moriemur: q̄ vidimus dn̄m.
Cui reſpondit mulier. Si dn̄s nos vel
let occidere de manibȝ noſtris olocauſtū
et libamenta nō ſuſcepiſſet: nec oſtēdiſ
ſet nobis hec omīa: neqȝ ea que ſūt ven
tura dixiſſet. Peperit itaqȝ filiū et voca
uit nomē eius ſamſon. Creuitqȝ puer
et benedixit ei dn̄s: cepitqȝ ſpūs dn̄i eſſe
cū eo ī caſtris dan ī terra ſaraa ⁊ eſthaol

Deſcendit ergo ſamſon .xiiij.
in thamnatha: videnſqȝ ibi muli-
erem de filiabus philiſtijm: aſcendit et
nūciauit patri ſuo et matri ſue dicens.
Vidi mulierē in thamnatha de filiabus
philiſtinorū: quā queſo ut michi acci-
piatis vxorem. Cui dixerūt pater et ma
ter ſua. Nunquid nō eſt mulier in filia
bus fratrū tuorū et in omī populo tuo
quia vis accipere vxorē de philiſtijm: q̄
incircūciſi ſūt. Dixitqȝ ſamſon ad patrē
ſuū. Hanc michi accipe: quia placuit ocu
lis meis. Parentes autē eius neſciebāt
q res a dn̄o fieret: et quereret occaſio-
nē cōtra philiſtijm. Eo em̄ tp̄e dn̄a
bātur philiſtijm iſrahel. Deſcēdit itaqȝ
ſamſon cū pr̄e ſuo ⁊ matre in thānatha
Cunqȝ veniſſent ad vineas oppidi appa
ruit catulus leonis ſeuus et rugiens:

et occurrit ei. Irruit autē ſpiritus dn̄i
in ſamſon: et dilacerauit leonem quaſi
hedum i fruſta decerperet nichil om̄ino
habens in manu: et hoc patri ⁊ matri
noluit indicare. Deſcenditqꝫ ⁊ locutus
eſt mulieri que placuerat oculis eius.
Et poſt aliquot dies reuertens ut accipe-
ret eam: declinauit ut videret cadauer
leonis. Et ecce examen apum in ore le-
onis erat: ac fauus mellis. Quem cū
ſumpſiſſet in manibꝫ comedebat ī via:
veniensqꝫ ad patrē ſuū ⁊ matrem dedit
eis partem qui ⁊ ipſi comederūt: nec ta-
men eis voluit indicare φ mel de corpo-
re leonis aſſūpſerat. Deſcendit itaqꝫ pa-
ter eius ad mulierē: ⁊ fecit filio ſuo ſam-
ſon cōuiuiū. Sic em̄ iuuenes facere cō-
ſueuerāt. Cū ergo ciues loci illius vi-
diſſent eū dederūt ei ſodales triginta qui
eſſent cū eo. Quibꝫ locutus eſt ſamſon
Proponā vobis queſtionis problema
qđ ſi ſolueritis michi intra ſeptem dies
cōuiuij dabo vobis triginta ſyndones
et totidem tunicas. Si m autē nō potueri-
tis ſoluere: vos dabitis michi triginta
ſyndones et eiuſdem numeri tunicas.
Qui reſpōderūt ei. Propone problema
ut audiamus. Dixitqꝫ eis. De comedēte
exiuit cibꝫ: ⁊ de forti egreſſa eſt dulcedo
Nec potuerūt ꝑ tres dies propoſicōnem
ſoluere. Cumqꝫ adeſſet dies ſeptimus:
dixerūt ad vxorē ſamſon. Blandire vi-
ro tuo: ⁊ ſuade ei ut indicet tibi quid ſi-
gnificet problema: qđ ſi facere nolue-
ris: incendemus te et domum patris tui.
An idcirco vocaſtis nos ad nuptias ut
ſpoliaretis. Que fundebat apud ſam-
ſon lacrimas: et querebat dicens. Odi-
ſti me ⁊ non diligis: idcirco problema
qđ propoſuiſti filijs populi mei nō vis
michi exponere. At ille reſpōdit. Patri
meo et matri nolui dicere: et tibi indi-
care potero? Septē igitur diebꝫ cōuiuij
flebat ante eū. tandemqꝫ die ſeptimo cū
ei eſſet moleſta expoſuit. Que ſtatim in-
dicauit ciuibus ſuis. Et ille dixerūt ei
die ſeptimo ante ſolis occubitū. Quid
dulcius melle: et quid fortius leone?
Qui ait ad eos. Si nō araſſetis in vi-
tula mea nō inueniſſetis propoſicōnem
meam. Irruit itaqꝫ in eū ſpiritus dn̄i
deſcenditqꝫ aſcolonem et percuſſit ibi tri-
ginta viros quoꝝ ablatas veſtes dedit
hijs qui problema ſoluerāt. Iratuſqꝫ
nimis aſcēdit in domū patris ſui: vxor
autē eius accepit maritū vnū de amicis
eius et pronubis.

xv.

Post aliquantū aūt temporis cum
dies triticee meſſis inſtarēt venit
ſamſon. inuiſere volens vxorē ſuam:
et attulit ei hedū de capris. Cūqꝫ cubicu-
lū eius ſolito vellet intrare: prohibuit
illū pater illius dicens. Putaui φ odiſ-
ſes eam: et ideo tradidi illā amico tuo
Sed habet ſororem q̄ iunior ⁊ pulcrior
illa eſt: ſit tibi pro ea vxor. Cui ſam-
ſon reſpondit. Ab hac die nō erit culpa
in me cōtra philiſteos. Faciā em̄ vobis
mala. Perrexitqꝫ ⁊ cepit trecentas vul-
pes: caudaſqꝫ earū iunxit ad caudas ⁊
faces ligauit in medio: quas igne ſuc-
cendens dimiſit ut huc illucqꝫ diſcurre-
rent. Que ſtatim perrexerūt in ſegetes
philiſtinorū. Quibus ſuccenſis et cō-
portate iam fruges ⁊ adhuc ſtantes in
ſtipula cōcremate ſūt: intantū ut vine-
as q̄ꝫ et oliueta flāma cōſumeret. Dixe-
rūtqꝫ philiſthijm? Quis fecit hāc rem.
Quibꝫ dictū eſt ſamſon gener thamna-
thei: quia tulit vxorem eius ⁊ alteri tra-
didit hec operatus ē. Aſcenderūtqꝫ phi-
liſthijm et cōbuſſerūt tam mulierem q̄ꝫ

patrē eius. Quibꝫ ait ſamſon. Licet hec
feceritis tamen adhuc ex vobis expetā
vltionē: et tūc quieſcā. Percuſſitq; eos
ingenti plaga: ita ut ſtupentes ſurā fe-
mori imponerent. Et deſcendens habita-
uit in ſpelunca petre etham. Igitᷣ aſcen-
dentes philiſtijm in terra iuda caſtrame-
tati ſūt in loco qui poſtea vocatus eſt le-
chi id eſt maxilla: vbi eorū fuſus eſt ex-
ercitus. Dixerūtq; ad eos de tribu iuda
Cur aſcēdiſtis aduerſū nos. Qui reſpō-
derūt. Vt ligemus ſamſon venimus et
reddamus ei que in nos operatus eſt.
Deſcenderūt ergo tria milia virorū de iu-
da ad ſpecū ſilicis etham. Dixerūtq; ad
ſamſon. Neſcis ꝙ philiſtijm imperent
nobis. Quare hoc facere voluiſti. Qui-
bus ille ait. Sicut fecerūt michi: ſic fe-
ci eis. Ligare inquit te venim⁹: et trade-
re in manus philiſtinorū. Quibꝫ ſam-
ſon iurate ait ⁊ ſpondete michi: ꝙ non
occidatis me. Dixerūt. Non te occidem⁹
ſed vinctū tradimus. Ligauerūtq; cum
duobꝫ nouis funibꝫ: et tulerūt eū de pe-
tra etham. Qui cū veniſſet ad locū maxil-
le et philiſtijm vociferātes occurriſſent
ei irruit ſpiritus dn̄i in eū: ⁊ ſicut ſolēt
ad odorē ignis ligna conſumi ita vincu-
la quibꝫ ligat⁹ erat diſſipata ſūt ⁊ ſolu-
ta. Inuentāq; maxillā id eſt mandibu-
lā aſini que iacebat arripiens: interfecit
in ea mille viros et ait. In maxilla aſi-
ni in mādibula pulli aſinarū deleui eos
et percuſſi mille viros. Cūq; hec verba
canens cōpleſſet proiecit mādibulam
de manu: et vocauit nomē loci illius ra-
mathlechi qđ interpretatᷣ eleuacō maxil-
le. Sitienſq; valde clamauit ad dn̄m
et ait. Tu dediſti in manu ſerui tui ſalu-
tē hāc maximā atq; victoriam: et en ſiti
morior: incidāq; in manus incircūciſorū

aperuit itaq; dn̄s molarē dentē i maxil-
la aſini: et egreſſe ſūt ex eo aque. Qui-
bus hauſtis refocillauit ſpiritū ⁊ vires
recepit. Idcirco appellatū eſt nomē lo-
ci illius inuocantis fons de maxilla: uſ-
q; in preſentē diē. Iudicauitq; iſrl': in
diebus philiſtijm viginti annis. XVI

Abijt q̄q; in gazā ⁊ vidit ibi mulierē
meretricē: ingreſſuſq; eſt ad eā.
Quod cū vidiſſent philiſtijm ⁊ percrebuiſſet
apud eos intraſſe vrbē ſamſon: circū-
dederūt eū poſitis i porta ciuitatis cuſtodi-
bus ⁊ ibi tota nocte cū ſilētio p̄ſtolātes
ut facto mane exeūtē occiderēt. Dormiuit
aūt ſamſon uſq; ad mediū noctis: ⁊ in-
de cōſurgēs apprehēdit ambas porte fo-
res cū poſtibꝫ ſuis ⁊ ſera: impoſitaſq; hu-
meris ſuis portauit ad verticē montis q̄
reſpicit hebron. Poſt hec amauit mulie-
rem q̄ habitauit in valle ſoreth: ⁊ voca-
batur dalida. Veneruntq; ad eā principes
philiſtinoꝝ atq; dixerūt. Decipe eū ⁊ di-
ſce ab illo in quo habeat tantā fortitu-
dinē: ⁊ quō eū ſuperare valeam⁹ ⁊ vin-
ctum affligere. Quod ſi feceris: dabimus
tibi ſinguli mille argenteos. Locuta eſt
ergo dalida ad ſamſon. Dic michi ob-
ſecro in quo ſit tua maxima fortitudo ⁊
qđ ſit quo ligat⁹ erūpere nequeas. Cui
reſpōdit ſamſon. Si ſeptē neruiceis fu-
nibus necdū ſiccis ⁊ adhuc humētibꝫ
ligatus fuero: infirmus ero ut ceteri ho-
mines. Attulerūt ad eā ſatrape philiſti-
norū ſeptē funes ut dixerat: quibꝫ vin-
xit eū latentibꝫ apud ſe inſidijs: ⁊ in cu-
biculo finē rei exſpectantibꝫ. Clamauit-
q; ad eū. Philiſtijm ſup te ſamſon. Qui
rupit vincula quomō ſi rūpat quis fi-
lū de ſtuppa tortū ſputamine cū odorem
ignis acceperit: et nō eſt cognitū i quo
eſſet fortitudo ei⁹. Dixitq; ad eū dalida

Ecce illuſiſti michi: ⁊ falſū locutus es.
Salté nūc indica michi quo ligari de-
beas. Cui ille reſpondit. Si ligatus fu-
ero nouis funibus qui nunq̄ fuerūt in
opere: infirmus ero et aliorū hoīnū ſi-
milis. Quibus rurſū dalida vinxit eū
et clamauit philiſthijm ſup te ſamſon:
in cubiculo inſidijs preparatis. Qui ita
rupit vincula: quaſi fila telarū. Dixit
q̄ dalida rurſū ad eū. Uſq̄quo decipis
me ⁊ falſū loqueris? Oſtēde quo vin
ciri debeas. Cui reſpondit ſamſon. Si
inquit ſeptem crines capitis mei cū licio
plexueris: et clauū hijs circūligatū ter-
re fixeris: infirmus ero. Quod cū feciſ-
ſet dalida: dixit ad eū. Philiſthijm ſup
te ſamſon. Qui cōſurgens de ſomno ex-
traxit clauū cū crinibus et licio. Dixit
q̄ ad eū dalida Quomō dicis q̄ amas
me cū animus tuus nō ſit mecum? Per
tres vices mentitus es michi: et nolui-
ſti dicere in quo ſit maxima fortitudo
tua. Cūq̄ moleſta ei eſſet ⁊ p multos di-
es iugiť adhereret. ſpaciū ad quietē nō
tribuens: defecit anima eius et ad mor-
tem uſq̄ laſſata eſt. Tunc aperiens ve-
ritatem rei dixit ad eam. Ferrū nunq̄
aſcendit ſup caput meū: quia nazareus
id eſt ↄſecratus dn̄o ſū de vtero matris
mee. Si raſū fuerit caput meū recedat
a me fortitudo mea ⁊ deficiā: eroq̄ ſicut
ceteri homines. Videnſq̄ illa q̄ confeſ-
ſus ei eſſet omnē animū ſuū: miſit ad
principes philiſtinorū ac mādauit. Aſcē-
dite adhuc ſemel: quia nūc michi ape-
ruit cor ſuū. Qui aſcenderūt aſſūpta pe-
cunia quā promiſerāt. At illa dormire
eū fecit ſup genua ſua: et in ſinu ſuo re
clinare caput. Vocauitq̄ tōſorē et raſit
ſeptē crines eiꝰ ⁊ cepit abigere eū ⁊ a ſe
repellere. ſtatī eī de eo fortitudo diſceſſit
Dixitq̄ philiſthijm ſup te ſamſon. Qui
de ſomno cōſurgens dixit ī animo ſuo
Egrediar ſicut ante feci et me excutiam
neſciens q̄ ab eo receſſiſſet dn̄s. Quē
cū apprehendiſſent philiſthijm ſtatim eru-
erūt oculos eius: ⁊ duxerūt gazam vin-
ctum cathenis: et clauſū in carcere mo-
lere fecerūt. Iamq̄ capilli eius renaſci
ceperāt: et principes philiſtinorū cōue-
nerūt in vnum ut immolarent hoſtias
magnificas dagon deo ſuo ⁊ epularen
tur dicentes: tradidit deus noſter inimi-
cum noſtrū ſamſon in manus noſtras
Quod etiā populus videns laudabat de-
um ſuū: eademq̄ dicebat. Tradidit deus
noſter aduerſariū nr̄m in manꝰ noſtras
qui deleuit terram noſtrā et occidit plu-
rimos. Letanteſq̄ per cōuiuia ſūptis iā
epulis preceperūt ut vocaretur ſamſon
et ante eos luderet. Qui adductꝰ de car-
cere ludebat ante eos: fecerūtq̄ eum
ſtare inter duas columnas. Qui dixit
puero regenti greſſus ſuos. Dimitte me
ut tangā colūnas quibus oīs immi-
net domus. et reclinet ſup eas ⁊ paulu-
lū requieſcā. Domus aūt erat plena vi-
rorū ac mulierū: et erāt ibi oēs prin-
cipes philiſtinorū: ac de tecto ⁊ ſolario
circiter tria milia vtriuſq̄ ſexus ſpecta-
bant ludentē ſamſon. At ille inuocato
dn̄o ait. Dn̄e deus meus memento mei
et redde michi nūc fortitudinem priſti-
nā deus meus ut vlciſcar me de hoſtibꝫ
meis: et pro amiſſione duorū luminū
vnā vltionē recipiā. Et apprehendens
ambas colūnas quibus innitebatur do
mus: alterāq̄ earū dextra. et alterā leua
tenens ait. Moriatur anima mea cum
philiſthijm. Concuſſiſq̄ fortiter colūnis
cecidit domus ſup oēs principes ⁊ cete-
rā multitudinē que ibi erat. Multoſq̄

plures interfecit moriens: q̄ ante viu⁹
occiderat. Deſcendentes aūt frēs ei⁹ ⁊ vni-
uerſa cognacō tulerūt corpus eius: et
ſepelierūt inter ſaraa ⁊ eſtahol in ſepul-
cro patris ſui manue: iudicauitq; iſrl
viginti annis. XVII.

[H]Uitq; eo tpe vir quidā de monte
ephraim noīe michas q̄ dixit ma-
tri ſue. Mille cētū argenteos q̄s ſepara-
ueras ⁊ ſup quib⁹ me audiēte iuraueras
ecce ego habeo: ⁊ apud me ſūt. Cui illa
reſpondit. Benedictus fili⁹ meus dño.
Reddidit ergo eos mri ſue q̄ dixerat ei
Cōſecraui ⁊ voui hoc argētū dño: ut de
manu mea ſuſcipiat fili⁹ meus ⁊ faciat
ſculptile atq; cōflatile: ⁊ nūc trado il-
lud tibi. Reddidit igit̄ eos matri ſue.
Que tulit ducētos argēteos ⁊ dedit eos
argētario ut faceret ex eis ſculptile atq;
cōflatile qd̄ fuit ī domo miche. Qui e-
diculā q̄z ī ea deo ſeparauit: ⁊ fecit ephot
theraphim id ē veſtē ſacerdotalē ⁊ ydola
Impleuitq; vni⁹ filioꝝ ſuorū manū: ⁊
fact⁹ ē ei ſacerdos. In dieb⁹ illis nō erat
rex in iſrl: ſed vnuſq̄ſq; qd̄ ſibi rectum
videbat̄ hoc faciebat. Fuit q̄z in tpe illo
alter adoleſcens de bethleem iuda ex co-
gnacōe ei⁹ eratq; ip̄e leuites ⁊ habitabat
ibi. Egreſſuſq; de ciuitate bethleem pere-
grinari voluit vbicūq; ſibi comodū re-
periſſet. Cūq; veniſſet ī montē ephraim
iter facīes ⁊ declinaſſet parūper in domo
miche: interrogat⁹ ē ab eo vnde veniſš
Qui rn̄dit. Leuita ſū de bethleem iuda ⁊
vado ut habitē vbi potuero et vtile mi-
chi eſſe pſpexero. Mane apud me inq̄t
et eſto michi parēs ac ſacerdos: daboq;
tibi p annos ſinglos decem argēteos ac
veſtē duplicē ⁊ q̄ ad victū ſūt neceſſaria
Acqeuit ⁊ māſit apud hoīe: fuitq; illi
q̄ſi vn⁹ de filijs. Impleuitq; micha ma-
nū ei⁹: et habuit puerū ſacerdotē apud
ſe nūc ſcio dicēs q̄ bene faciet michi de⁹
habēti leuitici generis ſacerdotē. XVIII.

[I]N dieb⁹ illis nō erat rex ī iſrl: ⁊ tribus
dan q̄rebat poſſeſſionē ſibi ut habitaret
in ea. Uſq; ad illū eni diem inter ceteras
trib⁹ ſortē nō acceperat. Miſerūt ergo
filij dan ſtirpis ⁊ familie ſue qnq; viros
fortiſſimos de ſaraa ⁊ eſtahol: ut explo-
rarent terram et diligenter inſpicerent.
Dixerūtq; eis. Ite ⁊ cōſiderate trā. Qui
cū pergētes veniſſēt in mōtē ephraim et
intraſſent domū miche: requieuerūt ibi
Et agnoſcentes vocē adoleſcentis leuite
vtenteſq; illi⁹ diuerſorio: dixerūt ad eū
Quis te huc adduxit? Quid hic agis?
Quamobcauſam huc venire voluiſti?
Qui reſpondit eis. Hec et hec preſtitit
michi michas: ⁊ me mercede cōduxit ut
ſim ei ſacerdos. Rogaueruntq; eū ut con-
ſuleret dn̄m: ⁊ ſcire poſſent an pſpero
itinere pgerēt ⁊ res haberet affectū. Qui
reſpondit eis. Ite cū pace. Dn̄s reſpicit
viā veſtrā ⁊ iter quo pgitis. Euntes igi-
tur qnq; viri venerūt lais: videruntq;
ppl̄m habitātē in ea: abſq; vllo timore
iuxta cōſuetudinē ſidoniorum: ſecurū ⁊
quietū nullo eis penit⁹ reſiſtēte magna
rūq; opū: et pcul a ſidone atq; a cūctis
hominib⁹ ſeparatū. Reuerſiq; ad frēs
ſuos in ſaraa ⁊ eſtahol: ⁊ q̄d egiſſēt ſci-
ſcitātib⁹ reſpōderūt. Surgite et aſcēda-
mus ad eos. Vidimus enim terrā valde
opulentā ⁊ vberē. Nolite negligere no-
lite ceſſare. Eam⁹ ⁊ poſſideam⁹ eā null⁹
erit labor. Intrabim⁹ ad ſecuros ī regi-
onē latiſſimā: tradetq; nobis dominus
locū in quo nullius rei eſt penuria eorū
que gignūtur in terra. Profecti igitur
ſunt de cognacōne dan de ſaraa. et eſta-
hol. ſexcenti viri accincti armis bellicis:

aſcendenteſq; manſerūt in cariathiarim
iude: qui locus ex eo tpe caſtroꝝ dan
nomē accepit: et ē poſt tergū cariathi-
arim. Inde trāſierūt in montē ephraim
Cūq; veniſſent ad domū miche: dixerūt
quinq; viri qui prius miſſi fuerant ad
cōſiderādā terrā lais ceteris fratribꝰ ſu-
is. Noſtis q̄ i domibꝰ iſtis ſit ephod et
theraphim ⁊ ſculptile atq; conflatile?
Videte quid vobis placeat. Et cū pau-
lulum declinaſſent ingreſſi ſunt domū
adoleſcentis leuite qui erat in domo mi-
che: ſalutaueruntq; eum verbis paci-
ficis: ſexcenti autē viri ita ut erant ar-
mati ſtabāt ante oſtium. At illi qui in-
greſſi fuerāt domū iuuenis ſculptile et
ephod et theraphim atq; cōflatile tolle-
re nitebātur: ⁊ ſacerdos ſtabat āte oſtiū
ſexcentis viris fortiſſimis: haut procul
expectātibꝰ. Tulerūt igit̄ qui intraue-
rant ſculptile ephod et ydola atq; cōfla-
tile. Quibus dixit ſacerdos? Quid faci-
tis? Cui reſpōderūt. Tace et pone digi-
tū ſup os tuū: veniq; nobiſcū: ut habe-
amus te patrē ac ſacerdotē? Quid tibi
melius eſt ut ſis ſacerdos in domo vniꝰ
viri: an in vna tribu ⁊ familia i iſrahel
Quod cū audiſſet acquieuit ſermonibꝰ
eorū: et tulit ephod et ydola ac ſculpti-
le et profectus eſt cū eis. Qui cū pgerēt
et ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumē-
ta et omē quod erat precioſū iā a domo
miche eſſent ꝓcul viri q̄ habitāt i edibꝰ
miche cōclamātes ſecuti ſūt: et poſt ter-
gū clamare ceperūt. Qui cū reſpexiſſent
dixerūt ad michā? Quid tibi vis? Cur
clamas. Qui rn̄dit. Deos meos quos
michi feci tuliſtis et ſacerdotē ⁊ omia q̄
habeo: et dicitis qd tibi eſt. Dixeruntq;
ei filij dan. Caue ne vltra loquaris ad
nos: et veniāt ad te viri animo cōcitati

et ipſe cum omi domo tua pereas. Et ſic
cepto itinere pꝛexerunt. Videns aūt mi-
cha q̄ fortiores ſe eſſent: reuerſus eſt in
domū ſuā. Sexcenti aūt viri tulerūt ſa-
cerdotē ⁊ que ſupra diximus: venerūt
q; in lais ad populū quieſcentē atq; ſe-
curū: et percuſſerūt eos i ore gladij: vrbē
q; incendio tradiderūt nullo penitꝰ ferē-
te preſidiū eo q̄ procul habitaret a ſydo-
ne et cū nullo hoīnū haberent quicq̄
ſocietatis ac negocij. Erat aūt ciuitas ſi-
ta in regione roob quā rurſū extruen-
tes habitauerūt in ea vocato nomine ci-
uitatis dan iuxta vocabulū patris ſui:
quē genuerat iſrahel q̄ prius lais dice-
batur. Poſueruntq; ſibi ſculptile: ⁊ iona-
than filiū gerſan filij moyſi ac filios eiꝰ
ſacerdotes in tribu dan: uſq; ad diē ca-
ptiuitatis ſue. Manſitq; apud eos ydo-
lū miche omi tempore quo fuit domus
dei in ſylo. In diebus illis nō erat rex
in iſrahel. ~~xviii.~~ C. XIX. XIX

Fuit quidā vir leuites habitās in
latere montis ephraim. qui acce-
pit vxorem de bethleem iuda. Que reli
quit eū: et reuerſa eſt i domū patris ſui
bethleem: manſitq; apud eū quatuor
menſibus. Secutuſq; eſt eam vir ſuus
volenſq; recōciliari ei atq; blandiri et
ſecū reducere: habens in cōmitatu pue-
rū ⁊ duos aſinos. Que ſuſcepit eū: et
introduxit i domū patris ſui. Quod cū
audiſſet ſocer eius eūq; vidiſſet occur-
rit ei letus. ⁊ amplexatus eſt hominē
Manſitq; gener in domo ſoceri tribus
diebus comedens cū eo ⁊ bibens famili-
ariter. die aūt quarto de nocte cōſurgēs
proficiſci voluit. Quem tenuit ſocer: et
ait ad eū. Guſta prius puſillū panis ⁊
cōforta ſtomachū ⁊ ſic ꝓficiſceris. Se-
deruntq; ſimul. ac comederūt et biberunt

Dixitq; pater puelle ad generū ſuū· q̄ſo
te ut hodie hic maneas pariterq; letemur
At ille ɔſurgēs cepit velle pficiſci: ⁊ ni-
chilominꝰ obnixe eū ſocer tenuit ⁊ apud
ſe fecit manere. Mane autē facto para-
bat leuites iter· cui ſocer rurſū. Obſecro
inq̄t ut paululū cibi capias ⁊ aſſūptis
viribꝫ donec increſcat dies poſtea pfici-
ſcaris. Comederūt ergo ſimul: ſurrexitq;
adoleſcēs ut pgeret cū vxore ſua et pue-
ro. Cui rurſū locutꝰ ē ſocer. Cōſidera q̄d
dies ad occaſū declinior ſit ⁊ ppinq̄t ad
veſperā: mane apud me etiā hodie ⁊ duc
letū diē ⁊ cras pficiſceris ut vadas i do-
mū tuā. Noluit gener acq̄eſcere ſermo-
nibꝫ eiꝰ: ſꝫ ſtatī perrexit et venit cōtra iebꝫ
q̄ altero noīe vocatꝰ ihrl'm ducēs ſecū du-
os aſinos onuſtos ⁊ concubinā. Jāq; ad
erāt iuxta iebꝫ ⁊ dies mutabatꝰ in noctē
Dixitq; puer ad dn̄m ſuū. Veni obſecro
declinemꝰ ad urbē iebuſeoꝝ ⁊ maneamꝰ
in ea. Cui rn̄dit dn̄s. Nō ingrediar op-
pidū gētis aliene q̄ nō ē de filijs iſrl': ſed
trāſibo uſq; gabaa· et cū illuc puenero
manebimꝰ i ea aut certe in vrbe rama.
Trāſierūt ergo iebꝫ ⁊ ceptū carpebāt iter
occubuitq; eis ſol iuxta gabaa q̄ ē in tri-
bu bēiamin: diuerterūtq; ad eā ut mane-
rēt ibi. Quo cū intraſſēt ſedebāt i platea
ciuitatis: ⁊ nullꝰ eos recipere voluit hoſ-
picio. Et ecce apparuit homo ſenex redi-
ens de agro ⁊ de opē ſuo veſperi q̄ ⁊ ipē
de mōte erat ephraim ⁊ peregrinꝰ habita-
bat i gabaa. Hoīes aūt regionis illiꝰ
erāt filij iemini. Eleuatiſq; oculis vidit
ſenex ſedentē hoīē cū ſarcinulis ſuis in
platea ciuitatis: et dixit ad eū. Vnde ve-
nis: et quo vadis? Qui rn̄dit ei. Profe-
cti ſumꝰ de bethleem iuda: ⁊ peregrinus
ad locū nr̄m q̄ ē i latere mōtis ephraim
vnde ieramꝰ bethleem. Et nūc vadimꝰ
ad domū dei nulluſq; ſub tectū ſuū nos
vult recipere habētes paleas et fenū i aſi-
noꝝ pabulū: ⁊ panē ac vinū i meos et
ācille tue vſus ⁊ pueri q̄ meū eſt. Nul
la re indigemꝰ niſi hoſpicio. Cui rn̄dit
ſenex. Pax tecū ſit. Ego p̄bebo oīa q̄ ne-
ceſſaria ſūt: tātū q̄ſo ne i platea manē-
as. Introduxit eū i domū ſuā ⁊ pabulū
aſinis p̄buit: ac poſtq̄ lauerūt pedes ſu-
os recepit eos i cōuiuiū. Illis epulātibꝫ
et poſt laborē itineris cibo ⁊ potu reficiē-
tibꝫ corpora: venerūt viri ciuitatis illius
filij belial id ē abſq; iugo: et circūdātes
domū ſenis fores pulſare ceperūt clamā-
tes ad dn̄m domꝰ atq; dicētes. Educ vi-
rū q̄ ingreſſꝰ ē domū tuā ut abutamur
eo. Egreſſuſq; ē ad eos ſenex ⁊ ait. No-
lite frēs nolite facere malum hoc: q̄r in-
greſſus eſt homo hoſpiciū meū: ⁊ ceſſa-
te ab hac ſtulticia. Habeo filiā virginē
et hic homo habet cōcubinā educā eas
ad vos ut humilietis eas ⁊ vrām libi-
dinē cōpleatis tātū obſecro ne ſcelꝰ hoc
cōtra naturā operemini i virū. Nolebāt
acq̄eſcere ſermoībꝫ illiꝰ. Quod cernēs ho-
mo adduxit ad eos cōcubinā ſuā: ⁊ eis
tradidit illudēdā. Quā cū tota nocte ab-
uſi eſſēt dimiſerūt eā mane. At mlr̄ re-
cedentibꝫ tenebris venit ad oſtiū domus
vbi manebat dn̄s ſuus et ibi corruit.
Mane facto ſurrexit homo et aperuit o-
ſtiū ut ceptā expleret viā: et ecce cōcubi-
na eiꝰ iacebat ante oſtiū ſparſis i limie
manibꝫ. Cui ille putās eā quieſcere lo-
quebatꝰ. Surge ut ambulemus. Qua
nichil reſpōdēte intelligens q̄d erat mor-
tua tulit eam et impoſuit aſino: reuer-
ſuſq; ē i domū ſuā. Quā cū eſſet ingreſ-
ſus arripuit gladiū: et cadauer vxoris
cū oſſibꝫ ſuis in duodecim partes ac fru-
ſta cōcidens miſit in oēs terminos iſrl'

Quod cū vidiſſent ſinguli cōclamabāt
Nunq̄ res talis facta eſt in iſrahel: ex
eo die quo aſcenderūt patres noſtri de
egipto uſq; in preſens tempus. Ferte
ſententiā: et in cōmune decernite quid
facto opus ſit. .xx.
Egreſſi itaq; ſūt omnes filij iſrl̄ et
pariter cōgregati quaſi vir vn⁹
de dan uſq; berſabee et terra galaad ad
dominū in maſpha: omnes q; anguli po-
pulorū et cuncte tribꝫ iſrl̄ in eccleſiam
pp̄li dei cōuenerūt quadringenta milia
peditū pugnatorum. Nec latuit filios
beniamin: q aſcēdiſſent filij iſrl̄ in ma-
ſpha. Interrogatuſq; leuita maritus
mulieris interfecte. quomō tantū ſcel⁹
perpetratū eſſet reſpōdit. Veni i gabaa
beniamin cū vxore mea: illucq; diuerti
Et ecce hoīes ciuitatis illius circūdedērt
nocte domū in q̄ manebā volentes me
occidere: et vxorē meā incredibili furo-
re libidinis vexantes deniq; mortua eſt
Quā arreptā in fruſta concidi: miſiq; par-
tes in omnes terminos poſſeſſionis veſtre
quia nunq̄ tantū nephas et tam grande
piaculū factū eſt in iſrl̄. Adeſtis omnes fi-
lij iſrl̄ decernite qd̄ facere debeatis. Stāſ-
q; omnis pp̄lus quaſi vnius hominis
ſermone reſpōdit. Nō recedemus in ta-
bernacula noſtra: nec ſuam quiſq̄ intra-
bit domū: ſed hoc cōtra gabaa in com-
mune faciemus. Decē viri eligant e cē-
tum ex omnibus tribubꝫ iſrl̄ et centū de
mille et mille de decem millibꝫ ut cōpor-
tent exercitui cibaria: et poſſim⁹ pugna-
re cōtra gabaa beniamin: et reddere ei
pro ſcelere qd̄ meretur. Cōueniteq; vni-
uerſus iſrl̄ ad ciuitatē q̄ſi homo vnus
eadem mente vnoq; cōſilio: et miſerūt
nūcios ad omnē tribū beniamin q dice-
rent. Cur tātū nephas i vobis repertū
eſt. Tradite hoīes de gabaa qui hoc fla-
gitiū perpetrarūt ut moriant: et aufera-
tur malū de iſrl̄. Qui noluerūt fratrum
ſuorū filiorū iſrl̄ audire mādatū: ſed ex
cūctis vrbibꝫ q̄ ſortis ſue erāt cōuene-
runt in gabaa: ut illis ferrēt auxiliū: et
cōtra vniuerſū pp̄lm iſrl̄ dimicarēt. In-
uentiq; ſūt viginti quinq; milia de benia-
min educentiū gladiū preter habitato-
res gabaa qui ſeptingenti erāt viri for-
tiſſimi ita ſiniſtra ut dextra prelian tes:
et ſic fundis lapides ad certū iacientes
ut capillū q; poſſent percutere: et nequa-
q̄ in alterā partē ictus lapidis deferret.
Virorū q; iſrl̄ abſq; filijs beniamin in-
uenta ſūt q̄dringēta milia educentium
gladios et paratorū ad pugnā: qui ſur-
gentes venerūt in domū dei hoc eſt i ſilo
cōſuluerūtq; dn̄m atq; dixerūt. Quis
erit in exercitu noſtro pn̄ceps certaminis
cōtra filios beniamin. Quibꝫ reſpōdit
dn̄s. Iudas ſit dux veſter. Statimq;
filij iſrl̄ ſurgētes mane caſtrametati ſūt
iuxta gabaa: et inde ꝓcedētes ad pugnā
cōtra beniamin. vrbem oppugnare cepe-
runt. Egreſſiq; filij beniamin de gabaa
occiderunt de filijs iſrl̄ die illo viginti
duo milia virorū. Rurſū filij iſrahel et
fortitudine et numero cōfidentes in eo-
dem loco in quo prius certauerūt aciem
direxerūt: ita tamē ut prius aſcēderent
et flerēt coram dn̄o uſq; ad noctē: cō-
ſulerētq; eū et dicerēt. Debeo vltra ꝓ-
cedere ad dimicandū cōtra filios benia-
min frēs meos an nō. Quibꝫ ille reſpō-
dit. Aſcendite ad eos: et inite certamē
Cūq; filij iſrl̄ altera die cōtra filios ben-
iamin ad preliū ꝓceſſiſſent. erupuerūt
filij beniamin de portis gabaa et occurrē-
tes eis tanta in illos cede bacchati ſunt:
ut decē et octo milia virorū educentiū

gladiū ꝑsterneret. Quāobrē om̄s filij isrl̄ venerūt ī domū dei: ⁊ sedentes flebāt corā dn̄o. Ieiunaueruntqꝫ die aūt illo usqꝫ ad vesperā: et obtulerūt ei olocausta atqꝫ pacificas victimas: ⁊ sup statu suo interrogauerūt. Eo tēpore ibi erit archa federis dn̄i et phinees filius eleazari filij aaron prepositus domus. Consuluerūt igit̄ dn̄m atqꝫ dixerunt. Exire vltra debemus ad pugnā cōtra filios bēiamin fr̄es nostros · an quiescere. Quibus ait dn̄s. Ascendite. Cras enī tradam eos in manus vr̄as. Posuerūtqꝫ filij isrl̄ insidias p circuitū vrbis gabaa: et tercia vice sicut semel ⁊ bis cōtra beniamin exercitū ꝓduxerūt. Sed ⁊ filij bēiamin audacter eruperūt de ciuitate ⁊ fugiētes aduersarios longius ꝑsecuti sūt ita ut vulnerarēt ex eis sicut primo die et secūdo: et cederēt p duas semitas vertentes terga quarū vna ferebat̄ in bethel et altera in gabaa: atqꝫ ꝑsternerēt trigīta circiter viros. Putauerunt enī solito eos more cedere. Qui fugā arte simulātes inierūt cōsiliū ut abstraherēt eos de ciuitate: et q̄si fugiētes ad supradictas semitas perducerēt. Om̄s itaqꝫ filij isrl̄ surgentes de sedibꝫ suis tetenderunt aciē in loco qui vocatur baalthamar: insidie quoqꝫ que circa vrbem erāt paulatim se aperire ceperunt: et ab occidentali vrbis parte procedere. Sed ⁊ alia decem milia virorū de vniuerso isrl̄ habitatores vrbis ad certamina prouocabāt: ingrauatūqꝫ est bellū cōtra filios beniamin: et nō intellexerūt q̄ ex omi parte illi⁹ instaret interit⁹. Percussitqꝫ eos dn̄s ī cōspectu filiorū isrl̄ et interfecerūt ex illis in illo die viginti quinqꝫ milia ⁊ centū viros om̄s bellatores et educētes gladiū Filij autē beniamin cū se inferiores esse vidissent ceperūt fugere. Quod cernentes filij isrl̄ dederūt eis ad fugiēdū locū: ut ad preparatas insidias deuenirēt: quas iuxta vrbē posuerāt. Qui cū repēte de latibulis surrexissent et beiamin terga cedētibꝫ daret: ingressi sūt ciuitatē ⁊ pcusserūt eā in ore gladij. Signū aūt dederāt filij isrl̄ hijs q̄s in insidijs collocauerāt: ⁊ postq̄ vrbē cepissent ignē accenderēt: ut ascendēte ī altū fumo captā vrbem demonstrarēt. Quod cum cernerēt filij isrl̄ ī ipo certamie positi · putauerūt enī filij beniamin eos fugere ⁊ instātius persequebant̄: cesis de exercitu eorꝫ triginta viros: et viderunt quasi columnā fumi de ciuitate cōscendere · beniamin qꝫ respiciens retro cū captā cernerent ciuitatem et flammas in sublime ferri: qui prius simulauerant fugā · versa facie fortius resistebāt. Quod cū vidissent filij beniamin in fugā versi sunt: et ad viā deserti ire ceperunt: illuc quoqꝫ eos aduersarijs persequentibꝫ. Sed et hij qui vrbē succenderant occurrerūt eis: atqꝫ ita factum est ut ex vtraqꝫ parte ab hostibus cederentur: nec erat vlla requies morientium. Ceciderūt atqꝫ prostrati sūt ad orientalem plagam vrbis gabaa. Fuerūt aūt qui in eodē loco interfecti sunt decem et octo milia virorū: omnes robustissimi pugnatores. Quod cū vidissent q̄ remanserant de beniamin fugerunt in solitudinem: et pergebant ad petram cui⁹ vocabulū est remmon. In illa quoqꝫ fuga palantes et in diuersa tendentes occiderunt quinqꝫ milia viros. Et cū vltra tenderēt psecuti sūt eos: et interfecerunt etiā alia duo milia. Et sic factum est ut omnes qui ceciderant de beniamin in diuersis locis essent viginti quinqꝫ milia pugnatores ad bella promptissimi

Remanſerunt itaq; de omī numero beniamin qui euadere potuerūt et fugere in ſolitudinē ſexcenti viri: ſederūtq; in petra remmon menſib; quatuor. Regreſſi aūt filij iſrahel omīs reliquias ciuitatis a viris uſq; ad iumenta gladio percuſſerunt: cūctaſq; vrbes ⁊ viculos beniamin vorax flāma cōſumpſit.

xxi

Iurauerāt q̄ filij iſrahel in maſpha: ⁊ dixerūt. Nullus noſtrū dabit filijs beniamin de filiab; ſuis vxorem. Veneruntq; omnes ad domū dei in ſylo: et in cōſpectu eius ſedentes uſq; ad veſperā leuauerūt vocem: ⁊ magno vlulatu ceperunt flere dicentes. Quare dñe deus iſrahel factū eſt hoc malū in populo tuo ut hodie vna tribus auferetur ex nobis? Altera aūt die diluculo cōſurgētes extruxerūt altare: obtulerūtq; ibi olocauſta et pacificas victimas ⁊ dixerūt. Quis nō aſcendit in exercitū dñi de vniuerſis tribub; iſrl'. Grandi em̄ iuramento ſe cōſtrinxerāt cū eſſent in maſpha: interfici eos qui defuiſſent: ductiq; penitentia filij iſrahel ſup fratre ſuo beniamin ceperunt dicere. Ablata eſt tribus vna de iſrahel. Unde vxores accipient? Omnes em̄ in cōmune iurauimus non daturos nos hijs filias noſtras. Idcirco dixerūt. Quis eſt de vniuerſis tribub; iſrl': q nō aſcendit ad dominū in maſpha? Et ecce inuēti ſūt habitatores iabis galaad in illo exercitu nō fuiſſe. Eo q̄ tempore cū eſſent in ſylo nullus ex eis ibi repertus ē. Miſerūt itaq; decēmilia viros robuſtiſſimos: et preceperūt eis. Ite ⁊ pcutite habitatores iabis galaad in ore gladij tam vxores q̄ paruulos eorum et hoc erit qd obſeruare debebitis. Omē generis maſculini et mulieres q̄ cognouerūt viros interficite: virgines reſeruate. Inuenteq; ſūt de iabis galaad quadringente virgines: que neſcierūt viri thorū: et adduxerāt eas ad caſtra in ſylo in terrā chanaan. Miſerūtq; nūcios ad filios beniamin qui erāt in petra remmon: et preceperūt eis ut eos ſuſciperēt in pace. Veneruntq; filij beniamin i illo tempore: et date ſūt eis vxores de filiabus iabis galaad: alias aūt nō repererūt quas ſimili modo traderent. Uniuerſuſq; iſrahel valde doluit. et egit penitētiam ſup interfectione vnius tribus ex iſrahel: dixerūtq; maiores natu. Quid faciemus reliquis qui nō acceperūt vxores. Omēs in beniamin femine cōciderūt et magna nobis cura ingentiq; ſtudio prouidendū eſt: ne vna tribus deleatur ex iſrahel. Filias em̄ noſtras eis dare nō poſſum⁹ cōſtricti iuramento ⁊ maledictione qua dixim⁹: maledictus qui dederit de filiab; ſuis vxorē beniamin. Ceperūtq; cōſiliū: atq; dixerūt. Ecce ſolēnitas dñi eſt in ſylo anniuerſaria: que ſita eſt ad ſeptentrionē vrbis bethel ad orientalem plagā vie q̄ de bethel tendit ad ſychimā ⁊ ad meridiē oppidi lebona. Preceperūtq; filijs beniamin atq; dixerunt. Ite et latitate in vineis. Cumq; videritis filias ſylo ad ducēdos choros ex more procedere: exite repente de vineis et rapite ex eis ſinguli vxores ſingulas: et pergite in terram beniamin. Cūq; venerint patres earū ac fratres et aduerſū vos queri ceperint atq; iurgari: dicemus eis. Miſeremini eorū. Nō em̄ rapuerūt eas iure bellantiū atq; victor ſed rogātib; ut acciperent nō dediſtis: et a veſtra parte peccatū eſt. Feceruntq; filij beniamin ut ſibi fuerat imperatū: et iuxta numerū ſuū rapuerūt ſibi de hijs que ducebāt choros vxores ſingulas:

abierūtq; in poſſeſſionē ſuā edificātes
vrbes et habitantes in eis. Filij quoq; iſrl'
reuerſi ſunt p tribus familias in taber-
nacula ſua. In diebus illis nō erat rex
in iſrahel: ſed vnuſquiſq; quod ſibi re-
ctum videbatur hoc faciebat. Explicit
lib' Judicū. Incip' lib' Ruth.

In diebus vnius iudicis quando iudi-
ces preerāt facta ē fames in terra. Abijt
ergo homo de bethleem iuda ut peregri-
naretur in regione moabitide cum vxo-
re ſua ac duobus liberis. Ipſe vocaba-
tur elimelech et vxor ei' noemi: et duo
filij alter maalon ⁊ alter chelion effratei
de bethleem iuda. Ingreſſiq; regionem
moabitidem morabantur ibi. Et mor-
tuus ē elimelech maritus noemi: remā-
ſitq; ipſa cum filijs. Qui acceperūt vxo-
res moabitides: quarum vna vocaba-
tur orpha alteraq; ruth. Manſerūtq;
ibi decem annis: et ambo mortui ſunt:
maalon videlicet et chelion: remāſitq;
mulier orbata duobus liberis ac mari-
to. Et ſurrexit ut in patriam pergeret:
cum vtraq; nuru ſua de regione moa-
bitide. Audierat enim q reſpexiſſet domi-
nus populum ſuum ⁊ dediſſet eis eſcas.
Egreſſa eſt itaq; de loco peregrinacōis
ſue cum vtraq; nuru: et iam in via re-
uertendi poſita in terram iuda: dixit ad
eas. Ite in domū matris veſtre. Faciat
vobiſcū dominus miſericordiam: ſicut
feciſtis cū mortuis et mecū. Det vobis
inuenire requiem in domibus virorū:
quos ſortiture eſtis. Et oſculata ē eas.
Que eleuata voce flere ceperūt ⁊ dicere.
Tecū pergemus ad populū tuū. Quibus
illa reſpōdit. Reuertimini filie mi. Cur
venitis mecū? Nū vltra habeo filios in
vtero meo: ut viros ex me ſperare poſ-
ſitis. Reuertimini filie mi et abite. Jā
enī ſenectute cōfecta ſum: nec apta vin-
culo cōiugali. Etiā ſi poſſem hac nocte
cōcipere ⁊ parere filios: ſi eos expectare
velitis donec creſcāt ⁊ ānos pubertatis
impleāt: ante eritis vetule q̄ nubatis.
Nolite q̄ſo filie mi: quia vr̄a anguſtia ma-
gis me p̄mit: ⁊ egreſſa eſt manus dn̄i
cōtra me. Eleuata igit' voce ruſū flere
ceperūt. Orpha oſculata eſt ſocrū ac re-
uerſa: ruth adheſit ſocrui ſue. Cui dixit
noemi. En reuerſa eſt cognata tua ad
pp̄lm ſuū et ad deos ſuos: vade cum ea.
Que rn̄dit. Ne aduerſeris michi ut re-
linquā te ⁊ abeā. Quocūq; perrexeris pgā
et vbi morata fueris ⁊ ego pariter mo-
rabor. Pplus tuus pp̄ls me': ⁊ deus tu'
de' meus. Que te terra ſuſceperit morientē
in ea moriar: ibiq; locū accipiā ſepultu-
re. Hec michi faciat de' ⁊ hec addat: ſi
nō ſola mors me a te ſeparauerit. Videns
ergo noemi q obſtinato ruth animo de-
creuiſſet ſecū pergere aduerſari noluit:
nec ad ſuos vltra reditum pſuadere.
Profecteq; ſūt ſimul ⁊ venerūt i bethle-
em. Quib; vrbē ingreſſis velox apud
cunctos fama percrebuit: dicebātq; mulie-
res. Hec eſt illa noemi. Quib; ait. Ne
vocetis me noemi id eſt pulcrā: ſed vo-
cate me mara id eſt amarā quia amaritu-
dine valde repleuit me omīpotēs. Egreſ-
ſa ſū plena ⁊ vacuā reduxit me domin'.
Cur ergo vocatis me noemi quā domi-
nus humiliauit et afflixit omnipotens.
Venit ergo noemi cū ruth moabitide nu-
ru ſua de terra peregrinacōis ſue ac re-
uerſa eſt in bethleem quando primū or-
dea metebantur. II.

Erat autem viro elimelech: con-
ſanguineus homo potens et ma-
gnarum opum nomine booz. Dixitq;
ruth moabitis ad ſocrū ſuā. Si iubes

vadam in agrū ⁊ colligā ſpicas que fu-
gerint manus metentiū: vbicūqȝ clemē-
tis in me patriſfamilias reperero gratiā
Cui illa reſpōdit. Vade filia mi. Abijt
itaqȝ et colligebat ſpicas poſt terga me-
tentiū. Accidit aūt ut ager ille haberet
dn̄m noīe booz: qui erat de cognacōe
elimelech. Et ecce ipſe veniebat de beth-
leem: dixitqȝ meſſoribꝫ. Dn̄s vobiſcū
Qui reſponderūt ei. Benedicat tibi do-
minus. Dixitqȝ booz iuueni qui meſſo-
ribus preerat? Cuiꝰ eſt hec puella. Cui
reſpondit. Hec eſt moabitis que venit
cū noemi de regione moabitide: et roga-
uit ut ſpicas colligeret remanentes. ſe-
quens meſſorū veſtigia. Et de mane uſ-
qȝ nūc ſtat in agro: et nec ad momen-
tum quidem domum reuerſa eſt. Et ait
booz ad ruth. Audi filia. Ne vadas
in alterū agrū ad colligendū nec rece-
das ab hoc loco ſed iungere puellis me-
is: et vbi meſſuerint ſequere. Mādaui
enī pueris meis ut nemo moleſtus ſit
tibi: ſed etiā ſi ſitieris vade ad ſarcinu-
las et bibe aquas de quibꝫ et pueri mei
bibūt. Que cadens in faciem ſuā ⁊ ado-
rans ſup terrā dixit ad eū. Unde hec mi-
chi ut inuenirē gratiā ante oculos tuos
et noſſe me dignareris peregrinā mulie-
rem? Cui ille reſpōdit. Nūciata ſūt mi-
chi omīa q̄ feceris ſocrui tue poſt mortē
viri tui: et qd̄ reliqueris parētes tuos
et terrā in qua nata es: et veneris ad po-
pulū quē antea neſciebas. Reddat tibi
dn̄s pro opere tuo: ⁊ plenā mercedem re-
cipias a dn̄o deo iſrahel ad quē veniſti
et ſub cuius confugiſti alas? Que ait
Inueni gratiā apud oculos tuos dn̄e
mi qui conſolatus es me et locutus es
ad cor ancille tue: q̄ nō ſū ſimilis vniꝰ
puellarū tuarū. Dixitqȝ ad eam booz
Quādo hora veſcēdi fuerit veni huc et
comede panē: et intinge bucellā tuā in
aceto. Sedit itaqȝ ad meſſorꝫ latꝰ ⁊ cō-
geſſit polentā ſibi. comeditqȝ ⁊ ſaturata
eſt ⁊ tulit reliquias. Atqȝ inde ſurrexit
ut ſpicas ex more colligeret. Precepit
aūt booz pueris ſuis dicens. Etiam ſi
vobiſcū metere voluerit ne ꝓhibeatis
eā: ⁊ de veſtris q̄ȝ manipulis proicite de
induſtria ⁊ remanere pmittite ut abſqȝ
rubore colligat: ⁊ colligentē nemo cor-
ripiat. Collegit ergo in agro uſqȝ ad
veſperā: et q̄ collegerat virga cedens et
excutiēs inuenit ordei q̄ſi ephi menſurā
id eſt tres modios: quos portās reuer-
ſa eſt in ciuitatem et oſtendit ſocrui ſue
Inſup protulit ⁊ dedit ei de reliquijs ci-
bi ſui quo ſaturata fuerat. Dixitqȝ ei ſo-
crus ſua? Ubi hodie collegiſti? Et vbi
feciſti opus? Sit benedictus qui miſer-
tus eſt tui. Indicauitqȝ ei apud quem
eſſet operata: et nomē dixit viri ꝙ booz
vocaretur? Cui reſpōdit noemi. Bene-
dictus ſit a dn̄o: quoniā eandē gratiam
quā prebuerat viuis ſeruauit mortuis
Ruſūqȝ ait. Propinquus noſter eſt
homo. Et ruth hec q̄ȝ inquit precepit
michi: ut tamdiu meſſoribꝫ eius iunge-
rer donec oīs ſegetes meterentur? Cui
dixit ſocrus. Melius eſt filia mi ut cum
puellis eius exeas ad metendum: ne
in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi.
Iūcta eſt itaqȝ puellis booz: et tamdiu
cū eis meſſuit donec ordea et triticū i hor-
reis cōderentur.

III.

Poſtq̄ȝ aūt reuerſa eſt ad ſocrum
ſuam: audiuit ab ea. Filia mi que-
ram tibi requiē: et prouidebo ut bene ſit
tibi. Booz iſte cuius puellis i agro iun-
cta es propinquus noſter eſt ⁊ hac no-
cte aream ordei ventilat. Lauare igitur

et vngere ꝛ induere cultioribꝰ veſtimen-
tis: et deſcende in areā. Nō te videat ho-
mo: donec eſū potūq; finierit. Quando
autē ierit ad dormiendū: nota locum in
quo dormiat. Venieſq; et diſcooperies
palliū quo operitur a parte pedum: et
proicies te et ibi iacebis. Ipſe autē di-
cet tibi quid agere debeas. Que reſpon-
dit. Quicquid preceperis faciam. Deſcē-
ditq; in aream: et fecit omnia que ſibi
imperauerat ſocrus. Cumq; comediſſet
booz et bibiſſet ꝛ factus eſſet hilarior
iſſetq; ad dormiendum iuxta aceruū ma-
nipulorum venit abſcondite: et diſco-
operto a pedibus eius pallio ſe proiecit
Et ecce nocte iam media expauit homo
et conturbatus eſt: viditq; mulierem
iacentem ad pedes ſuos. et ait illi. Que
es. Illaq; reſpondit. Ego ſum ruth
ancilla tua. Expande palliū tuum ſuper
famulam tuam: quia propīquus es.
Et ille. benedicta inquit es a domino fi-
lia: et priorem miſericordiā poſteriori
ſuperaſti quia nō es ſecuta iuuenes pau-
peres ſiue diuites. Noli ergo metuere:
ſed quicquid dixeris michi faciam tibi.
Scit enī omnis populus qui habitat in-
tra portas vrbis mee: mulierem te eſſe
virtutis. Nec abnuo me propīquū.
ſed eſt alius me propinquior. Quieſce
hac nocte: et facto mane. ſi te voluerit
propīquitatis iure retinere: bene res
acta eſt. ſin autem ille noluerit. ego te
abſq; vlla dubitacōne ſuſcipiā. viuit
dominus. Dormi uſq; mane. Dormiuit
itaq; ad pedes eius: uſq; ad noctis ab-
ceſſum. Surrexit itaq; antequā homines
ſe cognoſcerent mutuo: et dixit booz.
Caue ne quis nouerit ꝙ huc veneris.
Et rurſum expande inquit pallium tu-
um quo operieris: et tene vtraq; manu

Qua extendente et tenente: menſus eſt
ſex modios ordei ꝛ poſuit ſuper eā. Que
portans ingreſſa eſt ciuitatem: et venit
ad ſocrum ſuam. Que dixit ei. Quid
egiſti filia. Narrauit ei oīa que ſibi
feciſſet homo. Et ait. Ecce ſex modios
ordei dedit michi ꝛ ait. nolo vacuā te re-
uerti ad ſocrū tuā. Dixit noemi. Expe-
cta filia donec videamꝰ quē res exitū ha-
beat. Neq; enī ceſſabit homo: niſi com-
pleuerit qđ locutus eſt. IIII

Aſcendit ergo booz ad portā ꝛ ſedit
ibi. Cūq; vidiſſet ꝓpinquū pteri-
re de q̄ prius ſermo habitꝰ ē dixit ad eū.
Declina paulisper ꝛ ſede hic: vocās eum
noīe ſuo. Qui diuertit ꝛ ſedit. Tollēs
aūt booz decē viros de ſenioribꝰ ciuitatis
dixit ad eos. Sedete hic: quibꝰ reſidētibꝰ
locutꝰ ē ad ꝓpinquū. Partē agri fris nři
elimelech vendet noemi q̄ reuerſa eſt de
regione moabitide: qđ audire te volui
et tibi dicere corā cunctis ſedentibꝰ ꝛ ma-
ioribꝰ natu de pplo meo. Si vis poſſide-
re iure ꝓpinqtatis eme ꝛ poſſide: ſi autē
diſplicet tibi: hoc ipm indica michi: ut
ſciā qd facere debeā. Nullus enī eſt ꝓpin-
quus excepto te q̄ prior es: ꝛ me q̄ ſecūdꝰ
ſū. At ille rn̄dit. Ego agrū emā. Cui di-
xit booz. Quādo emeris agrū de manu
mulieris ruth q̄ moabitide q̄ vxor defū-
cti fuit debes accipere: ut ſuſcites nomē
ꝓpinqui tui i hereditate ſua. Qui rn̄dit
Cedo iure propinquitatis. Neq; enī po-
ſteritatem familie mee delere debeo. Tu
meo vtere priuilegio: quo me libenter
carere profiteor. Hic aūt erit mos anti-
quitus in iſrl̄ inter propinquos: ut ſi
quando alter alteri ſuo iure cedebat: ut
eſſet firma cōceſſio ſoluebat homo cal-
ciamentū ſuū: et dabat propinquo ſuo
Hoc erat teſtimoniū ceſſionis in iſrahel

Dixit ergo ꝓpinquo ſuo booz. Tolle
calciamentū. Quod ſtatim ſoluit de pede
ſuo. At ille maioribꝫ natu et vniuerſo
ꝑplo: teſtes vos inquit eſtis hodie ꝙ poſ-
ſederim om̄ia q̄ fuerūt elimelech ⁊ cheli-
on et maalon tradēte noemi: ⁊ ruth mo-
abitidē vxorē maalon in cōiugiū ſūpſe-
rim ut ſuſcitē nomē defuncti in heredita-
te ſua: ne vocabulū eius de familia ſua
ac fratribꝫ et ꝑplo deleat̄. Vos inquam
huiꝰ rei teſtes eſtis. Reſpōdit om̄is po-
pulus q̄ erat in porta: et maiores natu
Nos teſtes ſumus. Faciat dn̄s hāc mu-
lierem q̄ ingredit̄ domū tuā ſicut rachel
et lyam q̄ edificauerūt domū iſrl̄: ut ſit
exemplū virtutis in effrata et habeat ce-
lebre nomē in bethleem. Fiatq; domus
tua ſicut domus phares quē thamar pe-
perit iude de ſemine qḋ dederit tibi dn̄s
ex hac puella. Tulit itaq; booz ruth et
accepit vxorē: ingreſſuſq; eſt ad eam
dedit illi dn̄s ut cōciperet ⁊ pareret filiū
Dixerūtq; mulieres ad noemi. Benedi-
ctus dn̄s qui nō eſt paſſus ut deficeret
ſucceſſor familie tue: et vocaret̄ nomē
eius in iſrl̄: ⁊ habeas qui cōſoletur ani-
mā tuā ⁊ enutriet ſenectutē. De nuru ei
tua natus eſt q̄ te diliget: et multo tibi
melior eſt ꝙ̄ ſi ſeptē haberes filios. Su-
ſceptūq; noemi puerū poſuit ī ſinu ſuo
et nutricis ac gerule fungebat̄ officiō.
Vicine aūt mulieres cōgratulātes ei et
dicentes natus eſt filius noemi: vocaue-
rūt nomē eius obed. Hic eſt pater yſai
patris dauid. Hee ſūt generacōes pha-
res. Phares genuit eſrom. Eſrom ge-
nuit aram: arā genuit aminadab. Ami
nadab genuit naaſon: naaſon genuit
ſalmon. Salmon genuit booz: booz
genuit obed. Obed genuit yſai: yſai
genuit dauid regem.

Incipit prologus ieronimi in libros regum.

VIginti et duas litte-
ras eſſe apud hebre-
os· ſyrorū quoq; lingua
et chaldeorū teſtatur
hebree magna ex par-
te cōfinis eſt. Nā et
ipſi vigintiduo elementa habent eodem
ſono: ſed diuerſis caracteribꝫ. Sama-
ritani etiā penthateucū moyſi totidē lit-
teris ſcriptitant: figuris tantū et apici-
bus diſcrepantes. Certūq; eſt eſdram
ſcribā legiſq; doctorē· poſt captā ihero-
ſolimā· ⁊ inſtauracōnem templi ſub zo-
robabel· alias litteras repperiſſe quibus
nūc vtimur: cū ad illud uſq; tempus:
idem ſamaritanorū ⁊ hebreoꝝ caracteres
fuerint. In libro quoq; numeroꝝ· hec eadē
ſupputacō· ſub leuitarū ⁊ ſacerdotū cen-
ſu· miſtice oſtēditur: ⁊ nomē dn̄i tetra-
gramaton· in quibuſdā grecis volumi-
nibus uſq; hodie· antiquis expreſſū lit-
teris inuenimꝰ. Sed ⁊ pſalmi· triceſi-
muſſextus· ⁊ centeſimuſdecimus· ⁊ cen-
teſimuſundecimus· et centeſimuſdecimꝰ
octauus· et centeſimuſquadrageſimuſquar-
tus quāquā diuerſo ſcribātur metro: ta-
mē eiuſdē numeri texuntur alphabeto
Et iheremie lamentacōnes· ⁊ oracō eiꝰ
ſalomonis quoq; in fine ꝓuerbia· ab eo lo-
co in quo ait. Mulierē fortē quis inue-
niet: eiſdē alphabetis vel inciſioībꝫ ſup-
putant̄. Porro quinq; littere duplices
apud hebreos ſunt· caph· mem· nun·
phe· ſade. Aliter eīm ſcribūt p has: pn̄-
cipia medietateſq; verboꝝ· aliter fines
Vnde et quinq; a pleriſq; libri duplices
eſtimant̄· ſamuel· malachim· dabreia-
min· eſdras· iheremias cū cynoth· id
eſt lamētacōnibꝫ ſuis. Quomō igitur

vigintiduo elemēta sūt: p q̄ ſcribimus hebraice om̄e qđ loq̄mur et eoꝝ initijs vox humana cōprehendit̄: ita vigintiduo volumia ſupputant̄ quibꝫ q̄ſi litteris et exordijs in dei doctrina tenera adhuc ⁊ lactēs viri iuſti erudit̄ infantia. Prim⁹ apud eos liber vocat̄ breſith quē nos geneſim dicimus. Secūdus elleſmoth q̄ exodus appellat̄. Tercius vagecra id eſt leuiticus. Quart⁹ vagedaber quē numerū vocamus. Quint⁹ elleaddabarim q̄ deuteronomiū p̄notat̄. Hij ſūt q̄nq; libri moyſi: quos proprie thorath id eſt legē appellant. Secūdū prophetarū ordinē faciūt: ⁊ incipiūt a ieſu filio naue: q̄ apud illos ioſue bēnun dicitur. Deinde ſubtexūt ſopthym id ē iudicū librū: ⁊ in eūdē cōpingūt ruth: q2 in diebꝫ iudicū facta ei⁹ narrat̄ hiſtoria Tercius ſequit̄ ſamuel. quē nos regnorū p̄mū ⁊ ſecūdū dicim⁹. Quart⁹ malachim id ē regū: q̄ tercio ⁊ q̄rto regnorū volumīe cōtinetur. Meliuſq; ē multo malachim id ē regū: q̄ malacoth id ē regnorū dicere. Nō eñ multarū gentiū deſcribit regna: ſ; vni⁹ iſrahelitici p̄pli. q̄ tribubꝫ duodecī ɔtinet̄. Quint⁹ ē yſaias. Sextus ieremias. Septim⁹ ezechiel. Octau⁹ liber duodecī prophetaꝝ q̄ apud illos vocat̄ thareaſra. Terci⁹ ordo agiographa poſſidet. Et p̄m⁹ liber incipit ab iob. Secūdꝰ a dauid quē q̄nq; inciſioībꝫ ⁊ vno pſalmoꝝ volumie cōprehendūt. Terci⁹ ē ſalomon tres libros habens. puerbia q̄ illi parabolas id ē maſloth appellāt. Quart⁹ eccl'iaſten id ē coeleth. Q̄nt⁹ ē cāticū cāticorū: quē titulo ſiraſirim p̄notāt. Sext⁹ eſt daniel. Septim⁹ dabreiamin id ē verba dieꝝ qđ ſignificātius cronicon toci⁹ diuine hiſtorie poſſum⁹ appellare: q̄ liber apud nos paralipomenon p̄m⁹ et ſecūd⁹ inſcribit̄. Octau⁹ eſdras q̄ ⁊ ipſe ſimiliter apud grecos et latinos i duos libros diuiſus eſt Nonus heſter. Atq; ita fiūt parit̄ veteris legis libri vigītiduo id ē moyſi q̄nq; ⁊ ꝓphetarū octo: agiogr̄phorū nouem Quāq̄ nōnulli ruth ⁊ cinoth inter agiographa ſcriptitēt ⁊ hos libros ī ſuo putent numero ſupputādos: ac per hoc eſſe p̄ſce legis libros vigintiq̄tuor q̄s ſub numero viginti q̄tuor ſeniorū apocalipſis iohānis induc̄t. adorantes agnū et coronas ſuas ꝓſtratis vultibꝫ offerētes: ſtantibꝫ corā quatuor aīalibꝫ oculatis ante et retro id eſt in p̄teritū et in futurū reſpiciētibꝫ: ⁊ indefeſſa voce clamātibus. ſanctus. ſanctus. ſanctus dn̄s deus omnipotens. qui erat. et qui eſt et qui venturus eſt. Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinū conuertere poteſt: ut ſcire valeamus quicquid extra hos eſt. inter apocrapha eſſe ponendū. Igitur ſapientia q̄ vulgo ſalomonis inſcribitur et iheſu filij ſirach liber et iudith ⁊ thobias et paſtor nō ſunt in canone. Machabeorū p̄mū librū. hebraicum repperi Secūdus grecus eſt: qđ ex ipſa phraſi probari poteſt. Que cum ita ſe habeant obſecro te lector. ne laborem meum reprehenſionem eſtimes antiquorū. In templo dei: offert vnuſquiſq; quod poteſt. Alij aurū et argentum et lapides p̄cioſos. Alij biſſum et purpuram ⁊ coccum offerunt ⁊ iacinctum. Nobiſcum bene agitur: ſi obtulerimus pelles ⁊ caprarū pilos. Et tamē apoſtolus cōtēptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat Unde et tota illa tabernaculi pulcritudo et per ſingulas ſpecies eccleſie p̄ſentis.

futureq3 diſtinctio p libꝛ tegitur ⁊ ali-
cuius: arboꝛeq3 ſolis ⁊ miſeria ꝑ ymbꝛium
ea q̄ vilioꝛa ſūt pꝛohibent. Lege ergo
ꝑmū ſamuel ⁊ malachim meū. Meū in
quā meū. Quicq̄d em̄ crebrius vertendo
et emēdādo ſolicitius: ⁊ didicim⁹ ⁊ tene-
mus noſtrū ē. Et cū intellexeris qd an-
tea neſciebas: vel interp̄tē me eſtimato
ſi grat⁹ es: vel parafraſten ſi ingratus:
quāq̄ michi om̄ino oſcius nō ſim. mu-
taſſe me quippiam de hebꝛaica veritate
Certe ſi incredulus es. lege grecos co-
dices ⁊ latinos ⁊ ɔfer cū hijs opuſculis
q̄ nuper emendauim⁹. et vbicūq3 inter
ſe videris. interroga quēlibet hebꝛeorū
cui magis accomodare debeas fidē: et ſi
nr̄a firmauerit: puto q cū non eſtimes
coniectoꝛē: ut in eodē loco mecū ſiliter
diuinarit. Sed ⁊ vos famulas xp̄i ro-
go q̄ dn̄i diſcūbentis pꝛeciosiſſima fidei
mirra vngitis caput. q̄ nequaq̄ ſalua-
toꝛē queritis in ſepulcro. quibꝫ iam ad
patrē criſtus aſcendit: ut ɔtra latrātes
canes. q̄ aduerſū me rabido oꝛe deſeui-
unt ⁊ circueūt ciuitatē. atq3 in eo ſe do-
ctos arbitranť ſi alijs detrahant: oꝛacō-
num veſtrarū clipeos opponatis. Ego
ſciens humilitatē meā illius ſemp ſen-
tentie recoꝛdaboꝛ. Dixi cuſtodiā vias
meas ut nō delinquā in lingua. Poſui
oꝛi meo cuſtodiā: cū cōſiſteret peccatoꝛ
aduerſū me. Obmutui ⁊ humiliat⁹ ſū
et ſilui de bonis. Explicit prolog⁹. Inci-
pit ꝑm⁹ lib regū.

Fuit vir vn⁹ de ra
mathaim ſophim
de monte ephraim
et nomen eius hel-
chana. filius ihe-
roboam. filij heliu
filij thau. filij ſupb
efrateus. ⁊ habuit duas vxoꝛes. nomē
vni anna: ⁊ nomen ſecūde fenenna. Fu-
eruntq3 fenenne filij: anne aūt nō erāt
liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate
ſua ſtatutis diebꝫ: ut adoꝛaret ⁊ ſacrifi-
caret dn̄o exercituū i ſylo. Erāt aūt ibi
duo filij heli. ofni et finees: ſacerdotes
dn̄i. Venit ergo dies ⁊ immolauit hel-
chana: deditq3 fenenne vxoꝛi ſue ⁊ cun-
ctis filijs eius ⁊ filiabus partes. Anne
aūt dedit vnā partē triſtis: quia annā
diligebat. Dn̄s aūt cōcluſerat vuluā
eius. Affligebat q̄3 eā emula eius: ⁊ ve-
hementer angebat intantū ut exprobra-
ret q dn̄s cōcluſiſſet vuluā ei⁹. Sicq3
faciebat p ſingulos annos. cū redeunte
tp̄oꝛe aſcenderēt ad templū dn̄i et ſic ꝓ-
uocabat eā. Porro illa flebat. et nō ca-
piebat cibū. Dixit ergo ei helchana vir
ſuus. Anna cur fles. ⁊ quare nō come-
dis: ⁊ quāobꝛē affligitur coꝛ tuū? Nū-
quid nō ego melioꝛ tibi ſū q̄ decē filij.
Surrexit autē anna poſtq̄ comederat ⁊
biberat in ſylo. Et hely ſacerdote ſeden-
te ſuper ſellā ante poſtes domus dn̄i: cū
eſſet anna amaro aīo oꝛauit ad dn̄m
flens largiter: et votum vouit dicens
Dn̄e exercituū ſi reſpiciens videris affli-
ctionem famule tue: et recoꝛdatus mei
fueris: nec oblitus ancille tue. dederisq3
ſerue tue ſexū virilē. dabo eū dn̄o om̄i-
bus diebus vite: et nouacula nō aſcē-
det ſup caput eius. Factū eſt aūt cū illa
multiplicaret pꝛeces coꝛā dn̄o. ut hely
obſeruaret os eius. Porro anna loque-
batur in coꝛde ſuo. tantūq3 labia eius
mouebātur: et vox penitus nō audieba
tur. Eſtimauit ergo eā hely temulentā
dixitq3 ei. Vſq3quo ebꝛia eris? Digere
paulisper vinū quo mades. Reſpōdēs
anna. nequaq̄ inquit domine mi. Nā

mulier infelix nimis ego ſũ : vinũq3 et
om̃e quod inebriare poteſt nō bibi ſed
effudi animā meā in cōſpectu dn̄i. Ne
reputes ancillā tuā quaſi vnā de filiab9
belial : quia ex multitudine doloris et
meroris mei locuta ſũ uſq3 in preſens.
Tũc hely ait ei. Vade i pace : ⁊ deus iſra
hel det tibi peticōnē tuam : quā rogaſti
eũ. At illa dixit. Utinā inueniat ancil-
la tua graciā i oculis tuis. Et abijt mu-
lier in viā ſuā et comedit : vultuſq3 il-
lius nō ſũt amplius in diuerſa mutati.
Et ſurrexerunt mane . et adorauerunt
corā dn̄o : reuerſiq3 ſunt et venerunt in
domũ ſuā ramatha. Cognouit autem
helchana annā vxorem ſuā : et recorda-
tus eſt eius dn̄s. Et factũ eſt poſt circu-
lũ dierũ : cōcepit anna et peperit filiũ .
vocauitq3 nomē ei9 ſamuel : eo q a domi
no poſtulaſſet eũ. Aſcendit autem vir
eius helchana et om̄is domus eius . ut
immolaret dn̄o hoſtiā ſolemnem : et vo-
tum ſuũ : et anna nō aſcendit. Dixit em̄
viro ſuo. Nō vadā donec ablactetur in-
fans : ⁊ ducā eũ ut appareat ante cōſpe-
ctum dn̄i : et maneat ibi iugiter. Et ait
ei helchana vir ſuus. Fac quod bonũ
tibi videtur : ⁊ mane donec ablactes eũ
precorq3 ut impleat dn̄s verbũ tuum.
Manſit ergo mulier : ⁊ lactauit filium
ſuũ : donec amoueret eũ a lacte. Et ad-
duxit eũ ſecũ : poſtq̄ ablactauerat in vi-
tulis tribus : ⁊ tribus modijs farine et
amphora vini : ⁊ adduxit eũ ad domum
dn̄i in ſylo. Puer autem erat adhuc in-
fantulus. Et immolauerũt vitulũ : et
obtulerũt puerũ hely. Et ait anna. Ob-
ſecro mi dn̄e. Viuit aīma tua dn̄e. Ego
ſũ illa mulier : que ſteti coram te hic .
orans dn̄m pro puero iſto. Oraui : ⁊ de-
dit michi domin9 peticōnem meā : quā
poſtulaui eũ. Idcirco ⁊ ego comodaui
eũ dn̄o : cũctis diebus quibus fuerit ac-
comodat9 dn̄o. Et adorauerũt ibi dn̄m
Et adorauit anna ⁊ ait. · ij ·
Exultauit cor meũ in dn̄o : et exal-
tatũ eſt cornu meũ i deo meo. Di-
latatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos :
quia letata ſũ i ſalutari tuo. Nō eſt ſan-
ctus ut eſt dn̄s : neq3 em̄ eſt alius extra
te . ⁊ nō eſt fortis ſicut deus noſter. No-
lite multiplicare loqui ſublimia gloriā-
tes. Recedant vetera de ore veſtro : quia
deus ſcientiarũ dn̄s eſt : ⁊ ipſi preparan-
tur cogitacōnes. Arcus fortiũ ſupera-
tus eſt : ⁊ infirmi accincti ſunt robore.
Repleti prius pro panibus ſe locaue-
runt : et famelici ſaturati ſunt. Donec
ſterilis peperit plurimos : ⁊ que multos
habebat filios infirmata eſt. Dominus
mortificat ⁊ viuificat : deducit ad infe-
ros ⁊ reducit. Dominus pauperem facit
et ditat : humiliat ⁊ ſubleuat. Suſcitat
de puluere egenũ . et de ſtercore eleuat
pauperem : ut ſedeat cũ principibus : et
ſoliũ glorie teneat. Domini enim ſunt
cardines terre . et poſuit ſuper eos orbē
Pedes ſanctorum ſeruabit : et impij in
tenebris conticeſcent : quia non in forti-
tudine ſua roborabitur vir. Dominũ
formidabunt aduerſarij eius : et ſuper
ipſos in celis tonabit. Dominus iudi-
cabit fines terre : ⁊ dabit imperiũ regi
ſuo : ⁊ ſublimabit cornu criſti ſui. Et
abijt helchana in ramatha in domũ ſuā
Puer aũt erat miniſter in cōſpectu dn̄i
ante faciem hely ſacerdotis. Porro filij
hely . filij belial . neſcientes dn̄m . neq3
officiũ ſacerdotũ ad populũ : ſed quicũ-
q3 immolaſſet victimā . veniebat puer
ſacerdotis dũ coquerentur carnes : ⁊ ha-
bebat fuſcinulam tridentē i manu ſua :

et mittebat eā in lebetem vel in caldari-
am · aut in ollā ſiue in cacabū : et om̄e
quod leuabat fuſcinula: tollebat ſacer-
dos ſibi. Sic faciebāt vniuerſo iſrabeli
venientiū in ſylo. Etiā anteq̄ȝ adolerēt
adipem veniebat puer ſacerdotis : et di-
cebat immolanti. Da michi carnē ut co-
quā ſacerdoti. Nō eīn accipiam a te car-
nem coctam · ſed crudam. Dicebatq; il-
li immolans. Incendatur primū iuxta
morem hodie adeps: et tolle tibi quātū
cūq; deſiderat anima tua. Qui reſpon-
dens aiebat ei. Nequaq̄. Nūc enim da
bis allioquin tollā vi. Erat ergo pecca-
tum puerorū grande nimis corā dn̄o:
quia detrahebāt homines ſacrificio dn̄i.
Samuel autē miniſtrabat ante faciem
dn̄i puer accinctus ephot lineo. Et tu
nicā paruuā faciebat ei mater ſua : quā
afferebat ſtatutis diebus aſcendens cū
viro ſuo: ut immolaret hoſtiam ſolem-
nem ⁊ votū ſuum. Et benedixit hely hel-
chane et vxori eius: dixitq; ei. Reddat
tibi dn̄s ſemen de muliere hac pro feno
re qd̄ comodaſti dn̄o. Et abierūt in lo-
cum ſuū. Viſitauit ergo dn̄s annā et cō
cepit et peperit tres filios ⁊ duas filias
Et magnificatꝰ eſt puer ſamuel apud
dn̄m. Hely aūt erat ſenex valde · et au-
diuit om̄ia q̄ faciebāt filij ſui vniuerſo
iſraheli: et quomō dormiebāt cū mulie-
ribus q̄ obſeruabāt ad oſtiū tabernacu-
li: et dixit eis. Quare facitis res huiuſ-
ſcemodi quas ego audio res peſſimas
ab om̄i populo? Nolite filij mei. Non
eīn eſt bona fama quam ego audio: ut
trāſgredi faciatis populū dn̄i. Si pecca-
uerit vir in virū · placari ei poteſt deus
ſi autē in dn̄o peccauerit vir : quis ora
bit pro eo. Et nō audierūt vocē patris
ſui: quia voluit dominus occidere eos.

Puer autē ſamuel proficiebat atq; cre-
ſcebat · et placebat tam deo q̄ȝ hominibꝫ
Venit aūt vir dei ad hely: et ait ad eū.
Hec dicit dn̄s . Nūquid nō aperte reue-
latus ſum domui patris tui cū eſſet i egi-
pto in domo pharaonis : et elegi eū ex
om̄ibus tribubꝫ iſrahel michi in ſacerdo-
tem · ut aſcenderet ad altare meū: ⁊ ado-
leret michi incenſū · ⁊ portaret ephot co-
ram me: et dedi domui patris tui om̄ia
de ſacrificijs filiorū iſrahel ? Quare cal-
ce abiciſtis victimā meam : et munera
mea · q̄ precepi ut offerentur in templo
et magis honoraſti filios tuos q̄ me ·
ut comederetis primitias om̄is ſacrificij
iſrahel populi mei ? Propterea ait dn̄s
deus iſrahel. Loquēs locutus ſū : ut do-
mus tua et domus patris tui miniſtra-
ret in cōſpectu meo: uſq; in ſempiternū
Nūc autē dicit dn̄s. Abſit hoc a me.
Sed quicūq; honorificauerit me glori-
ficabo eū: qui aūt contemnūt me erunt
ignobiles. Ecce dies veniūt: et preſci-
dā brachiū tuū · et brachiū domus pa-
tris tui: ut nō ſit ſenex in domo tua. Et
videbis emulū tuū in templo in vniuer-
ſis proſperis iſrahel: et nō erit ſenex in
domo tua om̄ibus diebꝫ. Veruntamen
non auferam penitus virū ex te ab alta-
ri meo: ſed ut deficiāt oculi tui : et tabe-
ſcat aīa tua: et pars magna domus tue
morietur cū ad virilē etatem venerit.
Hoc autē erit tibi ſignū quod venturū
eſt duobꝫ filijs tuis offni et phinees.
In die vno morientur ambo. Et ſuſci-
tabo michi ſacerdotem fidelē · qui iuxta
cor meū et animā meā faciet: et edifica-
bo ei domū fidelē: ⁊ ambulabit corā cri-
ſto meo cunctis diebus. Futurū eſt aūt
ut quicūq; remanſerit in domo tua veni-
at ut oretur pro eo ⁊ offerat nummū

argenteū et tortam panis. dicatqꝫ. Di-
mitte me obsecro ad unā partē ſacerdo-
talē: ut comedā bucellā panis. iii.
Puer autem ſamuel miniſtrabat
domino coram hely: et ſermo dñi
erāt precioſus. In diebus illis nō erat
viſio manifeſta. Factum eſt ergo in die
quadā hely iacebat in lectulo ſuo: ⁊ ocu-
li eius caligauerant: nec poterat videre
lucernā dei anteꝙ̄ extingueretur. Sa-
muel autem dormiebat in templo dñi.
vbi erat archa dei. Et vocauit dominus
ſamuel. Qui reſpondens ait. Ecce ego
Et cucurrit ad hely. et dixit. Ecce ego
Vocaſti enim me. Qui dixit. Non vo-
caui te fili. Reuertere et dormi. Et abijt
et dormiuit. Et adiecit dominus rur-
ſum vocare ſamuel. Conſurgenſqꝫ ſa-
muel abijt ad hely: et dixit. Ecce ego
quia vocaſti me. Qui reſpondit. Non
vocaui te fili mi. Reuertere et dormi.
Porro ſamuel nec dū ſciebat dominū
neqꝫ reuelatus fuerat ei ſermo domini:
Et adiecit dominus: et vocauit adhuc
ſamuel tercio. Qui conſurgens: abijt
ad hely. et ait. Ecce ego: quia vocaſti
me. Intellexit ergo hely quia domin9
vocaret puerum: et ait ad ſamuel. Va-
de et dormi: et ſi deinceps vocauerit te di-
ces. Loquere domine: quia audiuit ſer-
uus tuus. Abijt ergo ſamuel. et dor-
miuit in loco ſuo. Et venit dominus et
ſtetit: et vocauit ſicut vocauerat ſecun-
do. Samuel ſamuel. Et ait ſamuel.
Loquere dñe: quia audit ſeru9 tuus. Et
dixit dñs ad ſamuel. Ecce ego facio ver-
bū in iſrł ꝙ quicūqꝫ audierit tinnient am-
be aures ei9. In die illa ſuſcitabo aduer-
ſū hely oīa q̄ locut9 ſū ſuper domū eius
Incipiā et cōplebo. Predixi enim ei ꝙ
iudicaturus eſſem domū eius in eternū
propter iniquitatem: eo ꝙ nouerat in-
digne agere filios ſuos. et non corripu-
erit eos. Idcirco iuraui domui hely: ꝙ
nō expietur iniquitas domus eius victi-
mis ⁊ muneribus uſqꝫ in eternū. Dor-
miuit autem ſamuel uſqꝫ mane: aperu-
itqꝫ oſtia domus dñi. Et ſamuel time-
bat iudicare viſionem hely. Vocauit er-
go hely ſamuelem ⁊ dixit. Samuel fi-
li mi. Qui reſpondens ait. Preſto ſum.
Et interrogauit eū. Quis eſt ſermo quē
locutus eſt dñs ad te. Oro te ne celaue-
ris me. Hec faciat tibi deus ⁊ hec addat
ſi abſconderis a me ſermonem ex omni-
bus verbis: que dicta ſunt tibi. Indi-
cauit itaqꝫ ei ſamuel vniuerſos ſermo-
nes: et non abſcondit ab eo. Et ille re-
ſpondit. Dñs eſt. Quod bonum eſt in
oculis ſuis faciat. Creuit autem ſamuel
et dñs erat cū eo: et nō cecidit ex omni-
bus verbis eius in terram. Et cognouit
vniuerſus iſrahel a dan uſqꝫ berſabee:
ꝙ fidelis ſamuel propheta eſſet dñi. Et
addidit dñs ut appareret in ſylo: quo-
niā reuelatus fuerat dñs ſamuel i ſylo
iuxta verbū dñi: ⁊ euenit ſermo ſamue-
lis vniuerſo iſraheli. iiii.
ET factū eſt in diebus illis: cōue-
nerūt philiſtijm in pugnā. Egreſ-
ſus eſt nāqꝫ iſrahel obuiā philiſtijm in
prelium. et caſtrametatus eſt iuxta la-
pidem adiutorij. Porro philiſtijm vene-
runt in affec: et inſtruxerunt aciem cō-
tra iſrahel. Inito autem certamine ter-
ga vertit iſrahel philiſteis: et ceſa ſunt
in illo certamine paſſim per agros qua-
ſi quatuor milia virorū. Et reuerſus
ppłus ad caſtra. Dixerūtqꝫ maiores na-
tu de iſrahel. Quare percuſſit nos domi-
nus hodie corā philiſtijm. Afferamus
ad nos de ſylo archam federis domini.

et veniat in mediū noſtri ut ſaluet nos
de manu inimicorū noſtrorū. Miſit er
go populus in ſylo: et tulerūt inde ar
cham federis dñi exercituū ſedentis ſuper
cherubin. Erātq; duo filij hely cū archa
federis dñi offni ⁊ finees. Cūq; veniſſet
archa federis dñi in caſtra · vociferatus
eſt omīs iſrahel clamore grandi: et per
ſonuerit terra. Et audierūt philiſtijm
vocem clamoris: dixerūtq;. Que nam
hec eſt vox clamoris magni in caſtris
hebreorū. Et cognouerūt q archa dñi
veniſſet in caſtra. Timuerūtq; philiſti
im dicentes. Ve nobis. Nō enī fuit tan
ta exultacō heri ⁊ nudiuſtercius. Ve no
bis: Quis nos ſaluabit de manu deorū
ſublimiū iſtorū: Hij ſunt dij qui perc
ſſerūt egiptū omī plaga in deſerto. Con
fortamini et eſtote viri philiſtijm: ne
ſeruiatis hebreis ſicut ⁊ illi ſeruierūt no
bis. Cōfortamini ⁊ bellate. Pugnaue
runt ergo philiſtijm et ceſus eſt iſrl: et
fugit vnuſquiſq; in tabernaculū ſuum
Et facta eſt plaga magna nimis · ⁊ ceci
derūt de iſrahel triginta milia peditū · et
archa dei capta eſt. Duo quoq; filij he
ly mortui ſūt offni ⁊ finees. Currēs au
tem vir de beniamin ex acie venit in ſy
lo in die illa: ſciſſa veſte ⁊ conſperſus pul
uere caput. Cūq; ille veniſſet: hely ſede
bat ſup ſellā cōtra viā expectans. Erat
autem cor eius pauens pro archa dñi.
Vir autē ille poſtq̄ ingreſſus eſt nūcia
uit vrbi: ⁊ vlulauit omnis ciuitas. Et
audiuit hely ſonitū clamoris · dixitq;:
Quis eſt hic ſonitus tumultus huius
At ille feſtinauit ⁊ venit: et nūciauit he
ly. Hely aūt erat nonaginta ⁊ octo an
norū: et oculi eius caligauerāt ⁊ videre
non poterat. Et dixit ad hely. Ego ſū q
veni de prelio: et ego qui de acie fugi ho
die. Cui ille ait: Quid actū eſt fili mi:
Reſpondens aūt ille qui nūciabat: fu
git inquit iſrahel corā philiſtijm: et rui
na magna facta eſt in populo. Inſuper
et duo filij tui mortui ſūt offni ⁊ finees
et archa dei capta eſt. Cunq; ille noīaſ
ſet archā dei cecidit de ſella retrorſū iu
xta hoſtiū: et fractis ceruicibus mortuus
eſt. Senex enī erat vir ⁊ grandeuus: et
ipſe iudicauit iſrahel q̄draginta annis
Nurus aūt eius vxor finees pregnans
erat: vicinaq; partui. Et audito nūcio
q capta eſſet archa dei ⁊ mortuus eſſet
ſocer ſuus et vir ſuus: incuruauit ſe ⁊
peperit. Irruerāt enī in eā dolores ſubi
ti. In ipſo autē momento mortis eius
dixerūt ei q ſtabāt circa eā. Ne timeas
quia filiū peperiſti. Que non reſpondit
eis neq; aīaduertit. Et vocauit puerū
ychabod · dicens. Tranſlata eſt gloria
dñi de iſrahel: quia capta eſt archa dei.
Et pro ſocero ſuo ⁊ pro puero ſuo ait
Trāſlata eſt gloria ab iſrahel · eo q ca
pta eſſet archa dei. V.

Philiſtijm aūt tulerūt archam dei
et aſportauerūt eā a lapide adiu
torij in azotū. Tulerūtq; philiſtijm ar
cham dei ⁊ intulerūt eā i templo dagon
et ſtatuerūt eū iuxta dagon. Cūq; ſurre
xiſſent diluculo azotij altera die: ecce da
gon iacebat pronus in terra ante archā
dñi. Et tulerūt dagon ⁊ reſtituerūt eū
in locū ſuū. Rurſūq; mane in die altera
cōſurgentes: inuenerūt dagon iacentē
ſup faciem ſuam in terra corā archa do
mini. Caput autē dagon ⁊ due palme
manuū eius abſciſe erāt ſup limē: por
ro dagon ſolus truncus remanſerat in
loco ſuo. Propter hanc cauſam nō cal
cant ſacerdotes dagon: et omnes qui
ingrediuntur templum eius ſup limē

dagon in azoto uſq; in hodiernum diē
Aggrauata eſt aūt man⁹ dñi ſup azoti-
os ⁊ demolitus ē eos. Et percuſſit in ſecre-
tiore parte natiū azotū ⁊ fines ei⁹ ⁊ ebul
lierūt ville ⁊ agri in medio regionis il-
lius ⁊ nate ſūt mures: ⁊ facta eſt confu-
ſio mortis magne in ciuitate. Videntes
aūt viri azotij huiuſcemōi plagā dixe-
runt. Non maneat archa dei iſrl' apud
nos: quoniā dura eſt manus eius ſup
nos ⁊ ſup dagon deū noſtrū. Et mittē-
tes cōgregauerūt omēs ſatrapas phili-
ſtinorū ad ſe: ⁊ dixerunt. Quid faciem⁹
de archa dei iſrl'. Reſpōderuntq; gethei.
Circūducat' archa dei iſrl'. Et circūduxe-
runt archā dei iſrl'. Illis aūt circūducē-
tib; eā · fiebat manus dei p ſingulas ci-
uitates interfectionis magne nimis: et
percutiebat viros vniuſcuiuſq; vrbis a
paruo uſq; ad maiorē: et cōputreſcebāt
prominentes extales eorū. Inieruntq;
gethei cōſiliū: et fecerūt ſibi ſedes pellice-
as. Miſerūt ergo archā dñi i accharon
Cūq; veniſſet archa dñi dei i accharon:
exclamauerūt accharonite dicentes. Ad-
duxerūt ad nos archā dei iſrahel: ut in-
terficiat nos et populū noſtrū. Miſerūt
itaq; et cōgregauerūt omnes ſatrapas
philiſtinorū. Qui dixerunt. Dimittite
archā dei iſrl' et reuertatur in locū ſuum
ut nō interficiat nos cū populo noſtro
Fiebat eñ pauor mortis in ſingulis vr-
bib;: et grauiſſia manus dei. Viri quo-
q; qui mortui non fuerant percutieban-
tur in ſecretiore parte natiū: et aſcende-
bat vlulat⁹ vniuſcuiuſq; ciuitatis i celū
Fuit ergo archa dñi in regi- vi
one philiſtinorū ſeptem menſib;
Et poſt hec vocauerunt philiſtijm ſa-
cerdotes et diuinos dicentes. Quid faci-
emus de archa dei. Indicate nobis quo-
modo remittamus eam in locum ſuum
Qui dixerunt. Si remittitis archam dei
iſrahel · nolite dimittere eam vacuam:
ſed quod debetis ei reddite pro peccato:
et tunc curabimini: et ſcietis quare nō
recedat manus eius a vobis. Qui dixe-
runt. Quid eſt quod pro delicto redde-
re debeamus ei⁹. Reſponderuntq; illi
Iuxta numerum prouinciarum phili-
ſtinorum quinq; anos aureos facietis ·
et quinq; mures aureos: quia plaga
vna fuit omībus vobis et ſatrapis ve-
ſtris. Facietiſq; ſimilitudines anorum
veſtrorū · et ſimilitudines murium qui
demoliti ſunt terram: et dabitis deo iſra
hel gloriā: ſi forte reuelet manū ſuam
a vobis: ⁊ a dijs veſtris ⁊ a terra veſtra
Quare grauatis corda veſtra ſicut ag-
grauauit egipti⁹ ⁊ pharao cor ſuū. Nō-
ne poſtq̄ percuſſus eſt tunc dimiſit eos
et abierunt. Nunc ergo arripite et fa-
cite plauſtrum nouū vnum: et duas
vaccas fetas quibus non eſt impoſitū
iugum iungite in plauſtro · et recludi-
te vitulos earū domi. Tolletiſq; archā
domini et ponetis in plauſtro: et vaſa
aurea que exſoluiſtis ei pro delicto po-
netis in capſellam ad latus eius · et di-
mittite eam ut vadat: et aſpicietis. Et
ſi quidem per viam finium ſuorum aſcē-
derit cōtra bethſames: ipſe fecit nobis
hoc malum grande: ſin autem minime:
ſciem⁹ quia nequaq̄ man⁹ eius tetigit
nos: ſed caſu accidit. Fecerūt ergo illi
hoc modo: et tollentes duas vaccas q̄
lactabant vitulos iunxerunt ad plau-
ſtrum: vituloſq; earū concluſerunt do-
mi. Et poſuerūt archā dei ſuper plauſtr
et capſellam: que habebat mures aure-
os · et ſimilitudinem anorū. Ibāt aūt
in directū vacce p viā q̄ ducit bethſames

et itinere vno gradiebātur pergentes et
mugientes ⁊ non declinabāt neqȝ ad de-
xtram neqȝ ad ſiniſtram. Sed ⁊ ſatrape
philiſtijm ſequebātur uſqȝ ad terminos
beth ſames. Porro bethſamite metebāt
triticū in valle. Et eleuātes oculos ſuos
viderūt archā ⁊ gauiſi ſūt cū vidiſſent
Et plauſtrū venit in agrū ioſue bethſa-
mite et ſtetit ibi. Erat aūt ibi lapis ma-
gnus. Et cōciderūt ligna plauſtri: vac-
caſqȝ impoſuerūt ſup ea olocauſtū dn̄o
Leuite autē depoſuerūt archam dei · et ca-
pſellam que erat iuxta eā in qua erant
vaſa aurea: ⁊ poſuerūt ſuper lapidē grā-
dem. Viri aūt bethſamite obtulerūt olo-
cauſta: et immolauerūt victimas ī die
illa dn̄o. Et quinqȝ ſatrape philiſtinoꝝ
viderūt: et reuerſi ſūt in accharon ī die
illa. Hij ſūt aūt ani aurei quos reddide-
runt philiſtijm pro delicto dn̄o. Azo-
tus vnū · gaza vnū · aſchalon vnum ·
geth vnū accharon vnū · ⁊ mures aure-
os ſcd̄m numerū vrbiū philiſtijm quāqȝ
ꝓuītiaꝝ ab vrbe murata uſqȝ ad villā
q̄ erat abſqȝ muro · et uſqȝ ad abel ma-
gnū · ſup quē poſuerūt archā dn̄i q̄ erat
uſqȝ in illa die in agro ioſue bethſami-
tis. Percuſſit autē dn̄s de viris bethſa-
mitibꝫ eo ꝙ vidiſſent archā dn̄i: ⁊ percuſ-
ſit de populo ſeptuaginta viros et qui-
quaginta milia plebis. Luxitqȝ populꝰ
eo ꝙ dn̄s percuſſiſſet plebem plaga ma-
gna. Et dixerūt viri bethſamite: Quis
poterit ſtare in conſpectu dn̄i dei ſancti
huiꝰ: Et ad quē aſcendet a nobis. Mi-
ſerūtqȝ nūcios ad habitatores cariathia-
rim dicentes. Reduxerūt philiſtijm ar-
chā dn̄i: deſcendite ⁊ reducite eā ad vos
Venerūtqȝ ergo viri caria- viij
thiarim et reduxerunt archā dn̄i
et intulerūt eam in domū aminadab in
gabaa. Eleazarū aūt filiū eius ſanctifi-
cauerūt: ut cuſtodiret archā dn̄i. Et fa-
ctum eſt ex qua die māſit archa dn̄i in
cariathiarim: multiplicati ſunt dies.
Erat quippe iam annus viceſimus. Et
requieuit om̄is domus iſrl̄ poſt dn̄m.
Ait aūt ſamuel ad vniuerſam domum
iſrahel dicēs. Si in toto corde veſtro re-
uertimini ad dn̄m: auferte deos alienos
de medio veſtrū baalim et aſtaroth: et
preparate corda vra dn̄o: ⁊ ſeruite ei ſo-
li et eruet vos de manu philiſtijm. Ab-
ſtulerūt ergo filij iſrl̄ baalim ⁊ aſtaroth
et ſeruierūt dn̄o ſoli. Dixit aūt ſamuel
Congregate vniuerſū iſrl̄ ī maſphat:
ut orem pro vobis dn̄m. Et cōuenerūt
in maſphat. Hauſerūt aquā et effuderūt
in cōſpectu dn̄i ⁊ ieiunauerūt in die il-
la et dixerūt. Tibi peccauimꝰ dn̄e. Iu-
dicauitqȝ ſamuel filios iſrl̄ in maſphat
Et audierūt philiſtijm ꝙ cōgregati eſ-
ſent filij iſrl̄ in maſphat · ⁊ aſcenderunt
ſatrape philiſtinorū ad iſrl̄. Quod cū
audiſſent filij iſrl̄ · timuerūt a facie phi-
liſtinorū. Dixerūtqȝ ad ſamuelem. Ne
ceſſes pro nobis clamare ad dn̄m deum
noſtrū: ut ſaluet nos de manu philiſti-
norū. Tulit aūt ſamuel agnū lactantē
vnū ⁊ obtulit illū olocauſtū integrū do-
mino. Et clamauit ſamuel ad dn̄m ꝓ
iſrahel · et exaudiuit eū dn̄s. Factū eſt
autē cū ſamuel offerret olocauſtū phili-
ſteos inire bellum cōtra iſrl̄. Intonuit
aūt dn̄s fragore magno in die illa ſup
philiſtijm et exterruit eos et ceſi ſunt a
filijs iſrl̄. Egreſſiqȝ viri iſrl̄ de maſphat
perſecuti ſūt philiſteos: et percuſſerunt
eos uſqȝ ad locū q̄ erat ſubter bethchar
Tulit aūt ſamuel lapidem vnū ⁊ poſuit
eū inter maſphat · et inter ſen ⁊ vocauit
nomē loci illiꝰ: lapis adiutorij. Dixitqȝ

Hucuſq₃ auxiliatus eſt nobis dñs. Et
humiliati ſunt philiſtijm · nec appoſue-
runt vltra ut venirent in terminos iſrl'
Facta eſt itaq₃ manus dñi ſup philiſte-
os cũctis dieb₃ ſamuelis · et reddite ſũt
vrbes quas tulerant philiſtijm ab iſrl'
iſraheli ab accharon uſq₃ geth ⁊ termi-
nos ſuos. Liberauitq₃ iſrl' de manu phili-
ſtinorũ: eratq₃ pax inter iſrl' ⁊ amorreũ
Judicabat q₃ ſamuel iſrl' cũctis dieb₃
vite ſue ⁊ ibat p ſingulos ãnos circuiēs
bethel ⁊ galgala ⁊ maſphat ⁊ iudicabat
iſrl'em i ſupradictis locis. Reuertebatq₃
in ramatha ibi ei erat dom⁹ ei⁹: ibi iudi-
cabat iſrl'em ⁊ edificauit ibi altare dño
Factũ ē aũt cũ ſenuiſſet ſamuel VIII
poſuit filios ſuos iudices iſrl'. Fu-
itq₃ nomē filij eius primogeniti iohel ·
et nomē ſecundi abia iudicũ in berſabee
Et nõ ambulauerũt filij illius in vijs
eius · ſed declinauerũt poſt auariciã acce-
peruntq₃ munera: et peruerterũt iudiciũ.
Congregati ergo vniuerſi maiores na-
tu iſrahel venerũt ad ſamuelē in rama-
tha dixeruntq₃ ei. Ecce tu ſenuiſti et filij
tui nõ ambulant in vijs tuis. Cõſtitue
nobis regem ut iudicet nos ſicut et vni-
uerſe habent nacões. Diſplicuitq₃ ſer-
mo in oculis ſamuelis · eo ꝙ dixiſſent:
da nobis regem ut iudicet nos. Et ora-
uit ſamuel ad dñm. Dixit autē dñs ad
ſamuelem. Audi vocem populi in omi-
bus que loquũtur tibi. Nõ em̃ abiecerũt
te ſed me: ne regnē ſup eos. Juxta oĩa
opera ſua q̃ fecerũt a die qua eduxi eos
de egipto uſq₃ ad diē hanc ſicut dereliq̃-
runt me et ſeruierũt dijs alienis: ſic faci-
unt etiã tibi. Nũc ergo vocē eorũ audi
Verũtamē conteſtare eos: et predic eis
ius qui regnaturus eſt ſuper eos. Dixit
itaq₃ ſamuel oĩa verba dñi ad pplm · q̃
petierat a ſe regem ⁊ ait. Hoc erit ius re-
gis q̃ imperatur⁹ eſt vobis. Filios ve-
ſtros tollet ⁊ ponet in curribꝫ ſuis: faci-
etq₃ ſibi equites ⁊ preurſores q̃drigarꝫ ſu-
arũ: et cõſtituet ſibi tribunos ⁊ centurio-
nes ⁊ aratores agrorꝫ ſuorꝫ ⁊ meſſores
ſegetũ ⁊ fabros armorꝫ ⁊ curruũ ſuorꝫ. Fi-
lias vr̃as faciet ſibi vnguẽtarias ⁊ foca-
rias ⁊ panificas. Agros q̃₃ vr̃os ⁊ vine-
as ⁊ oliueta optima tollet ⁊ dabit ſeruis
ſuis. Sed ⁊ ſegetes vr̃as ⁊ vinearũ red-
ditus addecimabit ut det eunuchis et fa-
mulis ſuis. Seruos etiam vr̃os ⁊ ancil-
las ⁊ iuuenes optimos ⁊ aſinos auferet
et ponet i ope ſuo. Greges q̃₃ vr̃os ad-
decimabit voſq₃ eritis ei ſerui. Et clama-
bitis i die illa a facie regis vr̃i: quē ele-
giſtis vobis: ⁊ nõ exaudiet vos dñs in
die illa: q₃ petiſtis vobis regē. Noluit
aũt pplus audire vocē ſamuelis · ſed di-
xerũt. Nequaq̃₃. Rex em̃ erit ſup nos:
et erim⁹ nos q̃₃ ſicut oẽs gentes: et iu-
dicabit nos rex noſter: et egrediet an-
te nos ⁊ pugnabit bella nr̃a pro nobis
Et audiuit ſamuel oĩa verba ppli ⁊ locu-
tus ē ea in auribꝫ dñi. Dixit autem dñs
ad ſamuelē. Audi vocē eorũ ⁊ cõſtitue
ſup eos regem. Et ait ſamuel ad viros
iſrl'. Vadat vnuſquiſq₃ in ciuitatē ſuã.
Et erat vir de beniamin noĩe IX
cis filius abiel filij ſeor filij bechor
filij ſareth filij aphia filij viri iemini·
fortis robore. Et erat ei filius vocabulo
ſaul electus et bonus: et nõ erat vir de
filijs iſrl' melior illo. Ab humero ⁊ ſur-
ſum eminebat ſup omnem pplm. Perie-
rant autē aſine cis patris ſaul. Et dixit
cis ad ſaul filiũ ſuũ. Tolle tecũ vnũ de
pueris: ⁊ conſurgens vade ⁊ quere aſi-
nas. Qui cũ trãſiſſent per montē ephra-
im et per terram ſaliſa ⁊ nõ inueniſſent

trãſierũt etiã per terrã ſalim et nõ erant
ſed et per terrã iemini: et minime repere-
runt. Cũ aũt veniſſent in terrã ſuph:
dixit ſaul ad puerũ qui erat cũ eo. Veni
et reuertamur: ne forte dimiſerit pater
meus aſinas: et ſolicitus ſit pro nobis
Qui ait ei. Ecce vir dei eſt ĩ ciuitate hac
vir nobilis om̃e quod loquit᷑: ſine am
biguitate venit. Nũc ergo eamus illuc
ſi forte indicet nobis de via noſtra pro-
pter quã venimus. Dixitq; ſaul ad pu-
erũ ſuũ. Ecce ibimus? Quid ferem⁹ ad
virũ dei. Panis defecit in ſitarciis nr̃is
et ſportulã nõ habemus ut dem⁹ homi
dei: nec quicq̃ aliud. Rurſũ puer reſpõ-
dit ſauli et ait. Ecce inuenta eſt in ma-
nu mea quarta pars ſtateris argenti: de-
mus homĩ dei. ut indicet nobis viã no-
ſtrã. Olim in iſrahel ſic loquebat᷑ vnuſ-
quiſq; vadens cõſulere deũ. Venite ⁊ ea-
mus ad vidẽtẽ. Qui eñ ꝓpheta dicitur
hodie: vocabat᷑ olim videns. Et dixit
ſaul ad puerũ ſuũ. Optimus ſermo tu-
us. Veni eamus. Et ierũt in ciuitatẽ: in
qua erat vir dei. Cũq; aſcenderẽt cliuũ
ciuitatis inuenerũt puellas egrediẽtes
ad hauriendã aquã: et dixerũt eis? Nũ-
hic eſt videns? Que reſpõdentes dixerũt
illis. Hic eſt. Ecce ante te. Feſtina nũc
Hodie eñ venit in ciuitatẽ: quia ſacrifi-
ciũ eſt hodie populi ĩ excelſo. Ingredi-
entes vrbem ſtatim inuenietis eũ: ante
q̃ aſcendat excelſũ ad veſcendũ. Neq;
eñ comeſſurus eſt ꝑplus donec ille ve-
niat. quia ipſe benedicet hoſtie: et deĩ-
ceps comedent q̃ vocati ſũt. Nũc ergo
cõſcendite: quia hodie reperietis eũ. Et
aſcẽderũt in ciuitatẽ. Cũq; ambularent
in medio vrbis. apparuit ſamuel egre-
diens obuiã eis: ut aſcenderet ĩ excelſũ
Dñs aũt reuelauerat auriculã ſamuelis
ante vnã diẽ quã veniret ſaul dicens.
Hac ipſa hora q̃ nũc eſt: cras mittã viꝝ
nos ab heri et nudiuſtercius quādo egre-
diebamur: ⁊ fuerūt vaſa puerorū ſācta
Porro via hec polluta eſt: ſed ⁊ ipſa ho-
die ſanctificabitur ī vaſis. Dedit ergo
ei ſacerdos ſanctificatum panem. Ne-
q; enī erat ibi panis: niſi tantū panes
propoſicōis qui ſublati fuerant a facie
dn̄i: ut ponerentur panes calidi. Erat
autem ibi vir quidam de ſeruis ſaul· in
die illa intus in tabernaculo domini: et
nomen eius doech ydumeus: potentiſſi-
mus paſtor ſaul. Hic paſcebat mulas
ſaul. Dixit aūt dauid ad achimelech.

Si habes hic ad manū hastam aut gla
dium da michi: quia gladiū meū et ar:
ma mea nō tuli meā. Sermo ei regis
vrgebat. Et dixit sacerdos. Ecce hic gla-
dius goliath philistei · quē percussisti in
valle therebinti ē inuolutus pallio post
ephot. Si istū vis tollere · tolle. Neq;
eīm hic est alius absq; eo. Et ait dauid
Nō est huic alter similis. Da michi eū
Surrexit itaq; dauid · ⁊ fugit in die il:
la a facie saul: et venit ad achis regem
geth. Dixerūtq; serui achis cū vidissent
dauid. Nūquid non iste est dauid rex
terre. Nōne huic cantabāt per choros
dicentes: percussit saul mille · ⁊ dauid de-
cem milia. Posuit aūt dauid sermones
istos in corde suo: et extimuit valde a fa-
cie achis regis geth. Et mutauit os su-
um coram achis · et collabebatur inter
manus eorū: et impingebat ī ostia por-
te: defluebātq; saliue eius in barbā. Et
ait achis ad seruos suos. Vidistis ho:
minē insanū quare adduxistis eum ad
me? An desint nobis furiosi: q₂ intro-
duxistis istū ut fureret me pñte. Dimit-
tite illū hinc ne ingrediat̄ domū meam
Abijt ergo dauid inde: et fu- xxii
git in speluncā odollā. Quod cū
audissent frēs eius ⁊ omīs domus pr̄is
eius: descenderūt ad eū illuc. Et cōuene
runt ad eū omēs qui erāt in angustia cō
stituti ⁊ oppressi ere alieno ⁊ amaro a:
nimo: ⁊ factus est eoꝝ pñceps. Fuerūt
q; cū eo q̄si q̄dringenti viri. Et pfectus
est dauid inde in masphat: q̄ est moab.
Et dixit ad regē moab. Maneat oro pa
ter meus et mater mea vobiscū: donec
sciā qd faciat michi deus. Et reliqt eos
ante faciē regis moab. Mānsertq; apud
eū cūctis diebus quib₉ dauid fuit ī pre-
sidio. Dixitq; gad propheta ad dauid.
Noli manere in p̄sidio. Proficiscere et
vade ī terrā iuda. Et pfectus est dauid
et venit in saltū areth. Et audiuit saul
q₂ apparuisset dauid ⁊ viri qui erant cū
eo. Saul aūt cū maneret in gabaa et es-
set in nemore qd est in rama · hastā ma-
nu tenens · cūctiq; serui eius circūstarēt
eum · ait ad seruos suos q̄ assistebant ei
Audite me nūc filij iemini. Nunqd om
nibus vobis dabit filius ysai agros et
vineas et vniūsos vos faciet tribunos
et centuriones: qm̄ cōiurastis omēs ad
uersū me: et nō est qui michi renunciet
maxime cū ⁊ filius meus fedus inierit
cū filio ysai. Nō est qui vicē meā dole:
at ex vobis: nec qui annūciet michi: eo
q₂ suscitauerit filius me⁹ seruū meū adū-
sū me insidiantē michi usq; hodie. Re-
spondens aūt doech ydumeus q̄ assiste-
bat et erat primus inter seruos saul: vi-
di inquit filiū ysai in nobe · apud achi-
melech filiū achitob sacerdotē. Qui cō:
suluit p eo dn̄m ⁊ cibaria dedit ei. Sed
et gladium goliath philistei dedit illi.
Misit ergo rex ad accersiendū achime-
lech sacerdotē filiū achitob · ⁊ omnē do-
mum pr̄is eius sacerdotū q̄ erat in nobe
Qui vniūsi venerunt ad regem. Et ait
saul ad achimelech. Audi fili achitob
Qui rn̄dit. Presto sū dn̄e. Dixitq; ad eū
saul. Quare cōiurastis adūsum me: tu
et filius ysai · et dedisti ei panes et gla
dium · et cōsuluisti pro eo dn̄m: ut con-
surgeret aduersū me insidiator usq; ho-
die pmanēs. Rn̄densq; achimelech re:
gi ait. Et quis in omnib₉ seruis tuis si-
cut dauid fidelis ⁊ gener regis ⁊ pgens
ad imperium tuum: et gloriosus in do:
mo tua? Num hodie cepi cōsulere pro
eo dominum? Absit hoc a me. Ne suspi-
cetur rex aduersum seruum suum rem

huiuſcemōi : in vniuerſa domo patris
mei. Nō em̄ ſciuit ſeruus tu⁹ quicq̄ ſu-
per hoc negocio vel modicum vel grāde.
Dixitq; rex. Morte morieris achime-
lech tu ⁊ om̄is dom⁹ pr̄is tui. Et ait rex
emiſſariis q̄ circūſtabāt eū. Conuertimini
et interficite ſacerdotes dn̄i. Nā manus
eorū cū dauid ē ſciētes ꝙ fugiſſet et nō
indicauerūt michi. Noluerūt aūt ſerui
regis extendere man⁹ ſuas in ſacerdotes
dn̄i. Et ait rex ad doech. Cōuertere tu
et irrue in ſacerdotes dn̄i. Conuerſuſq;
doech ydumeus irruit i ſacerdotes : et tru-
cidauit i die illa octogintaq̄nq; viros
veſtitos ephot linea. Nobe aūt ciuitatē
ſacerdotū percuſſit in ore gladii : viros et
mulieres ⁊ paruulos ⁊ lactātes : bouēq;
et aſinū et ouē in ore gladii. Euadens
aūt vnus fili⁹ achimelech filii achitob
cuius nomē erat abiatar · fugit ad da-
uid : et annūciauit ei ꝙ occidiſſet ſaul ſa-
cerdotes dn̄i. Et ait dauid ad abiatar.
Sciebā em̄ in die illa : ꝙ cū ibi eſſet do-
ech ydumeus · procul dubio annuncia-
ret ſauli. Ego ſū reus om̄iū animarū pa-
tris tui. Mane mecū ne timeas. Si q̄s
queſierit animā meam queret ⁊ animā
tuam mecūq; ſeruaberis. · xxiii ·

ET annūciauerūt dauid dicentes.
Ecce philiſtiim oppugnant ceilā
et diripiūt areas. Cōſuluit ergo dauid
dn̄m dicens. Num vadam et percutiam
philiſteos iſtos. Et ait dn̄s ad dauid
Vade et percuties philiſteos : ⁊ ſaluabis
ceilam. Et dixerunt viri qui erāt cū da-
uid ad eū. Ecce nos hic i iudea cōſiſten-
tes timemus : quantomagis ſi ierimus
in ceilam aduerſum agmina philiſtino-
rum. Rurſum ergo dauid cōſuluit do-
minum. Qui reſpōdens ait ei. Surge ⁊
vade i ceila. Ego em̄ tradam philiſteos
in manu tua. Abiit ergo dauid et viri
eius in ceila : et pugnauit aduerſū phi-
liſteos. Et abegit iumenta eorū ⁊ percuſ-
ſit eos plaga magna : ⁊ ſaluauit dauid
habitatores ceile. Porro eo tēpore quo
fugiebat abiatar filius achimelech ad
dauid in ceilam ephot ſecum habens de-
ſcenderat. Nunciatum eſt autem ſaul :
ꝙ veniſſet dauid in ceilam. Et ait ſaul
Tradidit eum dn̄s in manus meas cō-
cluſuſq; eſt introgreſſus vrbem : i qua
porte et ſere ſunt. Et precepit ſaul om̄i
populo : ut ad pugnam deſcenderet in
ceilam · et obſideret dauid et viros eius
Quod cum reſciſſet dauid quia prepara-
ret ei ſaul clam malum : dixit ad abia-
tar ſacerdotē. Applica ephot. Et ait da-
uid. Domine deus iſrahel audiuit famā
ſeruus tuus ꝙ diſponat ſaul venire ad
ceilam : ut euertat vrbem propter me.
Si tradent me viri ceile in manus eius
et ſi deſcendet ſaul ſicut audiuit ſeruus
tuus dn̄e deus iſrl̄ indica ſeruo tuo. Et
ait dn̄s. Deſcēdet. Dixitq; rurſū dauid
Si tradent me viri ceile ⁊ viros qui ſūt
mecū in man⁹ ſaul. Et dixit dn̄s. Tra-
dent. Surrexit ergo dauid et viri eius
quaſi ſexcenti : et egreſſi de ceila huc at-
q; illuc vagabantur incerti. Nūciatum
q; eſt ſaul ꝙ fugiſſet dauid de ceila · et
ſaluatus eſſet : quāobrem diſſimulauit
exire. Morabatur aūt dauid in deſerto
in locis firmiſſimis : manſitq; in monte
ſolitudinis ziph in monte opaco. Que-
rebat eū tamen ſaul cūctis diebus : et nō
tradidit eū dn̄s in man⁹ eius. Et vidit
dauid ꝙ egreſſus eſſet ſaul : ut quereret
animā eius. Porro dauid erat i deſerto
ziph in ſilua. Et ſurrexit ionathas fi-
lius ſaul et abiit ad dauid in ſiluā et cō-
fortauit manus eius in deo · dixitq; ei.

Ne timeas. Neq; eñ inueniet te man⁹
ſaul patris mei. Et tu regnabis ſuper
iſrahel: et ego ero tibi ſecūdus. Sed et
ſaul pater meus ſcit hoc. Percuſſit ergo
vterq; fedus corā dño. Manſitq; dauid
in ſilua: ionathas aūt reuerſus eſt i do-
mū ſuā. Aſcenderūt aūt ziphei ad ſaul
in gabaa dicentes. Nōne ecce dauid la-
titat apud nos in locis tutiſſimis ſilue
in colle achi le· que eſt ad dexterā deſerti
Nūc ergo ſicut deſiderauit anima tua ut
deſcenderes deſcende: noſtrum aūt erit ut
tradamus eū in manus regis. Dixitq;
ſaul. Benedicti vos a dño: quia dolui-
ſtis vicem meā. Abite ergo oro et dili-
gentius preparate ⁊ curioſius agite: et
cōſiderate locū vbi ſit pes eius: vel quis
viderit eū ibi vbi dixiſtis. Recogitat
eñ de me: ꝙ callide inſidier ei. Cōſidera-
te et videte oīa latibula eius in quibꝫ
abſconditur ⁊ reuertimini ad me ad rē
certam ut vadā vobiſcū. Qđ ſi etiam in
terrā ſe obſtruxerit pſcrutabor eū in cū-
ctis milibꝫ iuda. At illi ſurgentes abierūt
in ziph ante ſaul. Dauid aūt ⁊ viri ei⁹
erant in deſerto maon in campeſtribꝫ ad
dexterā ieſimuth. Iuit ergo ſaul ⁊ ſocij
eius ad querendū eū. Et nūciatū eſt da-
uid: ſtatimq; deſcendit ad petrā ⁊ verſa-
batur in deſerto maon. Quod cū audiſ-
ſet ſaul pſecut⁹ eſt dauid i deſerto maon
Et ibat ſaul ⁊ viri eius ad latus mōtis
ex parte vna: dauid aūt ⁊ viri ei⁹ erant
in latere montis ex parte altera. Porro
dauid deſperabat ſe poſſe euadere a facie
ſaul. Itaq; ſaul ⁊ viri ei⁹ i modū coro-
ne cingebāt dauid ⁊ viros eius ut cape-
rent eos. Et nūcius venit ad ſaul dicēs
Feſtina ⁊ veni quoniā infuderūt ſe phili-
ſtijm ſup terram. Reuerſus ē ergo ſaul
deſiſtens pſequi dauid: et perrexit
in occurſum philiſtinorū. Propter hoc
vocauerūt locū illū petram diuidentem.
Aſcendit ergo dauid xxiiij
inde: et habitauit in locis tutiſſi-
mis engaddi. Cūq; reuerſus eſſet ſaul
poſtꝙ perſecutus eſt philiſteos: nūciaue-
runt ei dicentes. Ecce dauid in deſerto
eſt engaddi. Aſſumens ergo ſaul tria
milia electorū virorū ex omi iſrl: perre-
xit ad inueſtigādū dauid et viros eius
etiā ſup abruptiſſimas petras que ſolis
ibicibus peruie ſūt. Et venit ad caulas
ouiū que ſe offerebāt vianti. erat q; ibi
ſpelūca: quā ingreſſus eſt ſaul ut pur-
garet ventrē. Porro dauid et viri eius
in interiore parte ſpelūce latebāt. Et di-
xerūt ſerui dauid ad eū. Ecce dies de q̄
locutus eſt dñs ad te: ego tradam tibi
inimicū tuū: ut facias ei ſicut placuerit
in oculis tuis. Surrexit ergo dauid: et
precidit oram clamidis ſaul ſilenter.
Poſt hec percuſſit cor ſuū dauid: eo ꝙ ab-
ſcidiſſet orā clamidis ſaul. Dixitq; ad
viros ſuos. Propitius ſit michi domi-
nus ne faciam hanc rem dño meo criſto
dñi ut mittam manū meā in eum: quia
criſtus dñi eſt. Viuit dñs: q; niſi dñs
percuſſerit eū. aut dies eius venerit vt
moriatur aut deſcendēs in preliū perierit
propitius michi ſit dñs: ut nō mittam
manū meā in criſtū dñi. Et confregit
dauid viros ſuos ſermonibꝫ iſtis: ⁊ nō
permiſit eos ut conſurgerēt in ſaul. Por-
ro ſaul exſurgēs de ſpelūca pgebat cepto
itinere. Surrexit aūt dauid poſt eum:
et egreſſus de ſpelūca clamauit poſt ter-
gum ſaul dicēs. Dñe mi rex. Et reſpe-
xit ſaul poſt ſe: ⁊ inclinās ſe dauid pro-
nus in terrā adorauit. Dixitq; ad ſaul
Quare audis verba hominū loquentiū:
dauid q̄rit malū aduerſū te. Ecce hodie

vidērūt oculi tui· ꝙ tradiderit te dn̄s in
manu mea in ſpelūca: et cogitaui ut oc-
ciderem te: ſed pepercit tibi oculus meus
Dixi em̄ nō extendā manū meā in dn̄m
meū: qꝛ xp̄iſtus dn̄i eſt. Quin pot⁹ pa:
ter mi vide et cognoſce oram clamidis
tue in manu mea: quomō cū pꝛeciderem
ſūmitatem clamidis tue: nolui extende:
re manū meā in te. Animaduerte et vi-
de qm̄ non eſt in manu mea malū neq;
iniquitas: neq; peccaui in te. Tu aūt in-
ſidiaris aīme mee: ut auferas eā. Iudi-
cet dn̄s inter me ⁊ te ⁊ vlciſcat me dn̄s
ex te: manus aūt mea nō ſit ī te ſicut di-
citur in pꝛouerbio antiquo. Ab impijs
egredietur impietas. Man⁹ ergo mea
nō ſit in te. Quē pſequeris rex iſrl' quē
pſequeris. Canē moꝛtuū pſequeris: et
pulicē vnū. Sit dn̄s iudex et iudicet in-
ter me et te: et videat et iudicet cauſam
meam et eruat me de manu tua. Cū au-
tem cōpleſſet dauid loquens ſermones
huiuſcemōi ad ſaul: dixit ſaul. Nūqd
vox hec tua eſt fili mi dauid: ⁊ leuauit
ſaul vocē ſuā ⁊ fleuit: dixitq; ad dauid
Juſtioꝛ tu es q̄ ego. Tu em̄ tribuiſti
michi bona: ego aūt reddidi tibi mala
Et tu indicaſti michi hodie que feceris
michi bona: quomō tradiderit me dn̄s
in manu tua: et nō occideris me. Quis
em̄ cū inuenerit inimicū ſuū dimittet eū
in via bona. Sed dn̄s reddat tibi vicī-
ſitudinem hanc: pro eo ꝙ hodie opera:
tus es in me. Et nūc quia ſcio ꝙ certiſ-
ſime regnaturus ſis et habiturus ī ma-
nu tua regnū iſrl': iura michi in dn̄o ne
deleas ſemen meū poſt me: neq; auferas
nomē meū de domo patris mei. Et iura-
uit dauid ſauli. Abijt ergo ſaul ī domū
ſuā: et dauid et viri eius aſcenderūt ad
tutioꝛa loca. . xxv.

Moꝛtuus eſt aūt ſamuel: et cōgre-
gatus eſt vniuerſus iſrl' et planxe-
runt eū nimis ⁊ ſepelierūt eū ī domo ſua
in ramatha. Cōſurgēſq; dauid deſcēdit
in deſertū pharan. Erat aūt vir quiſpiā
in ſolitudine maon: ⁊ poſſeſſio eius in
carmelo. et homo ille magnus nimis
eratq; ei oues tria milia et mille capꝛe
Et accidit ut tonderetur grex eius in car:
melo. Nomē aūt viri illius erat nabal
et nomē vxoꝛis ei⁹ abigail. Eratq; mu-
lier illa pꝛudentiſſima et ſpecioſa. Poꝛ:
ro vir eius durus et peſſim⁹ et malicio-
ſus. Erat autem de genere caleph. Cū
autem audiſſet dauid in deſerto: ꝙ ton-
deret nabal gregem ſuū: miſit decem iu:
uenes et dixit eis. Aſcendite in carme-
lum: et venietis ad nabal ⁊ ſalutabitis
eū ex nomine meo pacifice: et ſic dicēs.
Sit fratribꝫ meis et tibi pax· et domui
tue pax: et omnibꝫ quecunq; habes ſit
pax. Audiui ꝙ tonderēt paſtoꝛes tui gre-
ges tuos qui erant nobiſcū in deſerto.
Nunq̄ eis moleſti fuimus: nec aliquā:
do defuit eis quicq̄ de grege omī tempo-
re quo fuerūt nobiſcū in carmelo. In
terroga pueros tuos et indicabūt tibi.
Nunc ergo inueniāt pueri tui gratiā in
oculis tuis. In die em̄ bona venim⁹ ad
te. Quodcūq; inuenerit manus tua da ſer-
uis tuis et filio tuo dauid. Cūq; veniſ:
ſent pueri dauid locuti ſūt ad nabal oīa
verba hec ex nomine dauid: ⁊ ſiluerūt.
Reſpondens autem nabal pueris dauid· ait
Quis eſt dauid et quis eſt filius yſai.
Hodie increuerūt ſerui: q̄ fugiūt dn̄os
ſuos. Tollā ergo panes meos ⁊ aquas
meas et carnes pecoꝛū q̄ occidi tonſoꝛi-
bus meis· et dabo viris quos neſcio
vnde ſunt. Regreſſi ſunt autem pueri
dauid per viā ſuam: ⁊ reuerſi venerunt

et annunciauerūt ei oīa verba que di-
xerat nabal. Tunc ait dauid viris ſu-
is. Accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo
Et accincti ſunt ſinguli gladijs ſuis.
Accinctuſq; ē ⁊ dauid enſe ſuo: et ſecu-
ti ſūt dauid quaſi q̄dringenti viri. Por-
ro ducenti remāſerūt ad ſarcinas. Abi-
gail aūt vxori nabal nūciauit vnus de
pueris ſuis dicēs. Ecce dauid miſit nū-
cios de deſerto ut benedicerent dn̄o nr̄o:
et auerſatus eſt eos. Hoīes iſti boni
ſatis fuerūt nobis et non moleſti: nec
quicq̄ perijt aliquādo oī tempore quo
fuimus cōuerſati cū eis in deſerto. pro
muro erant nobis tam in nocte q̄ ī die
omnibus diebus quibus pauim⁹ apud
eos greges. Quāobrem conſidera et re-
cogita quid facias: quoniā cōpleta eſt
malicia aduerſū virum tuū et aduerſū
domum tuā: et ipſe filius eſt belial. ita
ut nemo poſſit ei loqui. Feſtinauit igi-
tur abigail. et tulit ducentos panes et
duos vtres vini et qn̄q; arietes coctos
et quinq; ſata polente: et centum liga-
turas vue paſſe: ⁊ ducentas maſſas ca-
ricarū. et poſuit ſuper aſinos. dixitq;
pueris ſuis. Precedite me: et ecce ego
poſt tergū ſequar vos. Viro aūt ſuo na-
bal nō indicauit. Cū ergo aſcendiſſet
aſinū: et deſcenderet ad radicem montis
dauid et viri eius deſcendebant in occur-
ſum eius. Quibus ⁊ illa occurrit. Et ait
dauid. Vere fruſtra ſeruaui omnia que
hui⁹ erant in deſerto: et nō perijt quicq̄
de cunctis que ad eum pertinebāt: et red-
didit michi malū pro bono. Hec faciat
dn̄s inimicis dauid et hec addat: ſi reli-
quero de omnib; q̄ ad eum pertinent uſ-
q; mane mingentē ad parietē. Cū aūt
vidiſſet abigail dauid feſtinauit et de-
ſcendit de aſino: et procidit corā dauid
ſuper faciem ſuā ⁊ adorauit ſuper terram
et cecidit ad pedes eius. et dixit. In me
ſit dn̄e mi hec iniquitas. Loquatur ob-
ſecro ancilla tua in aurib; tuis: et audi
verba famule tue. Ne ponat oro domi-
nus meus rex cor ſuū ſuper virū iſtū in-
iquū nabal. qm̄ ſecūdū nomē ſuū ſtul-
tus eſt: ⁊ eſt ſtulticia cū eo. Ego aūt an-
cilla tua nō vidi pueros tuos dn̄e mi.
quos miſiſti. Nunc ergo dn̄e mi viuit
dn̄s et viuit anima tua q̄ prohibuit te
ne venires in ſanguinē: et ſaluauit ma-
nū tuā tibi. Et nūc fiant ſicut nabal ini-
mici tui. et qui querunt dn̄o meo ma-
lū. Quapropter ſuſcipe benedictionem
hāc quā attulit ancilla tua tibi domino
meo: et da pueris qui ſequuntur te dn̄m
meū. Aufer iniquitatē famule tue. Faci-
ens eīm faciet dn̄s tibi dn̄o meo domū fi-
delem: quia prelia dn̄i dn̄e mi tu prelia-
ris. Malicia ergo nō inueniat in te om-
nib; dieb; vite tue. Si eīm ſurrexerit ali-
quando homo perſequens te vel querēs
animā tuā: erit anima dn̄i mei cuſtodi-
ta quaſi in faſciculo viuenciū apud do-
minū deū tuū. Porro inimicorū tuorū
anima rotabitur. quaſi in impetu et cir-
culo funde. Cū ergo fecerit tibi dn̄s do-
mino meo oīa hec que locutus eſt bo-
na de te: ⁊ cōſtituerit te ducē ſuper iſrl̄
nō erit tibi hoc in ſingultū ⁊ in ſcrupu-
lū cordis dn̄o meo q̄ effuderis ſangui-
nem innoxiū: aut ipſe te vltus fueris.
Et cum benefecerit dn̄s dn̄o meo: recor-
daberis ancille tue: et tu benefacies ei.
Et ait dauid ad abigail. Benedict⁹ do-
minus de⁹ iſrl̄ q̄ miſit te hodie ī occurſū
meum: et benedictū eloquium tuū: ⁊ be-
nedicta tu que prohibuiſti me hodie.
ne irē ad ſanguinē ⁊ vlciſcerer me ma-
nu mea. Alioquin viuit dn̄s de⁹ iſrahel

qui prohibuit me ne malū facerē tibi:
niſi cito veniſſes ī occurſū michi nō remā-
ſiſſet nabal uſqꝫ ad lucē matutinā min-
gens ad parietē. Suſcepit ergo david
de manu eius omnia que attulerat ei: di-
xitqꝫ ei. Vade pacifice in domum tuam.
Ecce audivi vocem tuā: et honoravi fa-
ciem tuā. Venit autē abigail ad nabal.
Et ecce erat ei convivium ī domo eius qua-
ſi convivium regis: ⁊ cor nabal iocundum
Erat enim ebrius nimis: et non indica-
vit ei verbum puſillum: aut grande uſ-
qꝫ mane. Diluculo autem cū digeſſiſ-
ſet vinum nabal. indicavit ei vxor ſua
verba hec. Et emortuum eſt cor eius in-
trinſecus. et factus eſt quaſi lapis. Cū-
qꝫ pertranſiſſent decem dies: percuſſit do-
minus nabal et mortuus eſt. Quod cū
audiſſet david mortuū eſſe nabal. ait.
Benedictus dñs qui iudicavit cauſam
obprobrij mei de manu nabal: et ſeruū
ſuum cuſtodivit a malo: ⁊ maliciam na
bal reddidit dominus in caput eius.
Miſit ergo david et locutus eſt ad abi-
gail ut ſumeret eam ſibi in vxorem. Et
venerūt pueri david ad abigail in car-
melum. et locuti ſunt ad eam dicentes.
David miſit nos ad te: ut accipiat te ſi-
bi in vxorem. Que cōſurgens adoravit
prona in terram ⁊ ait. Ecce famula tua
ſit in ancillam: ut lavet pedes ſeruorum
dñi mei. Et feſtinavit ⁊ ſurrexit abiga-
il et aſcendit ſup aſinū. et quinqꝫ puel-
le ierūt cū ea pediſſeque eius. Et ſecuta
eſt nūcios david: et facta eſt illi vxor.
Sed ⁊ achinoem accepit david de ieſra-
hel: et fuit vtraqꝫ vxor eius. Saul aūt
dedit michol filiā ſuā vxorē david falchi
filio lais: qui erat de gallim. XXVI.

Et venerūt ziphei ad ſaul ī gabaa
dicentes. Ecce david abſcōditꝰ
eſt in colle achille q̄ eſt ex adverſo ſoli-
tudinis. Et ſurrexit ſaul et deſcendit in
deſertū ziph: et cū eo tria milia virorꝫ de
electis iſrl̄ ut q̄reret david ī deſerto ziph
Et caſtrametatꝰ eſt ſaul in gabaa achil-
le q̄ erat ex adverſo ſolitudinis ī via.
David aūt habitabat in deſerto. Videns
aūt ꝙ veniſſet ſaul poſt ſe ī deſertū miſit
exploratores et didicit ꝙ illic veniſſet
certiſſime. Et ſurrexit david clā ⁊ venit
ad locū vbi erat ſaul. Cūqꝫ vidiſſet lo-
cū in quo dormiebat ſaul et abner filiꝰ
ner princip̄s milicie eius ⁊ ſaulē dormiē-
tem in tentorio reliquū vulgus p circu-
itū eius. ait david ad achimelech ethe-
um et abiſai filiū ſarvie fratrē ioab di-
cens. Quis deſcendet mecū ad ſaul in ca-
ſtra. Dixitqꝫ abiſai. Ego deſcendā tecū.
Venerunt ergo david ⁊ abiſai ad pplm
nocte: et invenerūt ſaul iacentem et dor-
mientem in tentorio. et haſtā fixā in ter-
ra ad caput eiꝰ: abner autē ⁊ pplm dor-
mientes ī circuitu eiꝰ. Dixitqꝫ abiſai ad
david. Cōcluſit deus inimicū tuū hodie
in manus tuas. Nunc ergo perfodiam
eū lancea in terra ſemel: ⁊ ſcdo opus nō
erit. Et dixit david ad abiſai. Ne inter-
ficias eū. Quis enī extendit manū ſuā
in chriſtū dñi: et innocens erit. Et dixit
david. Vivit dñs: quia niſi dñs pcuſſe-
rit eū aut dies eius venerit ut moriatur
aut in p̄liū deſcendens perierit. propiciꝰ
michi ſit dñs extendam manū meam in
chriſtū dñi. Nunc igitur tolle haſtam
que eſt ad caput eius et ciphū aque: et
abeamus. Tulit igitur david haſtā et
ciphū aque qui erat ad caput eiꝰ: ⁊ abi-
erūt. Et nō erat quiſq̄ qui videret et in-
telligeret et evigilaret: ſed oēs dormie-
bant: quia ſopor domini irruerat ſuper
eos. Cumqꝫ tranſiſſet david ex adverſo

et ſtetiſſet in vertice montis delonge et
eſſet grāde interuallū inter eos · clama-
uit dauid ad populū ⁊ ad abner filium
ner dicens · Nōne reſpondebis abner.
Et reſpondens abner ait · Quis es tu q̄
clamas et inquietas regē. Et ait dauid
ad abner · Nūquid nō vir tu es. Et q̄s
alius ſimilis tui in iſrl̄ · Quare ergo nō
cuſtodiſti dn̄m tuū regem. Ingreſſus
eſt em̄ vn⁹ de turba: ut interficeret regē
dominū tuū. Nō eſt bonū hoc qd̄ feciſti
Viuit dn̄s quoniā filij mortis eſtis vos
quia non cuſtodiſtis dn̄m veſtrū criſtū
dn̄i. Nūc ergo vide vbi ſit haſta regis
et vbi ſit ciphus aque q̄ erat ad caput
eius. Cognouit aūt ſaul vocem dauid
et dixit · Nūquid vox hec tua filimi da-
uid. Et ait dauid. Vox mea dn̄e mi rex
Et ait. Quā ob cauſam dn̄s meus per-
ſequitur ſeruū ſuū. Quid feci: aut quod
eſt malū in manu mea. Nūc ergo audi-
oro dn̄e mi rex verba ſerui tui. Si dn̄s
incitat te aduerſū me: odoretur ſacrifi-
cium. Si aūt filij hominū maledicti ſūt
in cōſpectu dn̄i qui eiecerunt me hodie
ut nō habitem in hereditate dn̄i · dicen-
tes: vade ſerui dijs alienis. Et nunc nō
effundatur ſanguis meus in terra corā
dn̄o: quia egreſſus eſt rex iſrl̄ ut quere-
ret pulicē vnū ſicut perſequitur perdix
in mōtib;. Et ait ſaul. Peccaui. Reuer-
tere fili mi dauid. Nequaq̄ꝫ eī vltra tibi
malefaciā eo ꝙ p̄cioſa fuerit aīa mea
in oculis tuis hodie. Apparet enim qd̄
ſtulte egerim: et ignorauerim multa ni
mis. Et reſpondens dauid ait. Ecce ha-
ſta regis: tranſeat vnus de pueris regis
et tollat eam. Dominus autē retribuet
vnicuiq; ſecundū iuſticiam ſuam ⁊ fidē
Tradidit em̄ te dn̄s hodie i manū meā
et nolui extendere manū meā i criſtū dn̄i
Et magnificata eſt anima tua hodie in
oculis meis: ſic magnificetur aīa mea
in oculis dn̄i: et liberet me de omi angu-
ſtia. Ait ergo ſaul ad dauid. Benedi-
ctus tu fili mi dauid. Et quidē faciens
facies: et potens poteris.

XXVII.

Abijt aūt dauid in viam ſuam: ⁊
ſaul reuerſus eſt in locū ſuum. Et
ait dauid i corde ſuo. Ne aliquādo inci-
dam vna die in manus ſaul. Nōne me-
lius eſt ut fugiam ⁊ ſaluer i terra phi-
liſtinorū ut deſperet ſaul · ceſſetq; me q̄-
rere in cūctis finib; iſrahel. Fugiam er-
go manus eius. Et ſurrexit dauid: et
abijt ipſe ⁊ ſexcenti viri cū eo ad achis fi-
liū maoch regem geth. Et habitauit da-
uid cū achis in geth: ipſe et viri eius et
domus ei⁹ ⁊ due vxores ei⁹: achinoem
ieſrahelitis · ⁊ abigail vxor nabal car-
meli. Et nūciatum eſt ſaul ꝙ fugiſſet
dauid in geth: ⁊ nō addidit vltra que-
rere eū. Dixit aūt dauid ad achis. Si
inueni graciam in oculis tuis: detur mi-
chi locus in vna vrbiū regionis huius
ut habitem ibi. Cur em̄ manet ſeruus
tuus in ciuitate regis tecum. Dedit ita-
q; ei achis in die illa ſicelech. Propter
hāc cauſam facta eſt ſicelech regū iuda
uſq; in diem hanc. Fuit autē numer⁹
dierū quibus habitauit dauid in regio-
ne philiſtinorū quatuor menſium. Et
aſcendit dauid ⁊ viri eius: ⁊ agebant
predas de geſuri · ⁊ de gezre · ⁊ de amale-
chitis. Hij em̄ pagi habitabant i terra
antiquitus cūtib; ſur uſq; ad terrā egi-
pti. Et percutiebat dauid omnē terrā illo-
rū ne relinquebat viuentē virū ⁊ mu-
lierem: tollenſq; oues ⁊ boues ⁊ aſinos ⁊
camelos ⁊ veſtes reuertebat: ⁊ veniebat
ad achis. Dicebat autem ei achis. In
quē irruiſtis hodie. Reſpondebatq; dauid

Contra meridiē iude ⁊ cōtra meridiē hi-
eramel ⁊ cōtra meridiē ceni. Virū ⁊ mu-
lierē nō viuificabat dauid: nec adduce-
bat in geth dicens: ne forte loquantur
aduerſum nos. Hec fecit dauid: ⁊ hoc
erat decretū illi om̄ibꝫ diebꝫ quibꝫ habi-
tauit in regione philiſtinorū. Credidit
ergo achis dauid dicēs. Multa mala o-
peratus eſt cōtra pp̄lm ſuū iſrl̄. Erit igi-
tur michi ſeruus ſempiternus. XXVIII.
Factū eſt aūt in diebꝫ illis: cōgre-
gauerunt philiſtijm agmina ſua
ut prepararent ad bellū cōtra iſrl̄. Di-
xitq; achis ad dauid. Sciens nūc ſcito
quoniā mecū egredieris in caſtris tu et
viri tui. Dixitq; dauid ad achis. Nūc
ſcies q̄ facturus ē ſeruus tuus. Et ait a-
chis ad dauid. Et ego cuſtodem capitis
mei ponā te cūctis diebꝫ. Samuel autē
mortuus eſt planxitq; eū om̄is iſrl̄: et
ſepelierūt eum in ramatha vrbe ſua. Et
ſaul abſtulit magos et ariolos de terra
et interfecit eos q̄ phitones habebāt in
ventre. Cōgregatiq; ſunt philiſtijm. et
venerūt et caſtrametati ſūt in ſunā. Cō-
gregauit aūt et ſaul vniuerſū iſrl̄ ⁊ ve-
nit in gelboe. Et vidit ſaul caſtra phili-
ſtijm ⁊ timuit: ⁊ expauit cor eius nimis
Cōſuluitq; dn̄m: et nō r̄ndit ei neq; per
ſomnia neq; per ſacerdotes neq; p ꝓphe-
tas. Dixitq; ſaul ſeruis ſuis. Querite
michi mulierē habentē phitonē ⁊ vadā
ad eā et ſciſcitabor p illam. Et dixerūt
ſerui eius ad eū. Eſt mulier phitonē ha-
bens in endor. Mutauit ergo habitū ſu-
um: veſtituſq; eſt alijs veſtimentis: et
abijt ipe ⁊ duo viri cū eo: veneruntq; ad
mulierē nocte. et ait illi. Diuina michi
in phitone: et ſuſcita michi quē dixero
tibi. Et ait mulier ad eū. Ecce tu noſti
quāta fecerit ſaul: et quomodo eraſerit
magos ⁊ ariolos de terra. Quare ergo
inſidiaris aīme mee ne occidar. Et iu-
rauit ei ſaul in dn̄o dicēs. Viuit dn̄s q̄
nō eueniet tibi quicq̄ mali ꝓpter hanc
rem. Dixitq; ei mulier: Quē ſuſcitabo
tibi: Qui ait. Samuelē michi ſuſcita.
Cū aūt vidiſſet mulier ſamuelē excla-
mauit voce magna ⁊ dixit ad ſaul. Qua-
re impoſuiſti michi: Tu es eī ſaul. Di-
xitq; ei rex. Noli timere: Quid vidiſti
Et ait mulier ad ſaul. Deos vidi aſcen-
dentes de terra. Dixitq; ei: Qualis eſt
forma eius: Que ait. Vir ſenex aſcen-
dit: et ipſe amictus eſt pallio. Et intelle-
xit ſaul q̄ ſamuel eſſet: et inclinauit ſe
ſuper faciem ſuam in terra: et adorauit.
Dixit aūt ſamuel ad ſaul: Quare inqui-
etaſti me ut ſuſcitarer. Et ait ſaul. Co-
artor nimis. Si quidem philiſtijm pu-
gnant aduerſum me: et deꝰ receſſit a me
et exaudire me noluit neq; i manu pro-
phetarū neq; p ſomnia. Vocaui ergo te
ut oſtendes michi quid faciā. Et ait ſa-
muel: Quid interrogas me: cū dn̄s re-
ceſſerit a te: ⁊ trāſierit ad emulū tuū. Fa-
ciet eī tibi dn̄s ſicut locutꝰ eſt in manu
mea: ⁊ ſcindet regnū tuū de manu tua ⁊
dabit illud proximo tuo dauid: q̄ nō
obediſti voci dn̄i: neq; feciſti irā furoris
eius in amalech. Idcirco qd̄ pateris fe-
cit tibi dn̄s hodie: ⁊ dabit dn̄s etiā iſrl̄
tecū in manu philiſtijm. Cras aūt tu et
filij tui mecū eritis: ſed ⁊ caſtra iſrl̄ tra-
det dn̄s in manus philiſtijm. Statimq;
ſaul cecidit porrectus in terrā. Extimue-
rat eī verba ſamuelis ⁊ robur nō erat
in eo: q̄ nō comederat panem tota die
illa. Ingreſſa ē itaq; mlier illa ad ſaul
Conturbatus enim erat valde. Dixitq;
ad eū. Ecce obediuit ācilla tua voci tue
et poſui animam meam in manu mea:

et audiui ſermones tuos quos locutus
es ad me. Nunc igitur audi et tu vocē
ancille tue: et ponam coram te bucellā
panis ut comedens cōualeſcas: et poſ-
ſis iter agere. Qui rennuit et ait. Non
comedā. Coegerunt autē eū ſerui ſui et
mulier: et tandem audita voce eorū ſur-
rexit de terra ⁊ ſedit ſup lectū. Mulier
aūt illa habebat vitulū paſcualē in do-
mo: et feſtinauit ⁊ occidit eū. Tollenſ
q; farinā miſcuit eā ⁊ coxit azima: ⁊ po-
ſuit ante ſaul ⁊ ante ſeruos eius. Qui
cū comediſſent ſurrexerūt ⁊ ambulaue-
runt per totā noctem illam. xxix

Congregauerūt ergo philiſtijm
vniuerſa agmina in aphec. Sed
et iſrahel caſtrametatus eſt ſuper fon-
tem qui erat in ieſrahel. Et ſatrape qui-
dem philiſtijm incedebāt in centurioni-
bus et milibus. dauid aūt et viri eius
erant in nouiſſimo agmine cum achis
Dixerūtq; pncipes philiſtijm ad achis
Quid ſibi volūt hebrei iſti. Et ait achis
ad pncipes philiſtijm. Nūquid igno-
ratis dauid q̄ fuit ſeruus ſaul regis iſrl̄
et eſt apud me multis diebus vl̄ annis
Et nō inueni ī eo q̄cq̄ mali ex die q̄ trāſ-
fugit ad me: uſq; ad diem hanc. Irati
ſunt aūt aduerſus eum pncipes phili-
ſtijm: et dixerūt ei. Reuertatur vir ⁊ ſe-
deat in loco ſuo in quo cōſtituiſti eum
et nō deſcendit nobiſcū in p̄liū: ne fiat
nobis aduerſarius cū p̄liari ceperimus
Quō eñ aliter poterit placare dñm ſu-
um: niſi in capitibꝫ noſtris? Nōne iſte
eſt dauid cui cātabāt in choris dicentes
percuſſit ſaul in milibꝫ ſuis: et dauid in
decem milibꝫ ſuis. Vocauit ergo achis
dauid et ait ei. Viuit dñs: q2 rectus es
tu et bonus ī cōſpectu meo: ⁊ exitus tu-
us ⁊ introitus tuus mecū eſt in caſtris
Et nō inueni in te quicq̄ mali ex die q̄
veniſti ad me uſq; in diem hāc: ſed ſa-
trapis nō places. Reuertere ergo et va-
de in pace: et nō offendas oculos ſatra-
parum philiſtijm. Dixitq; dauid ad a-
chis. Quid enim feci: et quid inueniſti
in me ſeruo tuo a die qua fui in conſpe-
ctu tuo uſq; in diē hāc. ut non veniā et
pugnē contra inimicos dñi mei regis.
Reſpōdens aūt achis locutus eſt ad da-
uid. Scio q2 bonus es tu in oculis me-
is ſicut angelus dei: ſed pncipes phili-
ſtinorū dixerūt. Nō aſcendet nobiſcum
in preliū. Igit̄ cōſurge mane tu et ſer-
ui dñi tui. q̄ venerūt tecū: et cū de nocte
ſurrexeritis ⁊ ceperit diluceſcere pergite
Surrexit itaq; de nocte dauid ipſe et vi-
ri ei9: ut pficiſcerētur mane ⁊ reuerterē-
tur ad terrā philiſtijm. Philiſtijm aūt
aſcenderūt in ieſrahel. xxx

Cumq; veniſſent dauid et viri ei9
in ſicelech die tercia: amalechite
impetum fecerūt ex parte auſtrali in ſice-
lech: et percuſſerāt ſicelech et incenderūt
eam igni. Et captiuas duxerunt mulie-
res ex ea a minimo uſq; ad magnū. et
non interfecerunt quenq̄: ſed ſecū duxe-
runt et pergebāt itinere ſuo. Cum ergo
veniſſet dauid et viri eius ad ciuitatem
et inueniſſet eā ſuccenſam igni ⁊ vxores
ſuas et filios ſuos et filias ductas eſſe
captiuas: leuauerunt dauid ⁊ popul9
qui erat cū eo voces ſuas: ⁊ planxerunt
donec deficerent in eis lacrime. Siquidē
et due vxores dauid captiue ducte fue-
rant: achinoem ieſrahelites. ⁊ abigail
vxor nabal carmeli. Et cōtriſtatus eſt
dauid valde. Volebat eñ eū pp̄ls lapida-
re: quia amara erat aīa vniuſcuiuſq; viri
ſuper filijs ſuis ⁊ filiabus. Cōfortatus
eſt aūt dauid in domino deo ſuo. et ait

ad abiathar ſacerdotē filiū achimelech
Applica ad me ephot. Et applicauit abi-
athar ephot ad dauid ⁊ ↄſuluit dauid
dn̄m dicēs. Perſeq̄r latrunculos hos et
cōprehendā eos an nō. Dixitq; ei dn̄s.
Perſequere: abſq; dubio em̄ cōprehen-
des eos: et excuties predā. Abijt ergo
dauid ipē ⁊ ſexcēti viri q̄ erāt cū eo ⁊ ve-
nerūt uſq; ad torrentē beſor: ⁊ laſſi qui-
dā ſubſtiterūt. Perſecutus ē aūt dauid
ipē ⁊ q̄dringenti viri cū eo: ſubſtiterāt
em̄ ducēti: q̄ laſſi trāſire nō poterāt tor-
rentē boſor. Et inuenerūt virū egiptiū in
agro: et adduxerūt eū ad dauid. Dede-
runtq; ei panē ut comederet et biberet
aquā: ſed ⁊ fragmen maſſe cariacarū ⁊
duas ligaturas vuepaſſe. Qui cū come-
diſſet reuerſus eſt ſpiritus ei⁹ ⁊ refocil-
latus eſt. Nō em̄ comederat panē neq;
biberat aquā trib; dieb; ⁊ trib; noctib;
Dixit itaq; ei dauid. Cuius es tu vel vn-
de: et quo pergis? Qui ait. Puer egipti-
us ego ſū ſeruus viri amalechite. Dere-
liquit aūt me dn̄s meus: quia egrota-
re cepi nudiuſtercius. Siquidē nos eru-
pimus ad auſtralem plagam cerethi. ⁊
contra iudā et ad meridiē caleph: et ſi-
celech ſuccendimus igni. Dixitq; ei da-
uid. Potes me ducere ad iſtū cuneum
Qui ait. Jura michi per deū q̄ nō occi-
das me. ⁊ nō tradas me in manus dn̄i
mei: et ego ducā te ad cuneū iſtū. Et iu-
rauit ei dauid. Qui cū duxiſſet eum ecce
illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſe
terre: comedentes ⁊ bibentes ⁊ quaſi fe-
ſtum celebrātes diē. pro cūcta preda et
ſpolijs q̄ ceperāt de terra philiſtijm: ⁊ de
terra iuda. Et percuſſit eos dauid a veſpe-
ra uſq; ad veſperā alterius diei: et nō e-
uaſit ex eis quiſq̄: niſi tantū quadrin-
genti viri adoleſcentes qui aſcenderant

camelos et fugerant. Eruit ergo dauid
omnia que tulerant amalechite: et du-
as vxores ſuas eruit. Nec defuit quiſq̄
a paruo uſq; ad magnū tam de filijs q̄
de filiab; et de ſpolijs: et quecūq; rapue-
rant om̄ia reduxit dauid: et tulit vni-
uerſos greges et armenta ⁊ minauit an-
te faciem ſuā. Dixerūtq;. Hec eſt preda
dauid. Venit aūt dauid ad ducētos vi-
ros qui laſſi ſubſtiterāt nec ſequi pote-
rant dauid: et reſidere eos iuſſerat i tor-
rente boſor. Qui egreſſi ſūt obuiā dauid
et pp̄lo q̄ erat cū eo. Accedens aūt dauid
ad populum: ſalutauit eos pacifice. Re-
ſpondenſq; om̄is vir peſſim⁹ ⁊ iniquus
de viris q̄ erāt cū dauid dixit. Quia nō
venerunt nobiſcum: non dabimus eis
quicq̄ de preda quā eruimus: ſed ſufficiat
at vnicuiq; vxor ſua et filij: quos cū ac-
ceperint recedant. Dixit autem dauid.
Nō ſic facietis fratres mei de hijs q̄ tra-
didit nobis dn̄s: et cuſtodiuit nos: ⁊ de-
dit latrunculos qui eruperant ad uerſū
vos in manus noſtras: nec audiet vos
quiſq̄ ſup ſermone hoc. Equa em̄ pars
erit deſcendētis ad preliū et remanē-
tis ad ſarcinas: ⁊ ſimiliter diuident. Et
factū eſt hoc ex die illa et deinceps con-
ſtitutū ⁊ p̄finitū et quaſi lex in iſrahel
uſq; in diē hāc. Venit ergo dauid in ſi-
celech: et miſit dona de preda ſenioribus
iuda proximis ſuis dicēs. Accipite be-
nedictionē de p̄da hoſtiū dn̄i. Hijs qui
erant in bethel: et qui in ramoth ad me-
ridiem: et qui in gether et qui in aroer.
et qui in ſephamot. et qui in eſthama ⁊
q̄ in rachal ⁊ q̄ in vrbib; ieramel. et q̄
in vrbib; ceni. ⁊ q̄ in rama. et q̄ in lacu
aſan. ⁊ q̄ in atach. ⁊ q̄ in ebron. et reli-
quis q̄ erant in hijs locis in quibus com-
moratus fuerat dauid ⁊ viri ei⁹. xxxi.

Philiſthijm aūt pugnabāt aduerſū
iſrahel. Et fugerūt viri iſrahel an-
te faciem philiſthijm: ⁊ ceciderūt interfe-
cti in monte gelboe. Irruerūtq; phili-
ſthijm in ſaul ⁊ in filios eius: et percuſſerūt
ionathan ⁊ aminadab ⁊ melchiſue fili-
os ſaul. totūq; pondus prelij verſū eſt
in ſaul. Et conſecuti ſūt eū viri ſagitta-
rij ⁊ vulneratus eſt vehemēt a ſagitta-
rijs. Dixitq; ſaul ad armigerū ſuū. Eua-
gina gladiū tuū ⁊ interfice me: ne for-
te veniāt incircūciſi iſti et interficiāt me
illudentes michi. Et noluit armiger ei⁹
fuerat enī nimio terrore perterritus. Ar-
ripuit itaq; ſaul gladiū ſuū ⁊ irruit ſup
eū. Quod cū vidiſſet armiger ei⁹ videlicet
q mortuus eſſet ſaul: irruit etiā ipſe ſup
gladiū ſuū ⁊ mortuus eſt cū eo. Mortu-
us eſt ergo ſaul ⁊ tres filij eius ⁊ armi-
ger illius: et vniuerſi viri eius in die il-
la pariter. Videntes autē filij iſrahel qui
erāt trās vallē ⁊ trās iordanen q fugiſ-
ſent viri iſrahelite. et q mortuus eſſet
ſaul ⁊ tres filij ei⁹: reliquerūt ciuitates
ſuas ⁊ fugerūt. Venerūtq; philiſthijm:
et habitauerūt ibi. Facta aūt die altera
venerūt philiſthijm: ut expoliarēt inter-
fectos ⁊ inuenerūt ſaul ⁊ tres filios ei⁹
iacentes in monte gelboe. Et preciderūt
caput ſaul ⁊ expoliauerūt eū armis: ⁊
miſerūt in terrā philiſtinorū p circuitū:
ut annūciaretur in templo ydolorū ⁊ in
ppl'is. Et poſuerūt arma eius in templo
aſtaroth: corpus vero eius ſuſpenderūt
in muro bethſan. Quod cū audiſſent habi-
tatores iabes galaad quecūq; fecerant
philiſthijm ſaul: ſurrexerūt omnes viri
fortiſſimi: et ambulauerunt tota nocte
et tulerūt cadauera ſaul ⁊ cadauera fili-
orū eius de muro bethſan. Veneruntq;
viri iabes galaad: ⁊ cōbuſſerūt ea igni
et tulerūt oſſa eorum ⁊ ſepelierūt in ne
more iabes: et ieiunauerūt ſeptē diebꝫ.

Explicit liber pm⁹. Incipit lib'
regum ſecundus.

Factū eſt autē poſtq
mortuus eſt ſaul. ut
dauid reuerteretur a
cede amalech: ⁊ mane
ret in ſiceleeh: duas
dies. In die aūt ter-
cio apparuit homo veniēs de caſtris ſaul
veſte cōſciſſa: et puluere conſperſus caput.
Et venit ad dauid et cecidit ſup faciem
ſuā ⁊ adorauit eū. Dixitq; ad eū dauid.
Vnde venis? Qui ait ad eū. De caſtris
iſrahel fugi. Et dixit ad eū dauid. Quod
eſt verbū qd factū eſt? Indica michi.
Qui ait. Fugit ppl's ex prelio: ⁊ multi
corruentes e populo mortui ſunt: ſed
et ſaul ⁊ ionathas filius eius interierūt
Dixitq; dauid ad adoleſcentē qui nūci-
abat ei. Vnde ſcis quia mortuus ē ſaul
et ionathas filius eius? Ait adoleſcens
qui nūciabat ei. Caſu veni i montē gel-
boe: ⁊ ſaul incūbebat ſup haſtam ſuā:
porro currus ⁊ equites appropinquabāt
ei: ⁊ cōuerſus poſt tergū ſuū. Videnſq;
me vocauit. Cui cū reſpondiſſem aſſū
dixit michi? Quis nā es tu. Et aio ad
eū. Amalechites ego ſū. Et locutus eſt
michi. Sta ſup me ⁊ interfice me qm te-
nēt me anguſtie: ⁊ adhuc tota aīa mea
in me ē. Stanſq; ſup eū occidi illū. Sciē-
bā enī q viuere nō poterat poſt ruinā. Et
tuli dyadema qd erat in capite eius: ⁊
armillam de brachio illius: et attuli ad
te dominū meū huc. Apprehendens aūt
dauid veſtimenta ſua ſcidit. omneſq; vi-
ri q erāt cū eo: ⁊ planxerūt ⁊ fleuerūt ⁊
ieiunauerūt uſq; ad veſperam ſup ſaul
et ſuper ionathan filium eius. et ſuper

pplm dñi et sup domū iſrl: eo q corru-
iſſent gladio. Dixitqȝ dauid ad iuuenē
q nūciauit ei. Vnde es tu? Qui rñdit. Fi-
lius hois aduene amalechite ego ſum.
Et ait ad eū dauid? Quare nō timuiſti
mittere manū tuā ut occideres criſtū dñi?
Vocāſqȝ dauid vnū de pueris ſuis ait.
Accedēs irrue in eū: q percuſſit illū ⁊ mor-
tuus eſt. Et ait ad eū dauid. Sanguis
tuus ſup caput tuū. Os eñ tuū locutū
eſt aduerſū te dicens: ego interfeci criſtū
dñi. Planxit aūt dauid planctū huiuſce-
modi ſup ſaul ⁊ ſup ionathā filiū eius.
et pcepit ut docerent filijs iuda planctū
ſicut ſcriptū eſt in libro iuſtorū. Et ait
Cōſidera iſrl pro hijs q mortui ſūt ſup
excelſa tua vulnerati. Incliti iſrl ſuper
montes tuos interfecti ſūt. Quomodo
ceciderūt fortes? Nolite annūciare i geth
neqȝ annūcietis in compitis aſcalonis
ne forte letētur filie philiſtijm: ne exul-
tent filie incircūciſorum. Mōtes gelboe
nec ros nec pluuia veniant ſuper vos.
Neqȝ ſint agri primitiarū qꝛ ibi abiect9
eſt clipeus fortiū: clipeus ſaul q̄ſi nō eēt
vnctus oleo a ſanguine interfectorum
ab adipe fortiū. Sagitta ionathe nūq̄
redijt retrorſū: et gladius ſaul nō ē re-
uerſus inanis. Saul et ionathas ama-
biles et decori valde in vita ſua: in mor-
te q̄qȝ nō ſūt diuiſi. Aquilis velociores
leonibȝ fortiores. Filie iſrl ſup ſaul fle-
te q veſtiebat vos coccino in delicijs: q
prebebat ornamenta aurea cultui vro.
Quomō ceciderūt fortes i prelio? Iona-
thas in excelſis tuis occiſus eſt. Doleo
ſup te frater mi i ionatha decore nimis
et amabilis ſup amorē mulierum. Si-
cut mater vnicū amat filiū ſuū: ita ego
te diligebā. Quomodo ceciderūt robuſti
et perierūt arma bellica? ca. ij.

Igitur poſt hec cōſuluit dauid dominū
dicens. Num aſcendā in vnā de ciuitati-
bus iuda? Et ait dñs ad eum. Aſcende.
Dixitqȝ dauid? Quo aſcendā. Et rñdit
ei. In hebron. Aſcendit ergo dauid: et
due vxores eius achinoem ieſrahelites
et abigail vxor nabal carmeli: ſed et vi-
ros qui erant cum eo: duxit dauid ſin-
gulos cum domo ſua: et manſerunt in
opidis hebron. Veneruntqȝ viri iuda et
vnxerunt ibi dauid. ut regnaret ſuper
domum iuda. Et nunciatū eſt dauid q
viri iabes galaad ſepeliſſent ſaul. Mi-
ſit ergo dauid nuncios ad viros iabes
galaad: dixitqȝ ad eos. Benedicti vos
a dño q feciſtis miſericordiā hanc cum
dño vro ſaul: et ſepeliſtis eū. Et nunc
retribuet quidem vobis dñs miſericor-
diam ⁊ veritatē: et ego reddā gratiā eo
q feciſtis verbū iſtud. Cōfortent man9
veſtre et eſtote filij fortitudinis licet eñ
mortuus ſit dñs veſter ſaul: tamen me
vnxit domus iuda in regē ſibi. Abner
aūt filius ner princeps exercitus ſaul tu-
lit hiſboſet filiū ſaul. et circūduxit eum
per caſtra: regemqȝ cōſtituit ſuper gala-
ad et ſuper ieſſuri et ſuper ieſrahel et ſu-
per ephraim et ſuper beniamin: et ſuper
iſrl vniuerſū. Quadraginta ānorū erat
hiſboſeth filius ſaul cū regnare cepiſſet
ſup iſrl: ⁊ duobȝ annis regnauit. So-
la aūt domus iuda ſequebat̄ dauid. Et
fuit numerus dierū quos cōmorat9 eſt
dauid imperans in hebron: ſuper domū
iuda ſeptē annorū et ſex menſiū. Egreſ-
ſuſqȝ eſt abner filius ner et pueri hiſ-
boſeth. filij ſaul de caſtris in gabaon:
porro ioab filius ſarure et pueri dauid
egreſſi ſūt: et occurrerūt eis iuxta piſci-
nā gabaon. Et cū i vnū cōueniſſēt e re-
gione ſederūt hij in vna parte piſcine:

et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab
Surgāt pueri ⁊ ludant corā nobis. Et
rñdit ioab. Surgāt. Surrexerūt ergo
et tranſierūt numero duodecim de benia-
min ex parte hiſboſeth filij ſaul: et du-
odecim de pueris dauid. Apprehenſoq;
vnuſquiſq; capite cōparis ſui defixit gla-
diū in latus cōtrarij: et ceciderūt ſimul.
Vocatūq; eſt nomē loci illius ager ro-
buſtorū in gabaon. Et ortū eſt bellum
durū ſatis in die illa: fugatuſq; eſt ab-
ner ⁊ viri iſrl' a pueris dauid. Erāt aūt
ibi tres filij ſaruie. ioab et abiſai ⁊ aſa-
hel. Porro aſahel curſor velociſſim⁹ fuit
quaſi vnus ex capreis que morātur in
ſiluis. Perſequebat' aūt aſahel abner: ⁊
nō declinauit ad dextrā ſiue ad ſiniſtrā
omittens pſequi abner. Reſpexit itaq;
abner poſt tergū ſuū. ⁊ ait. Tu ne es a-
ſahel. Qui rñdit. Ego ſum. Dixitq; ei
abner. Vade ad dextrā ſiue ad ſiniſtram
et apprehende vnū de adoleſcentib; ⁊ tol-
le tibi ſpolia eius. Noluit autē aſahel
omittere: quin vrgeret eū. Rurſūq; lo-
cutus eſt abner ad aſahel. Recede et no-
li me ſequi: ne forte cōpellar ↄfodere te
in terrā et leuare nō potero faciē meā ad
ioab fratrem tuū. Qui audire contem-
pſit ⁊ noluit declinare. Percuſſit ergo
eū abner auerſa haſta in inguine ⁊ trāſ-
fodit et mortuus eſt in eode loco. Om-
neſq; qui tranſibāt p locū illū in quo ce-
ciderat aſahel ⁊ mortuus erat ſubſiſte-
bant. Perſequentib; aūt ioab et abiſay
fugientē abner: ſol occubuit. Et vene-
runt uſq; ad collem aque ductus: qui
eſt ex aduerſo vallis ⁊ itineris deſerti in
gabaon. Cōgregatiq; ſūt filij beniamin
ad abner: et cōglobati in vnū cum eum
ſteterūt in ſummitate tumuli vni⁹. Et
exclamauit abner ad ioab: ⁊ ait. Num
uſq; ad internetionem tuus mucro de-
ſeuiet? An ignoras qp periculoſa ſit de-
ſperacō. Vſquequo nō dicis populo: ut
omittat perſequi fratres ſuos. Et ait io-
ab. Viuit dñs: ſi locutus fuiſſes mane
receſſiſſet pplus perſequens fratrē ſuū.
Inſonuit ergo ioab buccina ⁊ ſtetit om-
nis exercitus. nec pſecuti ſūt vltra iſrl':
neq; inire certamē. Abner aūt ⁊ viri
eius abierūt per campeſtria moab tota
nocte illa et tranſierunt iordanē: ⁊ lu-
ſtrata omni bethoron venerūt ad caſtra
Porro ioab reuerſus omiſſo abner cō-
gregauit omnē pplm: et defuerūt de pu-
eris dauid decem et nouē viri excepto a-
ſahele. Serui aūt dauid percuſſerūt de ben-
iamin et de viris q̄ erāt cū abner. trecē-
toſſexaginta: q̄ et mortui ſūt. Tulerūt
q; aſahel: ⁊ ſepelierūt eū in ſepulcro pr̄is
ſui in bethleem. Et ambulauerunt tota
nocte ioab ⁊ viri qui erāt cū eo: et ī ipo
crepuſculo puenerūt ī hebron. iij.

Facta eſt ergo longa concertacō:
inter domū dauid: et inter domū
ſaulis: dauid proficiens et ſemp ſeipſo
robuſtior. domus autē ſaul decreſcens
quotidie. Natiq; ſunt filij dauid in he-
bron. Fuitq; pmogenitus eius amon de
achinoem ieſrlite. et poſt eū cheleab de
abigail vxore nabal carmeli. Porro ter-
cius abſalon. filius maacha filie tholo-
mai regis geſſur. Quartus aūt adonias
filius agith: ⁊ q̄ntus ſaphacias filius
abithal. Sextus q̄q; iethraam: de egla.
vxore dauid. Hij nati ſunt dauid in he-
bron. Cum ergo eſſet pliū inter domū
ſaul et domū dauid: abner filius ner re-
gebat domū ſaul. Fuerat aūt ſauli con-
cubina nomē reſpha filia achia: ingreſ-
ſuſq; eſt ad eam abner. Dixitq; hiſbo-
ſeth ad abner. Quare ingreſſus es ad

cõcubinā patris mei. Qui iratus nimis
propter verba hiſboſeth ait. Nunquid
caput canis ego ſum adverſū iudā ho-
die. q fecerim miſcdiam ſup domū ſaul
patris tui ⁊ ſup fratres ⁊ proximos ei⁹
et nō tradidi te in manu dauid. ⁊ tu re-
quiſiſti in me qꝫ argueres ꝓ muliere hodie
Hec faciat deus abner et hec addat ei:
niſi quō iuravit dñs dauid ſic faciā cum
eo ut trāſferat regnū de domo ſaul: et e-
levetur thronus dauid ſup iſrł et ſuper
iudā a dan uſqꝫ berſabee. Et nō potuit
rñdere ei quicquā qꝛ metuebat illū. Miſit
ergo abner nūcios ad dauid ī hebron.
pro ſe dicētes: Cui⁹ eſt terra ut loquere-
tur. Fac mecum amicicias ⁊ erit manus
mea tecū: et reducā ad te vniuerſū iſrł.
Qui ait optime. Ego faciā tecū amici-
as: ſed vnā rē peto a te dicens. Nō vide-
bis faciem meā anteqꝫ adduxeris michi
michol filiam ſaul: et ſic venies et vide-
bis me. Miſit aūt dauid nūcios ad hiſ-
boſeth filiū ſaul dicens. Redde vxorem
meā michol: quā deſpondi michi centū
prepuciis philiſtiim. Miſit ergo hiſbo-
ſeth: et tulit eā a viro ſuo faltihel filio
lais. Sequebaturqꝫ eā vir ſu⁹ plorās
uſqꝫ baurim: et dixit ad eū abner. Va-
de et revertere. Qui reverſus ē. Sermo-
nem ꝗꝫ intulit abner ad ſeniores iſrł.
dicens. Tā heri ꝗ nudiuſtercius quere-
batis dauid ut regnaret ſup vos. Nūc
ergo facite: qm̄ dñs locutus eſt ad da-
uid. dicens. In manu ſervi mei dauid
ſaluabo pplm meū iſrł de manu philiſti-
im et omniū inimicorū eius. Locutus eſt
aūt abner etiā ad beniamin. Et abiit ut
loqueretur ad dauid in hebron omnia ꝗ
placuerāt iſraheli et vniuerſo beniamin
venitqꝫ ad dauid in hebron cū viginti
viris. Et fecit dauid abner et viris ei⁹
qui venerāt cū eo convivium. Et dixit ab-
ner ad dauid. Surgā ut cōgregē ad te
dñm meū regē oēm iſrł ⁊ ineā tecū fedꝰ
et imperes omnibus ſicut deſiderat aīma
tua. Cum ergo deduxiſſet dauid abner
et ille iiſſet in pace: ſtatim pueri dauid
et ioab venerūt ceſis latronibꝫ cū preda
magna nimis. Abner aūt nō erat cum
dauid in hebron quia iam dimiſerat eū
et profectus fuerat ī pace. ⁊ ioab ⁊ om-
nis exercitus qui erant cū eo: poſtea ve-
nerant. Nunciatū eſt itaqꝫ ioab a nar-
rantibus. Venit abner filius ner ad re-
gem: et dimiſit eū et abiit in pace. Et
ingreſſus eſt ioab ad regem ⁊ ait. Quid
feciſti. Ecce venit abner ad te. Quare
dimiſiſti eū et abiit ⁊ receſſit. Ignoras
abner filiū ner qm̄ ad hoc venit ad te ut
deciperet te et ſciret exitū tuū ⁊ introitū
tuū: et noſcet oīa ꝗ agis. Egreſſus ita-
qꝫ ioab a dauid miſit nūcios poſt ab-
ner: et reduxit eū a ciſterna ſira ignorā-
te dauid. Cūqꝫ rediiſſet abner in hebrō
ſeorſū abduxit eū ioab ad mediū porte
ut loqueretur ei in dolo: ⁊ percuſſit illum
ibi ī inguine ⁊ mortuus eſt in vlciōnē
ſanguinis aſahel fratris eius. Quod cū
audiiſſet dauid rem iā geſtā. ait. Mun-
dus ego ſū et regnū meū apud deū uſ-
qꝫ in ſempiternum a ſanguine abner fi-
lii ner. et veniat ſuper caput ioab. ⁊ ſu-
per omnē domum patris eius: nec defici-
at de domo ioab fluxū ſeminis ſuſtinēs
et leproſus: et tenens fuſum: et cadens
gladio et indigens pane. Igitur ioab
et abiſai frater eius interfecerūt abner
eo qꝫ occidiſſet aſahel fratrem eorū ī ga-
baon in prelio. Dixit aūt dauid ad io-
ab: et ad omnē populum ꝗ erat cū eo.
Scindite veſtimenta vřa et accingimi-
ni ſaccis: ⁊ plangite ante exequias abner

Porro rex dauid ſequebatur feretrum. Cūq; ſepeliſſent abner in hebron leuauit rex dauid vocē ſuā: et fleuit ſuper tumulū abner. Fleuit aūt et omnis populus. Plangenſq; rex et lugens abner ait. Nequaq̄ ut mori ſolent ignaui mortuus eſt abner. Manꝰ tue ligate nō ſūt et pedes tui nō ſūt cōpedibꝰ aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere corā filijs iniquitatis ſic corruiſti. Congeminanſq; oīs pplus fleuit ſup eū. Cūq; veniſſet vniūſa multitudo cibū capere cū dauid clara adhuc die: iurauit dauid dicens. Hec faciat michi deus et hec addat: ſi ante occaſū ſolis guſtauero panē vel aliud q̄cq̄. Omniſq; pplꝰ audiuit: et placuerunt eis cūcta q̄ fecit rex in cōſpectu omīs populi. Et cognouit omē vulgus et vniūſus iſrl̄ in die illa: qm̄ nō actū fuiſſet a rege ut occideret abner filius ner. Dixit q̄; rex ad ſeruos ſuos. Num ignoratis qm̄ princeps et maximꝰ cecidit hodie in iſrl̄. Ego aūt adhuc delicatus et vnctus rex. Porro viri iſti filij ſaruie duri michi ſūt. Retribuat dn̄s facienti malum iuxta maliciam ſuam. iiij.

Audiuit aūt hiſboſech filius ſaul q̄d cecidiſſet abner i hebron et diſſolute ſūt manus eius: omiſq; iſrl̄ perturbatus eſt. Duo aūt viri principes latronū erāt filio ſaul: nomen vni baana et nomen alteri rechab filij remmon berothite de filijs beniamin. Siquidē et beroth reputata eſt in beniamin. Et fugerunt berothite in gethaim: fuerūtq; ibi aduene uſq; ad tempus illud. Erat aūt ionathe filio ſaul filius debilis pedibus. Quinquennis eni fuit; quādo venit nuncius de ſaul et ionatha ex ieſrahel. Tollens itaq; eū nutrix ſua fugit. Cūq; feſtinaret ut fugeret cecidit: et claudus effectus eſt: habuitq; vocabulū miphiboſech. Venientes igitur filij remmon berothite rechab et baana ingreſſi ſūt feruente die domū hiſboſech. Qui dormiebat ſuper ſtratū ſuū meridie. et oſtiaria domꝰ purgās triticum obdormiuit. Ingreſſi ſūt aūt domū latenē aſſumentes ſpicas tritici: et percuſſerūt eū in inguine rechab et baana frater eius: et fugerūt. Cū autem ingreſſi fuiſſent domū. ille dormiebat ſup lectū ſuū in cōclaui: et percutientes interfecerūt eū. Sublatoq; capite eius abierūt p viam deſerti tota nocte: et attulerūt caput hiſboſech ad dauid in hebron. Dixerūtq; ad regē. Ecce caput hiſboſech filij ſaul inimici tui q̄ q̄rebat animā tuā: et dedit dn̄s dn̄o nr̄o regi vlcionē hodie de ſaul et de ſemīe eius. Reſpōdens autē dauid rechab et banaa fratri eiꝰ filijs remmon berothite: dixit ad eos. Viuit dn̄s q̄ eruit animā meā de oī anguſtia: qm̄ eū q̄ anunciauerat michi et dixerat mortuus eſt ſaul: q̄ putabat ſe proſpera nūciare tenui et occidi eū in ſiceleg: cui oportebat me mercedē dare pro nūcio. Quāto magis nūc cū hoīes impij interfecerūt virū innoxiū i domo ſua ſup lectū ſuū: nō querā ſāguinē eiꝰ de manu vr̄a et auferā vos de terra? Precepit itaq; dauid pueris ſuis et interfecerūt eos: p̄cidentēſq; manus et pedes eorū ſuſpenderūt eos ſup piſcinā in hebron. Caput aūt hiſboſech tulerūt: et ſepelierūt in ſepulcro abner in hebron. v.

Venerūt vniūſe tribꝰ iſrl̄ ad dauid in hebron dicentes. Ecce nos os tuū et caro tua ſumus. Sed et heri et nudiuſtercius cū eſſet ſaul rex ſup nos: tu eras educens et reducens iſrl̄. Dixit autē dominus ad te. Tu paſces populū meū iſrahel: et tu eris dux ſuper iſrahel.

Venerūt q̄ʒ et ſeniores iſrl̄ ad regē in he-
bron ⁊ pcuſſit cū eis rex dauid fedꝰ i he-
bron corā dño : vnxerūtq̄ʒ dauid ī regē
ſuper iſrahel. Filius triginta annorum
erat dauid cū regnare cepiſſet : et qua-
draginta annis regnauit. In hebron
regnauit ſup iudam ſeptem annis : ⁊ ſex
menſibus : in ihrl̄m autem regnauit tri-
ginta tribus annis ſup omnē iſrl̄ et iu-
dam. Et abijt rex ⁊ omnes viri q̄ erant
cū eo in ihrl̄m ad iebuſeū habitatorē ter-
re. Dictumq̄ʒ eſt dauid ab eis. Non in-
gredieris huc niſi abſtuleris cecos et
claudos dicentes. Nō ingredietᷣ dauid
huc. Cepit autē dauid arcem ſyon : hec
eſt ciuitas dauid. Propoſuerat eī dauid
in die illa p̄miū qui pcuſſiſſet iebuſeū
et tetigiſſet domatū fiſtulas : ⁊ abſtuliſ-
ſet cecos et claudos odientes animā da-
uid. Idcirco dicit̄ in pūerbio. Cecus
et claudus nō intrabūt in tēplū. Habi-
tauit aūt dauid in arce ſyon et vocauit
eā ciuitatē dauid : et edificauit per girū a
mello ⁊ intrinſecus. Et egrediebatur p-
ficiens atq̄ʒ ſuccreſcens : et dñs deꝰ exer-
cituū erat cū eo. Miſit q̄ʒ hiram rex tyri
nuncios ad dauid et ligna cedrina. et
artifices lignoꝝ. artificeſq̄ʒ lapidum ad
parietes : et edificauerunt domū dauid.
Et cognouit dauid qm̄ confirmaſſet eū
dñs regē ſup iſrl̄ : ⁊ qm̄ exaltaſſet regnū
eius ſuper pplm̄ ſuum iſrl̄. Accepit ergo
dauid adhuc concubinas et vxores de ihe-
ruſalem : poſtq̄ʒ venerat de hebron. Na-
tiq̄ʒ ſunt dauid et alij filij et filie : et hec
noīa eoꝝ q̄ nati ſūt ei ihrl̄m. Samua
et ſobaab. et nathan. et ſalomon. et
ibaar. et heliſua. et nepheg. et iafia.
et heliſama. ⁊ helida. et heliſelech. Au-
dierunt ergo philiſtijm q̄ vnxiſſent da-
uid in regem ſuper iſrahel : ⁊ aſcenderunt
vniuerſi ut quererent dauid. Quod cū
audiſſet dauid : deſcēdit i preſidiū. Phi-
liſtijm aūt venientes diffuſi ſūt in valle
raphaim. Et cōſuluit dauid dñm dicēs
Si aſcēdā ad philiſtijm. ⁊ ſi dabis eos
in manu mea ? Et dixit dñs ad dauid.
Aſcēde : q̄a tradēs dabo philiſtijm in ma-
nu tua. Venit ergo dauid ad baalphara-
ſim : et percuſſit eos ibi et dixit. Diuiſit
dñs inimicos meos corā me : ſicut diui-
dūtᷣ aque. Propterea vocatū eſt nomen
loci illius baalpharaſim. Et reliquerūt
ibi ſculptilia ſua : que tulit dauid et vi-
ri eius. Et addiderūt adhuc philiſtijm
ut aſcenderent : et diffuſi ſunt in valle
raphaim. Conſuluit autē dauid dñm
Si aſcendā cōtra philiſteos : et tradas
eos in manus meas ? Qui rn̄dit. Non
aſcendas cōtra eos ſed gira poſt tergū
eoꝝ : ⁊ venies ad eos exaduſo piroꝝ. Et
cū audieris ſonitū clamoris gradiētis i
cacumine piroꝝ tūc inibis p̄liū : q̄a tūc
egredietᷣ dñs ante faciē tuā : ut pcuciat
caſtra philiſtijm. Fecit itaq̄ʒ dauid ſicut
p̄ceperat ei dñs : ⁊ pcuſſit philiſtijm de
gabaa uſq̄ʒ dū veniat gazer. vi

Congregauit aūt rurſū dauid oēs
electos ex iſrl̄ triginta milia. Sur-
rexitq̄ʒ dauid ⁊ abijt ⁊ vniuerſus pplꝰ
qui erat cū eo de viris iuda ut adduce-
rēt archam dei : ſup quā inuocatū eſt no-
men dñi exercituū ſedētis i cherubin ſup
eā. Et impoſuerūt archam dei ſup plau-
ſtꝝ nouū. Tulerūtq̄ʒ eā de domo amina-
dab qui erat ī gabaa. Oza autē ⁊ haio
filij aminadab minabāt plauſtrū nouū
Cūq̄ʒ tuliſſent eā de domo aminadab q̄
erat in gabaa. cuſtodiens archam dei.
haio p̄cedebat archā dei : dauid autem et
omnis iſrahel ludebāt corā domino : in
omnibus lignis fabrefactis ⁊ citharis.

et liris et timpanis ⁊ ſiſtris ⁊ cimbalis
Poſtq̄ȝ aūt venerūt ad areā nachor extē-
dit oza manū ad archā dei ⁊ tenuit eam
qm̄ calcitrabāt boues ⁊ declinauerūt eā
Iratuſq; eſt indignacōe dn̄s cōtra ozā
et percuſſit eū ſup temeritate: q̄ mortuus
eſt ibi iuxta archā dei. Contriſtatus eſt
aūt dauid eo q̄ percuſſiſſet dn̄s ozam: et
vocatū eſt nomen loci illius percuſſio oza
uſq; i diē hāc. Et extimuit dauid dn̄m
in die illa dicens. Quō ingredietur ad me
archa dn̄i. Et noluit diuertere ad ſe ar-
cham dn̄i in ciuitate dauid: ſed diuertit
eam in domo obededom gethei. Et habi-
tauit archa dn̄i i domo obededom gethei
trib; mēſib;: et benedixit dn̄s obededom
et omnē domū eius. Nūciatūq; eſt regi
dauid: q; benedixiſſet dn̄s obededom ⁊
omnia eius ꝓpter archā dei. Dixitq; da-
uid. Ibo ⁊ reducā archā cū benedictio-
ne in domū meā. Abijt ergo dauid: et
adduxit archā dei de domo obededom in
ciuitatē dauid cū gaudio: ⁊ erāt cum da-
uid ſeptē chori. et victima vituli. Cum-
q; trāſcendiſſent q̄ portabāt archā dn̄i
ſex paſſus immolabāt bouem et ouem
et arietem: ⁊ dauid percutiebat i organis
et ſaltabat totis virib; ante dn̄m. Por-
ro dauid erat accinctus ephot lineo: et
dauid ⁊ om̄is domus iſrahel ducebant
archā teſtamenti dn̄i in iubilo ⁊ in clā-
gore bucine. Cūq; intraſſet archa dn̄i
in ciuitatē dauid: michol filia ſaul ꝓſpi-
ciens p feneſtram vidit regē dauid ſub-
ſilientē atq; ſalientē coram dn̄o. ⁊ deſpe-
xit eū in corde ſuo. Et introduxerūt ar-
cham dn̄i: et impoſuerūt eā in loco ſuo
in medio tabernaculi qd̄ tetenderat ei da-
uid: et obtulit dauid olocauſta coram
dn̄o ⁊ pacifica. Cūq; cōpleſſet offerēs
olocauſta ⁊ pacifica: benedixit populo
in nomine dn̄i exercituum. Et partitus
eſt multitudini vniuerſe iſrahel tā viro
q̄ȝ mulieri ſingulis collirida panis vnā
et aſſaturā bubale carnis vnā: et ſimilā
frixā oleo. Et abijt om̄is pp̄ls vnuſqſ-
q; in domū ſuā. Reuerſuſq; eſt dauid:
ut benediceret domui ſue: ⁊ egreſſa mi-
chol filia ſaul i occurſū dauid ait. Quā
glorioſus fuit hodie rex iſrahel diſco-
operiens ſe ante ancillas ſeruorū ſuorū
et nudatus eſt q̄ſi ſi nudetur vn⁹ de ſcur-
ris. Dixitq; dauid ad michol. Viuit do-
minus: q; ludā ante dn̄m q̄ elegit me
potius q̄ȝ prēm tuū ⁊ q̄ȝ omnē domū ei⁹
et p̄cepit michi ut eſſem dux ſup pp̄lm
dn̄i in iſrl̄. Et ludā ⁊ vilior fiam pluſ-
q̄ȝ factus ſū ⁊ ero humilis in oculis me-
is: et cū ancillis de quib; locuta es glo-
rioſior apparebo. Igit̄ michol filie ſaul
nō eſt natus fili⁹ uſq; i diē mortis ſue.
Factū eſt aūt cū ſediſſet - vij.
rex in domo ſua ⁊ dn̄s dediſſet ei
requiē vndiq; ab vniuerſis inimicis ſu-
is: dixit ad nathā ꝓphetam. Vides ne q̄
ego habitem in domo cedrina: ⁊ archa
dei poſita ſit in medio pelliū. Dixitq; na-
than ad regē. Om̄e qd̄ eſt in corde tuo
vade fac: quia dn̄s tecū eſt. Factū eſt au-
tem in illa nocte: ⁊ ecce ſermo dn̄i ad na-
than dicens. Vade ⁊ loquere ad ſeruū
meū dauid. Hec dicit dn̄s. Nūquid tu
edificabis michi domū ad habitandū:
neq; eīm habitaui in domo ex die illa: q̄
eduxi iſrahel de terra egipti uſq; in diem
hanc: ſed ambulabam in tabernaculo ⁊
in tentorio per cuncta loca q̄ trāſiui cum
omnib; filijs iſrl̄. Nunquid loquēs lo-
cutus ſum ad vnam de tribub; iſrl̄. cui
precepi ut paſceret populū meū iſrahel
dicens. Quare nō edificaſti michi do-
mum cedrinam. Et nūc hec dices ſeruo

meo dauid. Hec dicit dñs exercituum.
Ego tuli te de paſcuis ſequentē greges
ut eſſes dux ſup pplm meū iſrl̄ ⁊ fui tecū
in omnibꝫ vbicūq; ābulaſti: ⁊ interfeci
vniuerſos inimicos tuos a facie tua: fe-
ciq; tibi nomē grande iuxta nomen ma-
gnorū qui ſūt in terra. Et ponā locū po-
pulo meo iſrl̄ et plantabo eū et habita-
bo cū eo: et nō turbabit̄ amplius: nec
addent filij iniquitatis ut affligāt eū ſi-
cut prius ex die qua cōſtitui iudices ſu-
per pplm meū iſrl̄: et requiē dabo tibi ab
omībꝫ inimicis tuis: predicetq; tibi dñs
q̄ faciat tibi dñs domum. Cūq; cōpleti
fuerint dies tui et dormieris cū patribꝫ
tuis: ſuſcitabo ſemē tuū poſt te: quod
egredietur de vtero tuo: et firmabo re-
gnū eius. Ipſe edificabit domū nomini
meo: et ſtabiliā thronū regni ei⁹ uſq; in
ſempiternū. Ego ero ei in patrē: et ipſe
erit michi in filiū. Qui ſi inique aliq̄d
geſſerit arguā eū in virga virorū: et in
plagis filiorꝫ hominū. Miſericordiam
aūt meā nō auferā ab eo ſicut abſtuli a
ſaul quē amoui a facie mea. Et fidelis e-
rit domus tua: et regnū tuū uſq; i eter-
num ante faciē meā: et thronus tu⁹ erit
firmus iugiter. Sedm̄ omnia verba hec
et iuxta vniūſam viſionē iſtā: ſic locut⁹
eſt nathan ad dauid. Ingreſſus eſt aūt
rex dauid et ſedit coram domino ⁊ dixit
Quis ego ſū dñe deus et q̄ domus mea
quia adduxiſti me huc uſq;? Sed ⁊ hoc
parū viſum eſt in cōſpectu tuo dñe deus
niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in
longinquum. Iſta eſt eñ lex ab adam
dñe de⁹. Quid ergo addere poterit adhuc
dauid ut loquatur ad te. Tu enim ſcis
ſeruū tuum dñe deus. Propter verbum
tuum et ſecundū cor tuum feciſti oīa
magnalia hec: ita ut notū faceres ſeruo
tuo. Idcirco magnificatus es domine
deus: quia nō eſt ſimilis tui: neq; eſt de-
us extra te i omībꝫ q̄ audiuim⁹ auribus
noſtris. Que ē aūt ut pplꝯ tu⁹ iſrl̄ gens
in terra ꝓpter quā iuit deus ut redime-
ret eā ſibi i pplm ⁊ poneret ſibi nomē: fa
ceretq; ei magnalia et horribilia ſup ter
ram a facie ppli tui quē redemiſti tibi ex
egipto gentē ⁊ deū eius. Firmaſti eñ ti-
bi pplm tuū iſrl̄ in populū ſempiternū:
et tu dñe deus factus eis in deū. Nūc er-
go dñe deus verbū quod locutus es ſu-
per ſeruū tuū ⁊ ſup domū eius ſuſcita in
ſempiternū ⁊ fac ſicut locutus es ut ma-
gnificetur nomē tuū uſq; i ſempiternū
atq; dicatur. Dñs deus exercituum deus
ſuper iſrl̄: et domus ſerui tui dauid erit
ſtabilita corā dño: quia tu dñe exercitu
um deus iſrl̄ reuelaſti aurē ſerui tui di-
cens. domū edificabo tibi: propterea in-
uenit ſeruus tuus cor ſuū: ut oraret te
oracōne hac. Nunc ergo dñe deus tu
es deus: et verba tua erūt vera. Locutus
es eñ ad ſeruū tuū bona hec. Incipe er-
go et benedic domū ſerui tui ut ſit in ſē-
piternū corā te: quia tu dñe deus locut⁹
es: benedictione tua benedicetur dom⁹
ſerui tui in ſempiternū. · viij ·
Factum eſt autem poſt hec percuſſit
dauid philiſtijm · et humiliauit
eos: ⁊ tulit dauid frenum tributi de ma-
nu philiſtijm: et percuſſit moab et men-
ſus eſt eos funiculo coequās terre. Mē-
ſus eſt aūt duos funiculos: vnum ad
occidendum · et vnum ad viuificandū.
Factus eſt moab dauid ſeruiens ſub tri
buto. Et percuſſit dauid adadezer filium
roob regem ſoba: quādo profectus eſt
ut dominaretur ſup flumē eufraten. Et
captis dauid ex parte ei⁹ milleſeptingē-
tis equitibꝫ · et viginti milibꝫ peditum:

ſubneruabit om̄s iugales curruū. Dere-
liquit aūt ex eis centū currus. Venit q̄
ſiria damaſci ut preſidiū ferret adadezer
regi ſoba ⁊ percuſſit dauid de ſiria uigi-
tiduo milia uirorū: et poſuit dauid in
preſidiū in ſiria damaſci: factaq; eſt ſi-
ria dauid ſeruiens ſub tributo. Serua-
uitq; dn̄s dauid in omnibꝫ ad quecūq;
profect⁹ eſt. Et tulit dauid arma aurea
q̄ habebāt ſerui adadezer: ⁊ detulit ea in
iheruſalē. Et de bethe: et de beroth ciuita-
tibus adadezer tulit rex dauid es multū
nimis: de quo fecit ſalomon omia uaſa
erea in templo· et mare eneū ⁊ colūnas
et altare. Audiuit aūt thou rex emath
q̄ percuſſiſſet dauid omē robur adadezer
Et miſit thou ioram filiū ſuū ad regem
dauid ut ſalutaret eū cōgratulans: et
gracias ageret eo q̄ expugnaſſet adade-
zer: ⁊ percuſſiſſet eū. Hoſtis quippe erat
thou adadezer. Et in manu eius erāt ua-
ſa aurea et uaſa argentea et uaſa erea
que ⁊ ipſa ſanctificauit rex dauid do-
mino cū argento et auro que ſanctifica-
uerat de uniuerſis gentibꝫ quas ſubege-
rat de ſiria et moab et filijs ammon et
philiſtijm ⁊ amalech: et de manubijs
adadezer filij roob regis ſoba. Fecit q̄
ſibi dauid nomen cū reuerteretur capta
ſiria in ualle ſalinarū ceſis decem ⁊ octo
milibus ⁊ in gebelem ad uigintitria mi-
lia: ⁊ poſuit ī ydumea cuſtodes: ſtatuit
q; preſidiū. Et facta eſt uniuerſa ydu-
mea ſeruiens dauid: ⁊ ſeruauit dn̄s da-
uid in omibꝫ ad quecūq; profectus eſt
Et regnauit dauid ſup omnē iſrl̄: facie-
bat q̄ dauid iudiciū ⁊ iuſticiā omī pplo
ſuo. Joab aūt filius ſaruie erat ſup ex-
ercitū: porro ioſaphat filius achilud·
erat a commentarijs: ⁊ ſadoch filius achi-
tob ⁊ achimelech filius abiathar erant

ſacerdotes et ſaraias ſcriba: banaias
aūt filius ioiade ſup cherethi ⁊ felethi. Fi-
lij aūt dauid ſacerdotes erāt. Et dixit da-
uid. Putas ne eſt aliquis q̄ remanſerit
de domo ſaul· ut faciā cū eo miſericordi-
am pp̄ter ionathan. IX.

Erat aūt de domo ſaul ſeruus noīe
ſiba. Quē cum uocaſſet rex ad ſe:
dixit ei. Tu ne es ſiba? Et ille reſpōdit
Ego ſū ſeruus tuus. Et ait rex. Nun-
quid ſupeſt aliquis de domo ſaul: ut fa-
ciā cū eo miſericordiā dei. Dixitq; ſiba re-
gi. Supeſt filius ionathe debilis pedibꝫ
Ubi inquit eſt. Et ſiba ad regē. Ecce ait
in domo eſt machir filij amihel in loda-
bar. Miſit ergo rex dauid: ⁊ tulit eum
de domo machir filij amihel de lodabar
Cum autē ueniſſet miphiboſeth filius
ionathe filij ſaul ad dauid: corruit in fa-
ciem ſuā ⁊ adorauit. Dixitq; dauid. Mi-
phiboſeth. Qui rn̄dit. Aſſū ſeruus tu-
us. Et ait ei dauid. Ne timeas quia fa-
ciens faciā in te miſericordiā pp̄ter iona-
than prēm tuū: et reſtituam tibi omēs
agros ſaul patris tui: et tu comedes pa-
nem in menſa mea ſemper. Qui adorans
eū dixit. Quis ego ſū ſeruus tuus: qm̄
reſpexiſti ſup canē mortuū ſimilē mei
Vocauit itaq; rex ſiba puerū ſaul: ⁊ di-
xit ei. Omia quecūq; fuerūt ſaul ⁊ uni-
uerſam domū eius dedi filio domini tui.
Operare igit̄ ei terrā tu ⁊ filij tui et ſerui
tui: ⁊ inferes filio dn̄i tui cibos ut alat̄
Miphiboſeth aūt filius dn̄i tui· come-
det ſemper panē ſuper mēſam meā. Erāt
autē ſibe quindecim filij: ⁊ uiginti ſerui.
Dixitq; ſiba ad regem. Sicut iuſſiſti
dn̄e mi rex ſeruo tuo: ſic faciet ſeruus
tuus. Et miphiboſeth comedet ſup mē-
ſam tuā quaſi unus de filijs regis. Ha-
bebat autē miphiboſeth filiū paruulū

noie micha. Omnis vero cognacō domꝰ
ſibe ſeruiebat miphiboſeth. Porro mi-
phiboſeth habitabat i ihr̄uſalē quia de
menſa regis iugiter veſcebatur: et erat
claudus vtroq; pede. · x ·

Factū ē aūt poſt hec ut moreret rex
filioꝝ āmon ⁊ regnauit anon filꝰ
eiꝰ ꝓ eo. Dixitq; dauid. Faciā miſericor-
diam cū amon filio naas ſicut fecit pater
eiꝰ mecū miſcdiā. Miſit ergo dauid cō-
ſolās eū p ſeruos ſuos ſup patris interi-
tu. Cū aūt veniſſent ſerui dauid i terrā
filioꝝ āmon: dixerūt pncipes filiorū am-
mon ad anon dnm ſuū. Putas ꝙ pro-
pter honorē pris tui miſerit dauid ad
te ꝯſolatores: ⁊ nō ideo ut te inueſtiga-
ret ⁊ exploraret ciuitatē ⁊ euerteret eam
miſit dauid ſeruos ſuos ad te. Tulit ita-
q; anon ſeruos dauid: raſitq; dimidiā
partē barbe eoꝝ ⁊ pſcidit veſtes eoꝝ me-
dias uſq; ad nates et dimiſit eos. Qd
cū nūciatū eſſet dauid: miſit in occurſū
eorū. Erāt eni viri cōfuſi turpiter val-
de. Et mādauit eis dauid Manete i ihe-
richo donec creſcat barba vr̄a: et tūc re-
uertimini. Videntes aūt filij āmon ꝙ in-
iuriam feciſſent dauid: miſerūt: et con-
duxerūt mercede ſirū roob · et ſirū ſoba
viginti milia peditū: et a rege maacha
mille viros: et ab hiſtob decē milia vi-
rorū. Quod cū audiſſet dauid miſit io-
ab ⁊ oēm exercitū bellatorū. Egreſſi ſūt
ergo filij āmon: et direxerunt aciem an-
te ipſū introitū porte. Sirus autē ſoba
et roob et hiſtob et maacha ſeorſū erāt
in campo. Videns ergo ioab ꝙ prepara-
tum eſſet aduerſū ſe preliū · et ex aduer-
ſo et poſt tergū elegit ſibi ex omnibus
electis iſrl̄ et inſtruxit aciem cōtra ſirū:
reliquā aūt partem ppl̄i tradidit abiſai
fratri ſuo. Qui direxit aciē adūſū filios
ammon. Et ait ioab. Si preualuerint
aduerſū me ſiri eris michi in adiutoriū
ſi aūt filij āmon preualuerint aduerſum
te auxiliabor tibi. Eſto vir fortis: ⁊ pu-
gnemus pro pplo nr̄o ⁊ ciuitate dei nr̄i.
Dn̄s autē faciet quod bonum eſt in con-
ſpectu ſuo. Iniit itaq; ioab: et pplus q̄
erat cū eo certamē cōtra ſiros: q̄ ſtatim
fugerūt a facie eius. Filij autē āmon vi-
dentes ꝙ fugiſſent ſiri · fugerunt et ipſi
a facie abiſai: et ingreſſi ſunt ciuitatem
Reuerſuſq; eſt ioab a filijs āmon: et ve-
nit ihruſalē. Videntes igitur filij am-
mon: quoniā ſirus expauit · et quoniā
corruiſſent corā iſrahel: congregati ſūt
pariter. Miſitq; adadezer ⁊ eduxit ſiros
qui erant trans fluuiū: et adduxit eorū
exercitū. Sobach autem magiſter mili-
tie adadezer erat princeps eorū. Quod
cū nunciatū eſſet dauid contraxit omnem
iſrahelem: et tranſiuit iordanē · venitq;
in helā. Et direxerūt aciē ſiri ex aduerſo
dauid: et pugnauerūt cōtra iſrl̄. Fuge-
runtq; ſiri a facie iſrl̄: et occidit dauid
de ſiris ſeptingentos currus et quadra-
ginta milia equitū: et ſobach principem
militie percuſſit: qui ſtatim mortuus eſt
Videntes aūt vniūſi reges qui erāt in p̄-
ſidio adadezer ſe victos ab iſrahel: expa-
uerūt ⁊ fugerūt quinq̄ginta ⁊ octo milia
corā iſrl̄. Et fecerūt pacē cū iſrl̄ et ſerui-
erūt eis timuerūtq; ſiri auxiliū pbere filijs
ammon.

Factū eſt aūt · xi ·
uertente āno eo tpe quo ſolēt re-
ges ad bella procedere miſit dauid ioab
et ſeruos ſuos cū eo ⁊ vniūſū iſrl̄: ⁊ va-
ſtauerūt filios āmon ⁊ obſederūt rabba
Dauid aūt remanſit in ihrlm. Dū hec a-
gerentur accidit quadā die ut ſurgeret
dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem: et
deambularet in ſolario domus regie.

Vidit itaqꝫ mulierē ſe lauantē ex aduerſo
ſup ſolariū ſuū. Erat aūt mlier pulcra
valde. Miſit ergo rex: et requiſiuit q̄ eſ-
ſet mulier. Nūciatūqꝫ eſt ei ꝙ ipſa eſſet
bethſabee: filia heliam vxor vrie ethei.
Miſſis itaqꝫ dauid nūcijs et tulit eā. q̄
cū ingreſſa eſſet ad illū: dormiuit cū ea
Statimqꝫ ſanctificata eſt ab immundi-
tia ſua et reuerſa eſt in domū ſuam con-
cepto fetu. Mittenſqꝫ nūciauit dauid ⁊
ait. Concepi. Miſit autem dauid ad io-
ab dicens. Mitte ad me vriam etheum
Miſitqꝫ ioab vriā ad dauid. Et venit
vrias ad dauid. Queſiuitqꝫ dauid. ꝙ
recte ageret ioab ⁊ ppꝉus: ⁊ quō admini-
ſtraretur bellū. Et dixit dauid ad vriā
Vade in domum tuā: et laua pedes tuos.
Et egreſſus eſt vrias de domo regis: ſe-
cutuſqꝫ eſt eū cibꝰ regius. Dormiuit au-
tem vrias āte portā domꝰ regie cū alijs
ſeruis dn̄i ſui. et nō deſcendit ad domū
ſuā. Nūciatūqꝫ eſt dauid a dicentibus
Nō iuit vrias in domum ſuā. Et ait da-
uid ad vriā? Nūquid nō de via longin-
qua veniſti? Quare nō deſcendiſti in do-
mū tuā? Et ait vrias ad dauid. Archa
dei mei et iſrl' et iuda habitant ī papilio-
nibꝰ: et dn̄s meus ioab et ſerui dn̄i mei
ſup faciem terre manēt: et ego ingredi-
ar domū meā: ut comedā et bibā et dor-
miam cū vxore mea. Per ſalutē tuā et p
ſalutē anime tue nō faciā rem hāc. Ait
ergo dauid ad vriā. mane hic etiā ho-
die: et cras dimittā te. Manſit vrias in
iheruſalē in die illa et altera: et vocauit
eū dauid ut comederet coram ſe et bibe-
ret: ⁊ inebriauit eū. Qui egreſſus veſpe-
re: dormiuit ī ſtratu ſuo cū ſeruis dn̄i ſui
et in domū ſuā nō deſcendit. Factū eſt er-
go mane: et ſcripſit dauid epiſtolā ad
ioab. miſitqꝫ per manū vrie ſcribens in
epiſtola. Ponite vriā ex aduerſo belli
vbi fortiſſimū preliū eſt: et derelinquite
eum ut percuſſus intereat. Igitꝛ cū ioab
obſideret vrbem poſuit vriā in loco vbi
ſciebat viros eſſe fortiſſimos. egreſſiqꝫ
viri de ciuitate bellabāt aduerſum ioab
et ceciderūt de populo ſeruorū dauid: et
mortuus eſt etiam vrias etheus. Miſit
itaqꝫ ioab et nūciauit dauid omnia ver-
ba prelij: precepitqꝫ nuncio dicens. Cū
cpleueris vniuerſos ſermones belli ad
regem. ſi eū videris indignari ⁊ dixerit
quare acceſſiſtis ad murum: ut p̄liare-
mini: an ignoratis ꝙ multa deſuper ex
muro tela mittātur: quis percuſſit abime-
lech filiū ierobaal? Nonne mulier mi-
ſit ſup eū fragmētū mole de muro. ⁊ in-
terfecit eū ī thebes: quare iuxta murū ac-
ceſſiſtis. Dices etiā ſeruus tuus vrias
etheus occubuit. Abijt ergo nuncius: ⁊
venit ⁊ narrauit dauid omnia q̄ p̄cepe-
rat ei ioab: et dixit nuncius ad dauid.
Preualuerūt aduerſū nos viri: ⁊ egreſ-
ſi ſunt ad nos in agrū. Nos autē facto
impetu perſecuti eos ſumꝰ uſqꝫ ad portā
ciuitatis: ⁊ direxerūt iacula ſagittarij ad
ſeruos tuos ex muro deſuper: mortuiqꝫ
ſūt de ſeruis regis. Quin etiā ſeruus tu-
us vrias etheus mortuus eſt. Et dixit
dauid ad nūciū. Hec dices ioab. Nō te
frāgat iſta res. Varius enī euentus eſt
belli: et nūc hūc et nūc illū cſumit gla-
dius. Conforta bellatores tuos aduer-
ſus vrbem: ut deſtruas eā: et exhortare
eos. Audiuit autē vxor vrie ꝙ mortu-
us eſſet vrias vir ſuus: ⁊ planxit eum
Trāſactoqꝫ luctu miſit dauid et intro-
duxit eā in domū ſuā: ⁊ facta eſt ei vxor
peperitqꝫ ei filiū. Et diſplicuit verbū hoc
quod fecerat dauid corā dn̄o. XII
Miſit ergo dn̄s nathan ad dauid.

Qui cū veniſſet ad eū dixit ei. Reſponde mi-
chi iudiciū. Duo viri erāt ī ciuitate vna
vnus diues ⁊ alter pauper. Diues habe-
bat oues ⁊ boues plurimos valde: pau-
per aūt nichil habebat om̄ino p̄ter ouē
vnā paruulā quā emerat ⁊ nutrierat: ⁊
que creuerat apud eū cū filijs ei⁹ ſimul
de pane illius comedens ⁊ de calice eius
bibens: et in ſinu illius dormiens: erat
q₃ illi ſicut filia. Cū aūt peregrinus qui-
dam veniſſet ad diuitē: parcens ille ſu-
mere de ouib₃ ⁊ de bob₃ ſuis ut exhibe-
ret conuiuiū peregrino illi: q̄ venerat ad
ſe tulit ouē viri pauperis et preparauit
cibos homini qui venerat ad ſe. Iratus
aūt indignacōe dauid adūſus hoīe il-
lū nimis: dixit ad nathan. Viuit dn̄s:
qm̄ fili⁹ mortis eſt vir q̄ fecit hoc. Ouē
reddet in quadruplū: eo q̄ fecerit verbū
iſtud. et nō pepercit. Dixit autē nathan
ad dauid. Tu es ille vir qui feciſti hāc
rem. Hec dicit dn̄s deus iſrahel. Ego
vnxi te in regem ſup iſrahel. et ego erui
te de manu ſaul: ⁊ dedi tibi domū dn̄i tui
et vxores dn̄i tui in ſinu tuo: dediq₃ ti-
bi domū iſrl̄ et iuda: ⁊ ſi parua ſūt iſta
adiciā tibi multa maiora. Quare ergo
cōtempſiſti verbū dn̄i: ut faceres malū
in cōſpectu meo. Vriā etheum percuſſiſti
gladio: et vxorē illius accepiſti in vxo-
rem tibi ⁊ interfeciſti cū gladio filiorum
ammon. Quāobrem nō recedet a te gla-
dius de domo tua uſq₃ in ſempiternū: eo
q̄ deſpexeris me: ⁊ tuleris vxorē vrie e-
thei ut eſſet vxor tua. Itaq₃ hec dicit do-
minus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te ma-
lum de domo tua: et tollā vxores tuas
in oculis tuis et dabo proximo tuo: et
dormiet cū vxorib₃ tuis in oculis ſolis
hui⁹. Tu em̄ feciſti abſcondite: ego au-
tem faciam verbū iſtud in cōſpectu oīs
iſrl̄: et in cōſpectu ſolis hui⁹. Et dixit
dauid ad nathan. Peccaui dn̄o. Dixit
q₃ nathan ad dauid. Dn̄s q̄₃ trāſtulit
peccatū tuū. Nō morieris. Verūtamen
qm̄ blaſphemare feciſti inimicos nomē
dn̄i ꝓpter verbū hoc: filius qui natus ē
tibi morte morietur. Et reuerſus eſt na
than ī domū ſuā. Percuſſitq₃ dn̄s paruu-
lū quē peperit vxor vrie dauid: et deſpe-
ratus eſt. Deprecatuſq₃ eſt dauid dn̄m
pro paruulo: ⁊ ieiunauit dauid ieiunio
et ingreſſus ſeorſū iacuit ſuper terram.
Venerunt autē ſeniores domus eius: co-
gentes eū ut ſurgeret de terra. Qui nolu-
it nec comedit cū eis cibum. Accidit au-
tem die ſeptima ut moreretur infans: ti-
muerūtq₃ ſerui dauid nūciare ei q̄ mor-
tuus eſſet paruulus. Dixerūt em̄. Ecce
cū paruul⁹ adhuc viueret loquebamur
ad eū: et nō audiebat vocē noſtrā: q̄to
magis ſi dixerimus: mortuus eſt puer
ſe affliget. Cū ergo dauid audiſſet ſer-
uos ſuos muſſitātes. intellexit q̄ mortu-
us eſſet infantulus. Dixitq₃ ad ſeruos
ſuos? Nūquid mortuus eſt puer? Qui
reſpōderūt ei mortu⁹ eſt. Surrexit ergo
dauid de terra: ⁊ lotus vnctuſq₃ ē. Cū
q₃ mutaſſet veſtē ingreſſus eſt domum
dn̄i: et adorauit: et venit in domū ſuā:
petiuitq₃ ut ponerēt ei panē: et comedit
Dixerūt aūt ei ſerui ſui? Quis eſt ſermo
quē feciſti ꝓpter infantē cū adhuc viue-
ret ieiunaſti et flebas: mortuo aūt pue-
ro ſurrexiſti ⁊ comediſti panē. Qui ait
Propter infantē dū adhuc viueret ieiu-
naui et fleui. Dicebā em̄? Quis em̄ ſcit
ſi forte donet eum michi dominus: ⁊ vi-
uat infans. Nunc autē quia mortuus
eſt. quare ieiuno? Nūquid potero reuo-
care eum amplius. Ego vadam magis
ad eum: ille vero nō reuertetur ad me.

Et cõſolatus eſt dauid bethſabee vxorẽ
ſuã ingreſſuſq; ad eã dormiuit cum ea.
Que genuit filiũ: ⁊ vocauit nomẽ eius
ſalomon ⁊ dñs dilexit eũ. Miſitq; eũ
in manu nathan ꝓphete: ⁊ vocauit no-
men eius amabilis dño: eo ꝙ diligeret
eũ dñs. Igitur pugnabat ioab cõtra
rabbath filioꝝ ammon: et expugnabat
vrbem regiam. Miſitq; ioab nũcios ad
dauid dicẽs. Dimicaui adũſũ rabbath
et capienda eſt vrbs aquarũ. Nũc igi-
tur cõgrega reliquã partẽ populi ⁊ obſi-
de ciuitatem ⁊ cape eã ne cũ a me vaſtata
fuerit vrbs· nomini meo aſcribatur vi-
ctoria. Cõgregauit itaq; dauid omnem
populũ et ꝓfectus eſt aduerſũ rabbath
Cũq; dimicaſſet cepit eã. Et tulit dya-
dema melchon regis eoꝝ de capite ei⁹ põ-
do auri talẽtũ habẽs gemmas ꝑcioſiſſi-
mas ⁊ impoſitũ ẽ ſup caput dauid. Sꝫ
et predã ciuitatis aſportauit multã val-
de populũ ꝗ; eius adducens ſerrauit: et
circũegit ſup eos ferrata carpenta. Diui-
ſitq; cultris: et trãſduxit in typo laterũ.
Sic fecit vniuerſis ciuitatibus filioꝝ
ammon. Et reuerſus eſt dauid ⁊ omis
exercitus in iheruſalem. xiii ſ

FActũ eſt aũt poſt hec ut abſolon
fili⁹ dauid ſororẽ ſpecioſiſſimã vo-
cabulo thamar adamaret ammon fili⁹
dauid ⁊ diligeret eã valde ⁊ deperiret ꝓpt
eã valde· ita ut ꝓpter amorẽ ei⁹ egrota-
ret qꝛ cũ eſſet virgo difficile ei videbat:
ut q̄ppiã ĩhoneſte ageret cũ ea. Erat aũt
ãmon amicus nomĩe ionadab fili⁹ ſem-
maa fratris dauid: vir prudens valde.
Qui dixit ad eũ. Quare ſic attenuaris
macie fili regis per ſingulos dies. Cur
nõ indicas michi. Dixitq; ei ammon.
Thamar ſororẽ fratris mei abſolon a-
mo. Cui reſpõdit ionadab. Cuba ſuper
lectũ tuũ: et lãguorem ſimula: cũq; ve-
nerit pater tuus ut viſitet te dic ei. Ue-
niat oro thamar ſoror mea: ut det mi-
chi cibũ et faciat pulmentũ ut comedã
de manu eius. Accubuit itaq; ammon:
et quaſi egrotare cepit. Cũq; veniſſet
rex ad viſitãdũ eũ ait ammon ad regẽ
Ueniat obſecro thamar ſoror mea: ut
faciat in oculis meis duas ſorbitiũculas
et cibũ paratũ capiã de manu ei⁹. Mi-
ſit ergo dauid ad thamar domũ dicens
Ueni ĩ domũ ãmon fr̃is tui: ⁊ fac ei pul-
mẽtũ. Uenitq; thamar ĩ domũ ammon
fratris ſui: ille aũt iacebat. Que tollẽs
farinã cõmiſcuit ⁊ liquefaciens in ocu-
lis eius· coxit ſorbiciũculas: tollenſq;
quod coxerat effudit: ⁊ poſuit corã eo
et noluit comedere. Dixitq; ãmon. Eicite
vniuerſos a me. Cũq; eieciſſet omes:
dixit ãmon ad thamar. Infer cibũ in
cõclaui ut veſcar de manu tua. Tulit er-
go thamar ſorbiciũculas: quas fecerat
et intulit ad ãmon fratrem ſuũ in con-
claui. Cũq; obtuliſſet ei cibũ: apprehen-
dit eã ⁊ ait. Ueni cuba mecũ ſoror mea.
Que reſpondit ei. Noli frater mi noli
opprimere me: neq; enĩ hec phas eſt in
iſrl̃. Noli facere ſtulticiã hanc. Ego enĩ
ferre nõ potero obprobriũ meũ ⁊ tu eri⁹
q̄ſi vn⁹ de inſipientibꝫ ĩ iſrl̃: quin potius
loquere ad regẽ ⁊ nõ negabit me tibi.
Noluit aũt ãmon acquieſcere precibus
eius: ſed ꝑualens viribus oppreſſit eã
et cubauit cũ ea. Et exoſam eam habuit
odio magno nimis: ita ut maius eſſet
odiũ quo oderat eã: amore quo ante di-
lexerat. Dixitq; ei ãmon. Surge ⁊ va-
de. Que reſpondit ei. Maius ẽ hoc ma-
lũ quod nũc agis aduerſũ me: ꝗ̃ quod
ante feciſti expellens me. Et noluit au-
dire eã ſed vocato puero q̄ miniſtrabat

ei · dixit. Eice hanc a me foras: et clau-
de hostiū post eā. Que induta erat tala-
ri tunica: huiuscemodi enim filie regis
virgines vestibꝫ vtebāt. Eiecit itaqꝫ eā
minister illiꝰ foras: clausitqꝫ fores post
eam. Que aspergens cinerē capiti suo ·
scissa talari tunica: impositisqꝫ manibꝫ
sup caput suū: ibat ingrediens et cla-
mans. Dixit autē ei absalon frater suꝰ
Nūquid ammon frater tuus cōcubuit
tecū? Sed nūc soror tace: frater tuus ē
Neqꝫ affliges cor tuū ꝓ hac re. Man-
sit itaqꝫ thamar cōtabescens · in domo
absalon fratris sui. Cū autē audisset
rex dauid verba hec cōtristatus ē valde
et noluit contristari spiritū āmon filij
sui quoniā diligebat eū: quia ꝑmogeni-
tus erat ei. Porro nō ē locutus absalon
ad ammon nec malū nec bonū. Oderat
eñ absalon āmon: eo ꝙ violasset tha-
mar sororem suā. Factū est aūt post tē-
pus biennij · ut tonderent̄ oues absalon
in balasor: que ē iuxta effraim. Et voca-
uit absalon omēs filios regis: venitqꝫ
ad regem: ⁊ ait ad eū. Ecce tōdent̄ oues
serui tui: veniat oro rex cū ſuis suis ad
seruū suū. Dixitqꝫ rex ad absalon. No-
li fili mi: noli rogare ut veniamꝰ omēs
et grauemꝰ te. Cū autē cogeret eū ⁊ no-
luisset ire: benedixit ei. Et ait absalon
ad dauid. Si non vis venire: veniat
obsecro nobiscū saltē āmon frater meꝰ
Dixitqꝫ ad eū rex. Nō est necesse ut va-
dat tecū. Coegit itaqꝫ absalon eū: et di-
misit cū eo āmon: et vniuersos filios re-
gis. Feceratqꝫ absalō cōuiuiū q̄si cōui-
uiū regis. Preceperat aūt absalō puerisꝰ
suis dicēs. Obseruate cū temulentꝰ fue-
rit āmon vino: et dixero vobis · percuti-
te eum et interficite: nolite timere. Ego
enim sum qui precipio vobis. Robora-
mini: et estote viri fortes. Fecerūt ergo
pueri absalon aduersum ammon: sicut
p̄ceperat eis absalon. Surgentesqꝫ om-
nes filij regis: ascenderunt singuli mu-
las suas ⁊ fugerunt. Cumqꝫ adhuc per-
gerent ī itinere: fama peruenit ad dauid
dicens. Percussit absalon omnes filiosꝰ
regis: et nō remansit ex eis saltem vnꝰ
Surrexit itaqꝫ rex dauid · et scidit ve-
stimenta sua et cecidit super terram: et
omnes serui illius qui assistebant ei · sci-
derunt vestimenta sua. Respondens autē
ionadab filiꝰ semmaa fratris dauid di-
xit. Ne estimet dominus meus rex ꝙ
omnes pueri regis occisi sint. Ammon
solus mortuus est: quoniā in odio ab-
salon erat positus ex die qua oppressit
thamar sororem eius. Nūc ergo ne po-
nat dominꝰ meus rex super cor suum v̄-
bum istud dicens: omnes filij regis oc-
cisi sunt quoniā ammon solus mortuꝰ
est. Fugit autē absalon. Et eleuauit pu-
er speculator oculos suos ⁊ aspexit: ⁊ ec-
ce populus multus veniebat per iter de-
uiū ex latere mōtis. Dixit aūt ionadab
ad regem. Ecce filij regis assunt: iuxta
verbū serui tui · sic factū est. Cūqꝫ cessas-
set loqui: apparuerunt et filij regis. Et
intrantes leuauerunt vocem suam: ⁊ fle-
uerūt. Sed ⁊ rex ⁊ omnes serui eiꝰ fle-
uerūt ploratu magno nimis. Porro ab-
salon fugiens abijt ad tholomai filiū
āmiur regem gessur. Luxit ergo dauid
filiū suū āmon cūctis diebꝰ. Absalō aūt
cū fugisset ⁊ venisset ī gessur fuit ibi tri-
bus ānis cessauitqꝫ rex dauid ꝑsequi ab-
salō: eo ꝙ cōsolatꝰ eēt sup āmon interitu

XIIII.

Intelligēs aūt ioab filiꝰ
saruie ꝙ cor regis v̄sum esset ad
absalō: misit thecuā et tulit inde mulierē
sapiētē: dixitqꝫ ad eā. Lugere te simula·

et inducere veste lugubri: ⁊ ne vngaris
oleo: ut ſis quaſi mulier iā plurimo tē-
pore lugēs mortuū. Et ingredieris ad
regē: et loqueris ad eū ſermones huiuſ-
ſcemodi. Poſuit aūt ioab verba in ore
ei⁹. Itaq; cū ingreſſa fuiſſet mlier the-
cuites ad regē cecidit corā eo ſup terrā
et adorauit et dixit. Salua me rex. Et
ait ad eā rex. Quid cauſe habes? Que
reſpōdit. Heu mulier vidua ego ſum.
Mortuus eſt enī vir me⁹. ⁊ ancille tue
erāt duo filij: q̄ rixati ſūt aduerſū ſe in
agro: nulluſq; erat q̄ eos ꝓhibere poſſet
et percuſſit alter alterū et interfecit eū. Et
ecce cōſurgens vniuerſa cognatio: ad-
uerſum ancillā tuā dicit. Trade eū qui
percuſſit fratrē ſuū ut occidamus eū pro
anima fratris ſui quē interfecit: et delea-
mus heredem: et querūt extinguere ſcin-
tillam meā que relicta eſt: ut nō ſupſit
viro meo nomē ⁊ reliquiæ ſup terrā. Et
ait rex ad mulierē. Vade in domū tuam
et ego iubebo pro te. Dixitq; mlier the-
cuites ad regē. In me dn̄e mi rex ſit in-
iquitas et in domo patris mei: rex autē
et thronus eius ſit innocens. Et ait rex
Qui cōtradixerit tibi adduc eū ad me: et
vltra nō audet ut tangat te. Que ait.
Recordetur rex dn̄i dei ſui ut non multi-
plicent̄ proximi ſanguinis ad vlciſcen-
dū: et nequaq̄ interficiāt filiū meum.
Qui ait. Viuit dn̄s: q; non cadet de ca-
pillis filij tui ſup terrā. Dixit ergo mu-
lier. Loquatur ācilla tua ad dn̄m meū
regem verbum. Et ait loquere. Dixitq;
mulier. Quare cogitaſti huiuſmōi rem
cōtra pplm̄ dei: et locutus eſt rex verbū
iſtud ut peccet: ⁊ nō reducat eiectū ſuū
Omnes morimur: et quaſi aque dilabi-
mur i terrā q̄ nō reuertunt̄. Nec vult de-
us perire animā: ſed retractat cogitans
ne penitus pereat qui abiectus eſt. Nūc
igitur veni ut loquar ad dn̄m meū re-
gem verbū hoc: preſente pplo. Et dixit
Ancilla tua. Loquar ad regē ſi quo mo-
do faciat rex vba ācille ſue. Et audiuit
rex vba ut liberaret ancillā ſuā de manu
omniū qui volebant de hereditate dn̄i de-
lere me: ⁊ filiū meū ſimul. Dicat ergo
ancilla tua: ut fiat verbū dn̄i mei regis
ſicut ſacrificiū. Sicut enī angelus dn̄i.
ſic eſt dn̄s meus rex ut nec benedictio-
ne nec maledictione moueat̄. Unde et
dn̄s deus tuus eſt tecū. Et reſpōdens rex
dixit ad mulierem. Ne abſcōdas a me
verbū qd̄ te interrogo. Dixitq; ei muli-
er. Loquere dn̄e mi rex. Et ait rex. Nū-
quid manus ioab tecū eſt i omnibꝫ iſtis
Reſpōdit mulier et ait. Per ſalutē ani-
me tue dn̄e mi rex: nec ad ſiniſtrā nec
ad dexterā eſt ex omnibꝫ hijs q̄ locutus
eſt dn̄s meus rex. Seruus enī tuus io-
ab ipſe precepit michi: et ipſe poſuit in
os ancille tue omnia verba hec: ut verte-
rem figurā ſermonis hui⁹. Seruus enī
tuus ioab precepit iſtud. Tu aūt dn̄e
mi rex ſapiens es: ſicut habet ſapientiā
angelus dei: ut intelligas omnia ſup ter
ram. Et ait rex ad ioab. Ecce placat⁹
feci verbū tuū. Vade ergo et reuoca pue-
rum abſolon. Cadenſq; ioab ſup faciē
ſuā in terram adorauit ⁊ benedixit regi
Et dixit ioab. Hodie intellexit ſeruus
tuus: quia inueni graciā in oculis tuis
domine mi rex. Feciſti enī ſermonem do-
mine mi rex ſerui tui. Surrexit ergo io-
ab et abijt i geſſur: ⁊ adduxit abſolon
in iheruſalem. Dixit autē rex. Reuertat̄
in domū ſuā: et faciē meā nō videat. Re-
uerſus eſt itaq; abſolon in domū ſuam
et faciem regis non vidit. Porro ſicut
abſolon vir non erat pulcer ei ſimilis

in omni iſrahel: et decorus nimis. A ve-
ſtigio pedis uſq; ad verticem: non erat
in eo vlla macula. Et quãdo tondebat ca-
pillos · ſemel aũt i anno tondebat · quia
grauabat eũ ceſaries: ponderabat capil-
los capitis ſui ducẽtis ſiclis pondere pub-
lico. Nati ſũt aũt abſalon filij tres: et
filia vna noĩe thamar elegãtis forme.
Manſitq; abſalon in ierusalẽ duobus
annis: et faciem regis nõ vidit. Miſit
itaq; ad ioab: ut mitteret eũ ad regem.
Qui noluit venire ad eum. Cũq; ſecũdo
miſiſſet · et ille noluiſſet venire ad eũ:
dixit ſeruis ſuis. Scitis agrũ ioab iuxta
agrũ meũ: habentem meſſem ordei. Ite
igitur: ⁊ ſuccẽdite eũ igni. Succẽderũt
ergo ſerui abſalon ſegetẽ igni. Et veni-
entes ſerui ioab ſciſſis veſtibus ſuis di-
xerũt. Succenderũt ſerui abſalon partẽ
agri igni. Surrexitq; ioab et venit ad
abſalon in domũ eius: et dixit. Quare
ſuccenderũt ſerui tui ſegetem meã igni?
Et reſpõdit abſalon ad ioab. Miſi ad
te obſecrans ut venires ad me et mitte-
rem te ad regem: et diceres ei. Quare
veni de geſſur? Melius michi erat ibi
eſſe. Obſecro ergo ut videam faciem re-
gis. Quod ſi memor eſt iniquitatis mee
interficiat me. Ingreſſus itaq; ioab ad
regem: nunciauit ei omnia. Vocatuſq;
eſt abſalon et intrauit ad regem: et ado-
rauit ſuper faciem terre coram eo. Oſcu-
latuſq; eſt rex abſalon. xv.
Igitur poſt hec fecit ſibi abſalon curru⁹
et equites: ⁊ quinquaginta viros qui pre-
cederent eum. Et mane cõſurgens abſa-
lon ſtabat iuxta introitum porte in via:
et omnẽ virũ q̃ habebat negociũ ut ve-
niret ad regis iudiciũ vocabat abſalon
ad ſe: ⁊ dicebat. De qua ciuitate es tu?
Qui reſpõdens aiebat. Ex vna tribu iſrl
ego ſum ſeruus tuus. Reſpondebatq;
ei abſalon. Videntur michi ſermones tui
boni et iuſti: ſed non eſt qui te audiat
cõſtitutus a rege. Dicebatq; abſalon
Quis me conſtituat iudicem ſuper terrã
ut ad me veniãt omnes qui habent ne-
gocium et iuſte iudicem? Sed cum acce-
deret ad eum homo ut ſalutaret illum ·
extendebat manũ ſuam et apprehendens
oſculabatur eum. Faciebatq; hoc omni
iſrl · qui veniebãt ad iudiciũ ut audiret
a rege · et ſollicitabat corda virorum
iſrl. Poſt quadraginta autẽ annos di-
xit abſalon ad regem dauid. Vadam
et reddam vota mea que voui domino
in hebron. Vouens eñ vouit ſeru⁹ tuus
cũ eſſet in geſſur ſirie dicens. Si redu-
xerit me domin⁹ in ierusalẽ: ſanctifica-
bo dño. Dixitq; ei rex dauid. Vade i pa-
ce. Et ſurrexit: ⁊ abijt in hebron. Miſit
autẽ abſalon exploratores i vniuerſos
trib⁹ iſrl dicens. Statim ut audieritis
clangorẽ bucine dicite. Regnabit abſa-
lon i hebron. Porro cũ abſalõ ierũt du-
centi viri de ihrlm vocati: euntes ſimplici
corde: et cauſã penit⁹ ignorãtes. Acer-
ſiuit q̃q; abſalon achitofel gilonitem cõ-
ſiliariũ dauid: de ciuitate ſua gilõ. Cũq;
immolaret victimas facta eſt cõiuracõ
valida: ppluſq; cõcurrens augebatur cum
abſalon. Venit igitur nuncius ad dauid di-
cẽs. Toto corde vniũſus iſrl ſequit̃ ab-
ſalon. Et ait dauid ſuis ſuis: q̃ erãt cũ
eo i ihrlm. Surgite. Fugiam⁹ neq; enim
erit nobis effugiũ a facie abſalon. Fe-
ſtinate egredi: ne forte veniens occupet
nos ⁊ impleat ſup nos ruinã: ⁊ percutiat
ciuitatẽ i ore gladij. Dixerũtq; ſerui regis
ad eũ. Omĩa q̃cũq; preceperit dominus
noſter rex libenter exequemur ſerui tui
Egreſſ⁹ eſt ergo rex et vniũſa dom⁹ ei⁹

pedibus ſuis. Et dereliqt rex decē mulie-
res cōcubinas ad cuſtodiendā domum.
Egreſſuſq3 rex et oīs iſrł pedib9 ſuis
ſtetit procul a domo ⁊ vniuerſi ſerui ei9
ambulabāt iuxta eū: ⁊ legiones cerethi
et phelethi ⁊ oēs gethei pugnatores va-
lidi ſexcenti viri: qui ſecuti eū fuerāt de
geth pedites precedebāt regē. Dixit aūt
rex ad ethai getheū. Cur venis nobiſcū
Reuertere ⁊ habita cū rege qr peregrin9
es. ⁊ egreſſus es de loco tuo. heri veniſti
et hodie cōpelleris nobiſcū egredi. Ego
aūt vadā quo iturus ſum. Reuertere:
et reduc tecū fratres tuos: ⁊ dn̄s faciat
tecū miſcdiā ⁊ veritatē qr oſtendiſti gra-
ciā ⁊ fidē. Et rn̄dit ethai regi dicēs. Vi-
uit dn̄s ⁊ viuit aīa tua dn̄e meus rex
qm̄ in quocūq3 loco fueris dn̄e mi rex
ſiue in morte ſiue in vita: ibi erit ſeru9
tuus. Et ait dauid ethai. Veni et tranſi
Et trāſiuit ethai getheus ⁊ rex ⁊ omnes
viri qui cū eo erāt: ⁊ reliqua multitudo
Omneſq3 flebāt voce magna: ⁊ vniuer-
ſus pp̄lus trāſibat. Rex quoq3 tranſgredie-
batur. torrentē cedron: ⁊ cunctus pp̄ls
incedebat cōtra viam oliue que reſpiciat
ad deſertū. Venit aūt ⁊ ſadoch ſacerdos
et vniuerſi leuite cū eo portantes archā
federis dei. Et depoſuerunt archam fede-
ris dei. Et aſcendit abiathar: donec ex-
pletus eſſet oīs pp̄ls qui egreſſus fue-
rat de ciuitate. Et dixit rex ad ſadoch.
Reporta archā dei in vrbem. Si inuene-
ro graciā i oculis dn̄i reducet me ⁊ oſtē-
det michi eā. et tabernaculū ſuū: ſi autē
dixerit michi: nō places: preſto ſū: faci-
at qd̄ bonū eſt corā ſe. Et dixit rex ad
ſadoch ſacerdotē. O videns reuertere in
ciuitatē in pace. et achimaas filius tu-
us ⁊ ionathan filius abiathar duo filij
veſtri vobiſcū. Ecce ego abſcondar in
campeſtribus deſerti: donec veniat ſermo
a vobis indicans michi. Reportauerūt
ergo ſadoch et abiathar archā dei in ihe-
ruſalē: et manſerunt ibi. Porro dauid
aſcēdebat cliuū oliuarū ſcandens et flēs
nudis pedib9 incedens: ⁊ operto capite
Sed et omnis populus qui erat cū eo:
operto capite aſcendebat plorans. Nun-
ciatū eſt aūt dauid: qr achitofel eſſet in
coniuracōne cum abſolon. Dixitq3 da-
uid. Infatua queſo dn̄e cōſiliū achito-
fel. Cumq3 aſcēderet dauid ſummitatem
montis in quo adoraturus erat dn̄m:
ecce occurrit ei chuſi arachites ſciſſa ve-
ſte et terra pleno capite. Et dixit ei da-
uid. Si veneris mecū eris michi oneri:
ſi autē in ciuitatem reuertaris ⁊ dixeris
abſolon ſeruus tuus ſum rex patere me
viuere. ſicut fui ſeruus patris tui. ſic
ero ſeruus tuus: diſſipabis conſilium
achitofel. Habes aūt tecum ſadoch et a-
biathar ſacerdotes: ⁊ omne verbū quod-
cūq3 audieris in domo regis. indicabis
ſadoch ⁊ abiathar ſacerdotib9. Sunt
enī cū eis duo filij eorū achimaas filius
ſadoch ⁊ ionathan fili9 abiathar: ⁊ mit-
tetis p eos ad me om̄e verbū qd̄ audie-
ritis. Veniente ergo chuſi amico dauid.
in ciuitatē. abſolon quoq3 ingreſſus eſt ihe-
ruſalē. ⁊ achitofel cū eo. xvi

Cumq3 dauid tranſiſſet paululum
mōtis verticē: apparuit ei ſiba pu-
er miphiboſeth i occurſū eius cū duob9
aſinis: q̄ onerati erant ducentis panib9
et centū alligaturis vuepaſſe. et centū
maſſis palatarū: ⁊ duobus vtrib9 vi-
ni. Et dixit rex ſibe. Quid ſibi volunt
hec? Rn̄ditq3 ſiba. Dn̄e mi rex. Aſini
domeſticis regis ut ſedeant: ⁊ panes et
palate: ad veſcendum pueris tuis: vinū
aūt ut bibat ſi quis defecerit in deſerto.

Et ait rex. Ubi eſt filius dñi tui? Reſpõ-
ditq; ſiba regi. Remãſit in iheruſalem di-
cens. Hodie reſtituet michi domus iſrł
regnũ patris mei. Et ait rex ſibe. Tua
ſint oĩa que fuerunt miphiboſeth. Di-
xitq; ſiba. Ora ut inueniam gracã corã
te dñe mi rex. Venit ergo dauid uſq;
bahurim. Et ecce egrediebať inde vir ·
de cognacione domꝰ ſaul nomĩe ſemei
filius gera: procedebatq; egrediens: et
maledicebatq; mittebatq; lapides · õtra
dauid · ⁊ cõtra vniũſos ſeruos regis da-
uid. Omĩs autem pp̃ls ⁊ vniũſi bellato-
res · a dextero ⁊ a ſiniſtro latere regis in-
cedebãt. Ita autẽ loquebať ſemei cũ ma-
lediceret regi. Egredere · egredere vir ſã-
guinũ: et vir belial. Reddidit tibi dñs
vniũſum ſanguinẽ domus ſaul · qm̃ in-
uaſiſti regnũ pro eo: ⁊ dedit dñs regnũ
in manu abſalõ filij tui: et ecce premũt
te mala tua quoniã vir ſanguinũ es.
Dixit aũt abiſai filiꝰ ſaruie regi. Qua-
re maledicat canis hic moriturus domi-
no meo regi? Vadam ⁊ amputabo ca-
put eius. Et ait rex. Quid michi et vo-
bis eſt filij ſaruie? Dimittite eum ut ma-
ledicat. Dominus eñi precepit ei ut ma-
lediceret dauid. Et quis eſt qui audeat
dicere · quare ſic fecerit? Et ait rex ab-
iſai ⁊ vniũſis ſeruis ſuis. Ecce filiꝰ me-
us qui egreſſꝰ eſt de vtero meo · querit
animã meã: quãtomagis hic filius ge-
mini maledicat michi. Dimittite eum ut
maledicat iuxta preceptum domini: ſi
forte reſpiciat dñs afflictionem meam:
et reddat michi dñs bonũ p maledicti-
one hac die hodierna. Ambulabat ita-
q; dauid ⁊ ſocij eiꝰ p viã cũ eo: ſemei au-
tẽ p iugũ montis ex latere contra illũ ·
gradiebatur maledicens: et mittens la-
pides aduerſum eum · terramq; ſpargẽs.

Venit itaq; rex dauid et vniuerſus po-
pulꝰ cum eo laſſus: et refocillati ſũt ibi.
Abſalon autẽ ⁊ omnis populꝰ eius in-
greſſi ſunt ihrłm: ſed et achitofel cũ eo.
Cum autẽ veniſſet chuſai arachites a-
micus dauid ad abſalon: locutꝰ eſt ad
eum. Salue rex ſalue rex. Ad quẽ ab-
ſalon. Hec eſt inquit gracia tua ad ami-
cum tuũ? Quare non iuiſti cum amico
tuo? Reſpõditq; chuſai ad abſalõ. Ne-
quaq̃: quia illius ero quẽ elegit dñs
et omĩs hic pp̃ls · et vniũſus iſrahel: et
cũ eo manebo. Sed ut et hoc inferã: cui
ego ſeruiturꝰ ſũ? Nõne filio regis? Si-
cut parui patri tuo: ita parebo et tibi.
Dixit autẽ abſalon ad achitofel. Ini-
te cõſiliũ: quid agere debeamus. Et ait
achitofel ad abſalon. Ingredere ad cõ-
cubinas pr̃is tui · quia dimiſit ad cuſto-
diendã domũ: ut cũ audierit omĩs iſrł.
quod fedaueris patrẽ tuũ: roborentur
tecum manus eorũ. Tetenderunt ergo
abſalõ tabnaculũ ĩ ſolario: ingreſſuſq;
eſt ad cõcubinas pr̃is ſui: corã vniuerſo
iſrł. Conſilium aũt achitofel · quod da-
bat ĩ diebꝰ illis: quaſi ſi quis cõſuleret
dñm. Sic erat omẽ cõſiliũ achitofel
et cũ eſſet cũ dauid ⁊ cũ eſſet cũ abſalon.

Dixit ergo achitofel xvij.
ad abſalon. Eligã michi duodecĩ
milia viroꝝ · et cõſurgens perſequar da-
uid hac nocte: et irruẽs ſup eũ quippe q̃
laſſꝰ ẽ et ſolutis manibꝫ pcuciã eũ. Cũ-
q; fugerit oĩs pp̃ls q̃ cũ eo ẽ pcuciã regẽ
deſolatũ: et reducã vniũſũ pp̃łm · quõ
vnꝰ hõ redire ſolet. Vnũ eñi viꝝ tu q̃ris
⁊ oĩs pp̃ls erit ĩ pace: Placuitq; ſmo eiꝰ
abſalõ: et cũctis maioribꝫ natu iſrł. Ait
aũt abſalõ. Vocate chuſai arachiten: ⁊
audiamꝰ qd eciã ĩpe dicat. Cũq; veniſ-
ſet chuſai ad abſalõ ait abſalõ ad eũ.

huiuſcemodi ſermonē locut⁹ eſt achito-
fel. tu qđ dicas facere debem⁹ an nō. Nō
das ↄſiliū. Et dixit cuſi ad abſolō. Nō
eſt bonū hoc cōſiliū qđ dedit achitofel
hac vice. Et rurſum intulit chuſi. Tu
noſti patrē tuū ⁊ viros qui cū eo ſūt eſ-
ſe fortiſſimos ⁊ amaro animo: veluti ſi
vrſa raptis catulis in ſaltu ſeuiat. Sed
et pater tuus vir bellator eſt: nec mora-
bitur cū pplo. Forſitan nūc latitat i fo-
ueis aut in vno quo voluerit loco: et
cū ceciderit vnus quilibet i pricipio: au-
diet quicūqꝫ audierit ⁊ dicet. Facta eſt
plaga in pplo: q̄ ſequebat̄ abſolon. Et
fortiſſimus ipe cui⁹ cor eſt q̄ſi leonis:
pauore ſoluetur. Scit enī omis popul⁹
iſrl̄ fortē eſſe patrē tuū ⁊ robuſtos oēs
qui cū eo ſunt. Sed hoc michi videtur
rectū eſſe cōſiliū. Cōgregetur ad te vni-
uerſus pplſ iſrl̄ a dan uſqꝫ berſabee. q̄-
ſi arena maris innumerabiles ⁊ tu eris
in medio eoꝝ: et irruemus ſup eū i quo
cūqꝫ loco inuentus fuerit: et operiem⁹
eū ſicut cadere ſolet ros ſup terrā: et nō
derelinquem⁹ de viris q̄ cū eo ſūt. nec
vnū quidē. Quod ſi vrbē aliquā fuerit in-
greſſus: circūdabit omis iſrl̄ ciuitati illi
funes: ⁊ trahem⁹ eā in torrentē: ut non
reperiat̄ nec calculus quidē ex ea. Dixit
qꝫ abſolon ⁊ oms viri iſrl̄. Melius eſt
conſiliū cuſi arachite conſilio achitofel
Dn̄i aūt nutu diſſipatū eſt cōſiliū achi-
tofel vtile: ut induceret dn̄s ſup abſo-
lon malū ut videret ↄſiliū cuſi bonū co-
rā abſolon. Et ait chuſi ſadoch ⁊ abia
thar ſacerdotibus. Hoc ⁊ hoc modo cō-
ſilium dedit achitofel abſolon et ſenio-
ribus iſrl̄: et ego tale ⁊ tale dedi conſi
lium. Nūc ergo mittite cito: et nunciate
te dauid: dicentes. Ne moreris nocte
hac in campeſtribꝫ deſerti ſed abſqꝫ dila-
cōne trāſgredere: ne forte abſorbeatur
rex et omis pplſ q̄ cū eo eſt. Jonathas
aūt et achimaas ſtabāt iuxta fontē ro-
gel. Abijt ancilla et nūciauit eis et illi
profecti ſūt ut referrēt ad regem dauid.
nunciū. Nō enī poterāt videri: aut intro-
ire ciuitatē. Vidit aūt eos quidā puer:
et indicauit abſolon. Illi vero cōcito
gradu ingreſſi ſunt domū cuiuſdā viri
in bamuri: qui habebat puteū i veſtibu-
lo ſuo: et deſcenderūt in eū. Tulit autē
mulier ⁊ expādit velamē ſuper os putei
quaſi ſiccās tipſanas: et ſic latuit res.
Cūqꝫ veniſſent ſerui abſolon: in domū
ad mulierē dixerūt. Vbi eſt achimaas
et ionathas. Et rn̄dit eis mulier. Trā-
ſierūt feſtināt̄: guſtata paululū aqua
At hij qui querebāt eū nō repperiſſent: re-
uerſi ſūt in ihrlm. Cūqꝫ abiſſent aſcen-
derūt illi de puteo: ⁊ pergentes nūciaue-
runt regi dauid ⁊ dixerūt. Surgite et
tranſite cito fluuiū: qm̄ huiuſcemodi de-
dit cōſiliū cōtra vos achitofel. Surre-
xit ergo dauid ⁊ oīs pplus q̄ cū eo erat
et tranſierūt iordanē donec diluceſceret
et anteq̄ꝫ denudaretur verbū: nec vnus
quidē reſiduus fuit qui nō trāſiret flu-
uiū. Porro achitofel videns q nō fuiſ-
ſet factū cōſiliū ſuū: ſtrauit aſinū ſuum
ſurrexitqꝫ et abijt in domū ſuā ⁊ in ciui-
tatē ſuā: et diſpoſita domo ſua ſuſpen-
dio interijt: et ſepultus eſt in ſepulcro
patris ſui. Dauid aūt venit in caſtra: et
abſolon tranſiuit iordanē: ipe et oms
viri iſrl̄ cū eo. Amaſam vero cōſtituit
abſolon pro ioab ſup exercitum. Ama-
ſa autē erat filius viri qui vocabatur ie-
thra de ieſreli: qui ingreſſus eſt ad abi-
gail filiā naas ſororem ſaruie que fuit
mater ioab. Et caſtrametatus eſt iſrl̄
cū abſolō i terra galaad. Cūqꝫ veniſſet

dauid ī caſtra ſobi fili⁹ naas de rabbath
filioꝝ āmon · et machir fili⁹ ammihel de
lodabar · et berzalai galaadites de roga-
lim · obtulerunt ei ſtratoria ꝛ tapecia et
vaſa fictilia : frumentū ꝛ ordeū ꝛ farinā
et polentā ꝛ fabam ꝛ lentem ꝛ frixū cicer
et mel et butirum · oues et pingues vi-
tulos : dederūtq; dauid ꝛ populo qui cū
eo erāt ad veſcendū. Suſpicati enī ſūt
pplm fame ꝛ ſiti fatigari ī deſerto. xviii.

Igitur cōſiderato dauid populo ſuo · cō-
ſtituit ſup eos tribunos ꝛ centuriones:
et dedit pp̄li terciā partē ſub manu ioab ·
et terciā partē ſub manu abiſai filij ſarvie
fr̄is ioab : ꝛ terciā partē ſub manu ethai
qui erat de geth. Dixitq; rex ad populū
Egrediar ꝛ ego vobiſcū. Et r̄ndit pp̄ls
Nō exibis. Siue enī fugerim⁹ non ma-
gno opere ad eos de nob̄ ptinebit: ſiue
media pars ceciderit e nob̄ nō ſatis cura
būt : quia tu vnus ſolus pro decem mi-
libus cōputaris. Melius eſt igitur ut
ſis nob̄ in vrbe preſidio. Ad quos rex
ait. Quod vobis videtur rectū hoc faci-
am. Stetit ergo rex iuxta portā. Egredi-
ebatq; pp̄ls p turmas ſuas centeni et mil-
leni. Et p̄cepit rex ioab ꝛ abiſai ꝛ ethai
dicēs. Seruate michi puerū abſalon.
Et om̄is pp̄ls audiebat p̄cipiētē regē cū-
ctis principib; p abſalō. Itaq; egreſſ⁹
eſt pp̄ls in campū cōtra iſrl̄ · ꝛ factū eſt
preliū in ſaltu ephraim. Et ceſus eſt ibi
pp̄lus iſrl̄ ab exercitu dauid : factaq; eſt
plaga magna in die illa viginti miliū.
Fuit autem ibi prelium diſperſum ſup
faciem oīs terre: et multo plures erant
quos ſaltus conſumpſerat de populo
quam hij quos vorauerat gladius in
die illo. Accidit autem ut occurreret ab-
ſalon ſuis dauid: ſedens ī mulo. Cūq;
ingreſſus fuiſſet mulus ſubt̄ cōdenſam
quercū ꝛ magnam adheſit caput eius
quercui: et illo ſuſpenſo inter celū ꝛ ter-
ram · mulus cui inſederat ptranſiuit. Vi-
dit autē hoc quiſpiā : et nūciauit ioab
dicens. Vidi abſalon pendere de quercu.
Et ait ioab viro qui nūciauerat ei. Si
vidiſti quare non cōfodiſti eū cū terra:
et ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos
et vnū baltheū? Qui dixit ad ioab. Si
appenderes in manib; meis mille argen-
teos : nequaq̄ mitterem manum meam
in filiū regis. Audientibus enī nobis
p̄cepit rex tibi et abiſai ꝛ ethai dicens.
Cuſtodite michi puerū abſalon. Sed
et ſi feciſſem cōtra animā meā audacter
nequaq̄ hoc regem latere potuiſſet: et
tu ſtares ex aduſo. Et ait ioab. Non ſi-
cut tu vis. Sed aggrediar eū coram te
Tulit ergo ioab tres lanceas in manu
ſua · ꝛ infixit eas in corde abſalon. Cū-
q; adhuc palpitaret herens in quercu:
cucurrerunt decē iuuenes armigeri ioab:
et percucientes interfecerūt eum. Cecinit
autē ioab bucina et retinuit populum ·
ne pſequeret̄ fugientē iſrl̄: volēs parce-
re multitudini. Et tulerūt abſalō ꝛ pro-
iecerūt eū ī ſaltu ī foueā grādē: ꝛ cōpor-
tauerūt ſup eū aceruū lapidū magnū ni-
mis . Om̄is aūt iſrl̄ fugit ī tabernacula
ſua. Porro abſalon erexerat ſibi cū ad-
huc viueret titulū: qui eſt ī valle regis
Dixerat enī. Non habeo filiū: ꝛ hoc erit
monimentū noīs mei. Vocauitq; titulū
noīe ſuo: ꝛ appellat̄ man⁹ abſalon uſq;
ad hanc diē. Achimaas aūt fili⁹ ſadoch
ait. Curram ꝛ nūciabo regi: q̄a iudiciū fe-
cerit ei de⁹ de manu inimicoꝝ eius. Ad
quē ioab dixit. Nō eris nūci⁹ ī hac die
ſed nūciabis in alia. Hodie nolo te nū-
ciare · Filius enī regis ē mortu⁹ · Et ait
ioab chuſi · Vade : ꝛ nūcia regi q̄ vidiſti

adorauit chuſi ioab ⁊ cucurrit. Rurſus
autē achimaas filius ſadoch dixit ad io-
ab. Quid impedit ſi etiā ego curro poſt
chuſi. Dixitq; ei ioab. Quid vis curre-
re fili mi. Veni huc nō eris boni nūcij
baiulus. Qui reſpondit. Quid enī ſi cu-
currero. Et ait ei. Curre. Currēs ergo
achimaas per viā cōpendij trāſiuit chu
ſi. Dauid autē ſedebat inter duas portas
Speculator vero qui erat in faſtigio por
te. ſuper murū eleuans oculos vidit ho-
minē currentē ſolū: et exclamans indi-
cauit regi. Dixitq; rex. Si ſolus eſt: bo-
nus eſt nūcius in ore eius. Properāte
autē illo et accedente ꝓpius: vidit ſpecu-
lator hominē alterū currentem: ⁊ vocife-
rans in culmine ait. Apparet michi al-
ter homo currēs ſolus. Dixitq; rex. Et
iſte bonus eſt nūcius. Speculator autē
cōtemplor ait. Curſū prioris: quaſi cur-
ſū achimaas. filij ſadoch. Et ait rex.
Vir bonus eſt: et nunciū portans bonū
venit. Clamans autē achimaas dixit ad
regem. Salue rex. Et adorans regē co-
ram eo pronus in terrā ait. Benedict⁹
dñs deus tuus: qui cōcluſit homines. q
leuauerūt manus ſuas cōtra dñm meū
regē. Et ait rex. Eſt ne pax puero ab-
ſolon. Dixitq; achimaas: vidi tumul-
tū magnū cū mitteret me ioab ſeru⁹ tu-
us o rex me ſeruū tuum: neſcio aliud.
Ad quē rex: tranſi ait ⁊ ſta hic. Cunq;
ille tranſiſſet ⁊ ſtaret apparuit chuſi. Et
veniens ait. Bonū apporto nunciū dñe
mi rex. Judicauit enī pro te dñs hodie
de manu omniū qui ſurrexerūt cōtra te
Dixit autē rex ad chuſi. Eſt ne pax puero
in medio tẽpli interioris. Extendebãt au-
te͂ alas ſuas cherubin: et tangebat ala
vna pariete͂ et ala cherub ſcđi tãgebat
pariete͂ alteꝝ: ale aũt altere ĩ media pte
tẽpli ſeinuice͂ cõtingebãt. Texit quoqꝫ che-
rubin auro. Et oe͂s parietes tẽpli ꝑ cir-
cuitũ ſculpſit varijs celaturis et torno

Et fecit ĩ eis cherubim ⁊ palmas et pi=
cturas varias: quaſi ꝓminẽtes de pa=
riete et egredientes ⸫ Sed ⁊ pauimẽtũ do-
mus texit auro · intrinſecus et extrin=
ſecꝰ. Et ĩ ingreſſu oraculi fecit duo o=
ſtiola de lignis oliuaꝝ · poſteſqꝫ angu-
lorum qñqꝫ: et duo oſtia de lignis oli-
uaꝝ. Et ſculpſit in eis picturã cheru=
bim · et palmaꝝ ſpẽs · et anaglifa · val-
de ꝓminencia ⁊ texit ea auro: ⁊ operuit
tam cherubim quã palmas et cetera au=
ro. Fecitqꝫ in introitu templi poſtes de
lignis oliuaꝝ · q̃drangulatos · et duo
oſtia de lignis abiegnis altrinſecꝰ: ⁊
vtrumqꝫ oſtiũ · duplex erat: et ſemiui=
cem tenẽs aperiebaẗ. Et ſculpſit cheru-
bim et palmas et celaturas valde emi=
nentes: operuitqꝫ oĩa laminis aureis ·
ope quadro ad regulam. Et edificauit
atriũ interius · tribꝰ ordinibꝰ lapidum
politoꝝ: et vno ordine lignoꝝ cedri.

vii

Anno q̃rto fundata
eſt domus dñi in menſe zio ⁊ in
anno vndecimo mẽſe ebul · ipe ẽ mẽſis
octauꝰ · pfecta ẽ domus in oĩ ope ſuo
et in vniũſis vtenſilibus: edificauitqꝫ
eam ãnis ſeptẽ. Domũ aũt ſuã edifica=
uit ſalomon tredecim annis: et ad per=
fectum uſqꝫ pduxit. Edificauit q̊ꝫ do=
mũ ſaltus libani centum cubitoꝝ lon=
gitudinis · et qñq̃ginta cubitoꝝ lati=
tudinis · ⁊ triginta cubitoꝝ altitudĩs
et quatuor deambulatoia inẗ colum=
nas cedrinas. Ligna q̃ppe cedrina ex=
ciderat ĩ columnas: et tabulatis cedri=
nis veſtiuit totã camerã: q̃ q̃dragĩta
qñqꝫ columnis ſuſtentabaẗ. Vnꝰ aũt
ordo habebat columnas qñdecim cõtra
ſemuicẽ poſitas ⁊ e regione ſe reſpicien-
tes equali ſpacio inẗ columnas: et ſu=
per columnas q̃drangulata ligna in

cũctis equalia. Et porticũ columnarũ
fecit qñquaginta cubitoꝝ longitudĩs
et triginta cubitoꝝ latitudinis: ⁊ alte=
ram porticũ in faciem maioris porticus
et columnas et epiſtilia ſup colũnas
fecit. Porticũ q̊ꝫ ſolij in qua tribunal
eſt fecit: ⁊ texit lignis cedrinis a paui=
mento uſqꝫ ad ſũmitatẽ: et domũcula
in qua ſedebaẗ ad iudicandum · ẽat in
medio porticu ſimile ope. Domum q̊ꝫ
fecit filie pharaonis quã vxorẽ duxe=
rat ſalomon: tali opere quali ⁊ hanc
porticũ. Omnia lapidibꝰ p̃ciosis · q̃ ad
normam quandã atqꝫ mẽſurã tam in=
trinſecus q̃ꝫ extrinſecꝰ ſerrati erãt: a fũ-
damento uſqꝫ ad ſũmitatẽ parietũ: et
intrinſecus uſqꝫ ad atriũ maius. Fun=
damẽta aũt de lapidibꝰ p̃ciosis lapidi=
bus magnis · decem ſiue octo cubitorũ
et deſuper lapides p̃cioſi eq̃lis menſure
ſecti erãt: ſimiliterqꝫ de cedro. Et atriũ
maius rotundum triũ ordinũ de lapi=
dibꝰ ſectis: ⁊ vnius ordinis · de dolata
cedro: necnon et in atrio · domus dñi
interiori et in porticu domus. Miſitqꝫ
rex ſalomon · ⁊ tulit hiram de tyro fi=
liũ mulieris vidue de tribu neptalim
patre tyrio artificem erariũ: et plenum
ſapiẽcia intelligẽcia et doctrina · ad fa=
ciẽdũ oẽ opus ex ere. Qui cũ veniſſet
ad regem ſalomonẽ fecit omne opus
eiꝰ: et finxit duas columnas ereas de=
cem et octo cubitoꝝ altitudinis colum
nam vnã: et linea duodecĩ cubitorum
ambiebat columnã vtramqꝫ. Duo q̊ꝫ
capitella fecit que ponerẽtur ſup capi
ta columnaꝝ fuſilia ex ere: quinqꝫ cu
bitoꝝ altitudĩs capitellũ vnũ · ⁊ qñqꝫ
cubitoꝝ altitudinis capitellum alterũ
et quaſi in modũ retiꝭ ⁊ catenaꝝ ſibi=
inuicem miro opere cõtextarũ. Vtrũqꝫ

capitellum colūnaꝝ fuſile erat. Sep=
tena verſuū reciacula in capitello vno
et ſeptena reciacula in capitello altero
Et pfecit columnas: et duos ordines
per circuitū reciaculoꝝ ſinguloꝝ: ut te=
gerent capitella q̄ erant ſuper ſūmitatē
maloꝝ granatoꝝ. Eodem modo fecit et
capitello ſcđo. Capitella aūt q̄ erant
ſup capita columnarū q̄ſi ope lilij fa=
bricata erāt in porticu. q̄tuor cubitoꝝ
et rurſū alia capitella in ſūmitate co=
lūnaꝝ deſuper iuxta menſurā columne
contra reciacula. Maloꝝ granatoꝝ aūt
ducenti ordines erant: in circuitu capi
telli ſcđi. Et ſtatuit duas colūnas in
porticu templi. Cumq; ſtatuiſſet colū=
nam dextrā: et vocauit eā nōie iachim
Similiter erexit columnā ſecūdam: et
vocauit nomē ei⁹ booz. Et ſup capi=
ta columnaꝝ op⁹ in modū lilij poſuit
pfectūq; eſt opus columnarū. Fecit q̄q;
mare fuſile decem cubitoꝝ a labio uſq;
ad labiū: rotundū i circuitu. Quinq;
cubitoꝝ altitudo ei⁹: et reſticula t̄gīta
cubitorū cingebant illud p circuitū: et
ſculptura ſubter labiū circuibat illud
decem cubitis ambiens mare. Duo or=
dines ſculpturaꝝ hiſtoriaꝝ erant fuſi=
les: et ſtabant ſup duodecim boues. E
quib; tres reſpiciebant ad aquilonē et
tres ad occidentē. et tres ad meridiem
et tres ad orientē: et mare ſup eos de=
ſuper erat: quoꝝ poſteriora vniūſa in=
trinſecus latitabant. Groſſitudo autē
litteris triū vnciaꝝ erat: labiūq; eius
quaſi labiū calicis et foliū repādi lilij
Duo milia batos capiebat: ⁊ tria mi=
lia metretas. Et fecit baſes decē eneas
quatuor cubitoꝝ longitudinis. baſes
ſingulas: et q̄tuor cubitoꝝ latitudīs
et triū cubitoꝝ altitudinis: ⁊ ipm op⁹

baſiū interraſile erat. Et ſculpture int̄
iūcturas: et inter coronulas ⁊ plectas
leones et boues. et cherubin: et in iū=
cturis ſimiliter deſuper. Et ſubter leones
et boues q̄ſi lora ex ere dependencia: et
quatuor rote p baſes ſingulas et axes
erei: ⁊ p q̄tuor ptes q̄ſi humeruli ſub=
ter luterem fuſiles. contra ſe inuicē re=
ſpectantes. Os q̄q; luteris intrinſecus
erat in capitis ſūmitate: et qđ foriſſe-
cus apparebat vni⁹ cubiti erat totū ro=
tundum: pariterq; habebat vnū cubitū
et dimidiū. In angulis aūt colūnaꝝ
varie celature erāt: et media inter co=
lumnia q̄drata nō rotūda. Quatuor
q̄q; rote q̄ per q̄tuor angulos baſis erāt
coherebant ſibi ſubter baſim. Vna ro-
ta habebat altitudinis cubitū et ſemis
Tales aūt rote erāt: quales ſolent in
curru fieri. Et axes eaꝝ et radij. et cāti
et modioli: omnia fuſilia. Nam et hu-
meruli illi q̄tuor p ſingulos angl̄os
baſis vnius: ex ipa baſi fuſiles et con=
iūcti erāt. In ſūmitate aūt baſis erat
q̄dā rotūditas vni⁹ ⁊ dimidij cubiti.
ita fabrefacta ut luter deſup poſſet im=
poni: habēs celaturas ſuas variaſq; ſcul
pturas ex ſemetipſa. Sculpſit q̄q; in ta-
bulatis illā q̄ erāt ex ere ⁊ in angulis.
cherubin ⁊ leones. et palmas. q̄ſi i ſimi-
litudīe hoīs ſtātis: ut nō celata ſz ap=
poſita p circuitū viderēt. In hūc modū
fecit decē baſes: fuſura vna et mēſura
ſculpturaq; ſimili. Fecit q̄q; decē luteres
eneos. Quadraginta batos capiebat
luter vn⁹: eratq; q̄tuor cubitoꝝ. Sin
guloſq; luteres p ſinglas id eſt decem
baſes poſuit: ⁊ cōſtituit decem baſes.
q̄nq; ad dexteram ptem templi et q̄nq;
ad ſiniſtrā: mare aūt poſuit ad dexterā
ptem templi cōtra orientē ad meridiē

Fecit ergo hirā lebetes et ſcutras et a=
mulas: et pfecit oīe opus regis ſalo-
monis i templo dn̄i: columnas duas
et funiculos capitellorꝫ ſup capita co=
lumnarꝫ ⁊ malo granata q̄dringenta
in duobꝫ retiaculis: duos v̄ſus malo-
rumgranatorꝫ in retiaclis ſingulis ad
operiendos funiculos capitellorꝫ q̄ erāt
ſuper capita columnarꝫ: ⁊ baſes decem
et luteres decē ſup baſes: ⁊ mare vnū·
et boues duodecim ſubter mare: et lebe-
tes et ſcutras ⁊ amulas. Omnia vaſa
que fecit hiram regi ſalomoī in domo
domini: de auricalco erāt. In cāpeſtri
regione iordanis fudit ea rex i argil=
loſa terra: inter ſochot et ſarthan. Et
poſuit ſalomon oīa vaſa ī domo do-
mini. Propter mltitudinē autē nimiā
nō erat pondus eris. Fecitqꝫ ſalomon
oīa vaſa in domo dn̄i: altare aureū
et mēſam ſup quā ponerent panes ꝓ=
poſitiōis aureā: ⁊ candelabra aurea qn̄-
qꝫ ad dexterā et qn̄qꝫ ad ſiniſtrā· cōtra
oraculū ex auro puro: et q̄ſi lilij flo=
res· et lucernas deſup aureas· et forti=
cipes aureos· et ydrias · et fuſcinulas
et fialas ⁊ mortariola· et thuribula de
auro puriſſimo: et cardines oſtiorꝫ do-
mus interioris ſancti ſanctorꝫ et oſti=
orum domus templi ex auro erāt. Et
pfecit oīe opus qđ faciebat ſalomō
in domo domini: ⁊ intulit q̄ ſanctifica-
uerat dauid pater ſuus argentū et au-
rum et vaſa: repoſuitqꝫ ī theſauris do-
mus domini. · viij ·

Tunc cōgregati ſūt omnes maio=
res natu iſrł cū pn̄cipibꝫ tribuū
et duces familiarꝫ filiarū iſrahel ad re=
gem ſalomonē in iheruſalem: ut defer-
rent archam federis domī de ciuitate da-
uid id ē de ſyon. Conuenitqꝫ ad regē
ſalomonem vniūſus iſrahel in menſe
hethanim in ſolemni die: ip̄e eſt mēſis
ſeptim⁹. Veneruntqꝫ cūcti ſenes de iſra=
hel: et tulerūt archam ſacerdotes: et por=
tauerūt archā dn̄i et tabernaclm federis
et omnia vaſa ſanctuarij q̄ erāt in ta=
bernaclo: ⁊ ferebant ea ſacerdotes et le=
uite. Rex aūt ſalomon ⁊ omnis mlti=
tudo iſrł q̄ cōuenerat ad eū gradieba=
tur cū illo ante archam: ⁊ immolabāt
oues et boues abſqꝫ eſtimacōe et nu=
mero. Et intulerūt ſacerdotes archam
federis dn̄i in locū ſuū i oraclm templi
in ſanctum ſanctorꝫ: ſubter alas cheru-
bim. Siquidē cherubim expādebāt alas
ſup locū arche: et ꝓtegebant archā: et
vectes ei⁹ deſup. Cumqꝫ eminerent ve-
ctes et apparerent ſūmitates eorꝫ foris
ſanctuariū ante oraclm: nō apparebāt
vltra extrinſec⁹: q̄ et fuerūt ibi uſqꝫ in
p̄ſentē diem. In archa autē non erat
aliud niſi due tabule lapidee q̄s poſu=
erat in ea moyſes in oreb: quādo pepi-
git dn̄s fedus cū filijs iſrł· cū egrede=
rent̄ de terra egipti. Factum ē autē cū
exiſſent ſacerdotes de ſanctuario · ne=
bula impleuit domum domini: et non
poterant ſacerdotes ſtare· et miniſtrare
ꝓpt̄ nebulam. Impleuerat eñ gloria
dn̄i domū domini. Tunc ait ſalomon.
Domin⁹ dixit ut habitaret in nebula
Edificans edificaui domū et habitacu-
lum tuū firmiſſimū ſoliū tuū ī ſēpitnū
Cōuertitqꝫ rex faciem ſuā: et benedixit
omni eccleſie in iſrł. Omnis eñ ecclia
iſrł ſtabat. Et ait ſalomō. Bn̄dictus
domin⁹ deus iſrahel: q̄ locut⁹ ē ore ſuo
ad dauid patrem meum: et ī manibus
ei⁹ pfecit dicēs. A die qua eduxi pplm
meum iſrahel de egipto· nō elegi ciuita-
tē de vniūſis tribubꝫ iſrł ut edificaret̄.

domus · et eſſet nomē meū ibi: ſed ele-
gi dauid: ut eſſet ſuper pplm meū iſrl.
Voluitq; dauid pater meus edificare
domū nomini dn̄i dei iſrl: et ait domi-
nus ad dauid patrem meū. Quod cogi-
taſti in corde tuo edificare domum no-
mini meo: benefeciſti hoc ipm mēte tra-
ctans. Verumtamē tu non edificabis
michi domū: ſed filius tuus q̄ egredietur
de renibus tuis: ipſe edificabit domū no-
mini meo. Confirmauit dn̄s ſermonē
ſuū quē locutus eſt: ſtetiq; pro dauid pa-
tre meo · et ſedi ſup thronū iſrahel ſicut
locutus ē dn̄s: et edificaui domū noī
dn̄i dei iſrl: et cōſtitui ibi locū arche in
qua fedus dn̄i ē: qđ pcuſſit cū pr̄ibus no-
ſtris · quando egreſſi ſūt de ťra egipti.
Stetit aūt ſalomō ante altare dn̄i ī cō-
ſpectu eccl̄ie iſrl: et expādit manus ſu-
as in celū et ait. Domine deus iſrl nō eſt
ſimilis tui deus in celo deſup · et ſup terrā
deorſū: q̄ cuſtodis pactū et miſcd̄iā ſer-
uis tuis q̄ ābulāt corā te in toto corde
ſuo: qui cuſtodiſti ſeruo tuo dauid pr̄i
meo q̄ locutus es ei. Ore locutus es et
manibus pfeciſti: ut hec dies pbat. Nūc
igitur dn̄e deus iſrl · cōſerua famulo tuo
dauid pr̄i meo que locutus es ei dicens
Non auferetur de te vir coram me · q̄ ſe-
deat ſup thronū iſrahel: ita tamen ſi cu-
ſtodierint filij tui viā ſuā · ut ambulēt
coram me · ſicut tu ambulaſti in cōſpe-
ctu meo. Et nūc dn̄e deus iſrl firmentur
verba tua: que locutus es ſeruo tuo da-
uid patri meo. Ergo ne putandū eſt
qđ vere deus habitet ſup terrā? Si enī
celū et celi celorū te capere non poſſunt
quantomagis domus hec quā edificaui
Sed reſpice ad oracōem ſerui tui · et ad
preces eius domine deus meus. Audi
ymnū et orōnē quā ſeruus tuus orat corā

te hodie: ut ſint oculi tui apti ſup do-
mū hanc nocte ac die: ſuper domum de
qua dixiſti erit nomen meū ibi: ut ex-
audias orōnē q̄ orat in loco iſto ad
te ſeruus tuus: ut exaudias dep̄cacōnem
ſerui tui et ppli tui iſrl · qđcūq; orauit
in loco iſto: et exaudies in loco habi-
taculi tui in celo: et cū exaudieris ppi-
cius eris. Si peccauit homo ī pximū
ſuū et habuit aliqđ iuramentū quo tene-
atur aſtrictus · et venerit pp̄ter iuramētū
corā altari tuo ī domū tuā: tu exaudies
in celo et facies · et iudicabis ſeruos tu-
os · cōdemnās īpiū · et reddēs viā ſuam
ſup caput eius: iuſtificanſq; iuſtum · et
retribuēs ei ſcđm iuſticiā ſuā. Si fuge-
rit ppl̄s tuus iſrl inimicos ſuos qz pec-
caturus ē tibi: et agentes penitēciā et cō-
fitentes nomini tuo · venerint et adora-
uerint et dep̄cati te fuerīt in domo hac
exaudi in celo · et dimitte pccm̄ ppli tui
iſrl: et reduces eos in ťrā quā dediſti pa-
tribus eorū. Si clauſū fuerit celum et nō
pluit pp̄t pcc̄a eorū · et orantes in loco
iſto pniam egerīt noī tuo et a pcc̄is ſu-
is cōuſi fuerīt pp̄t afflicōnē ſuā: exau-
di eos in celo et dimitte peccata ſuorū
tuorū et ppli tui iſrl · et oſtēde eis viam
bonā p quā ambulēt: et da pluuiā ſup
ťram quā dediſti pplo tuo ī poſſeſſiōem
Fames ſi oborta fuit ī ťra aut peſtilen-
cia aut corruptus aer · aut erugo · aut
locuſta uł rubigo · et afflixerīt eū īimi-
cus eius portas obſidēs: oīs plaga · vni-
uſa īfirmitas · cūcta deuotacō et īpcacō
que acciderit omī hoī de pplo tuo iſrl: ſi
q̄s cognouit plagā cordis ſui · et expā-
derit manus ſuas ī domo hac · tu exaudi-
es ī celo ī loco habitacōis tue · et ppi-
ciaberis: et facies ut des vniuiq; ſcđm
oīs vias ſuas · ſicut videris cor eius

quia tu noſti ſolus cor omniū filiorū
hoīm: ut timeant te cūctis diebꝫ quibꝫ
viuūt ſup faciem terre · quā dediſti pa-
tribꝫ noſtris. Inſuper et alienigena q̄
nō eſt de pplo tuo iſrahel cum venerit de
terra longinqua ꝓpter nomē tuū: au-
diet enī nomē tuū magnū et man⁹ tu-
a fortis · ⁊ brachiū tuū extētū ubiqꝫ · cū
venerit ergo et orauerit ī hoc loco · tu
exaudies in celo in firmamēto habita-
culi tui: et facies omnia ꝓ quibꝫ inuo-
cauerit te alienigena ut diſcant vniū-
ſi ppl̄i terraꝝ nomē tuū timē ſicut ppl̄s
tu⁹ iſrl̄: et probent qꝛ nomē tuū inuo-
catū eſt ſup domū hanc quā edificaui
Si egreſſus fuerit popul⁹ tuus ad bel-
lum cōtra inimicos ſuos p viā q̄cūqꝫ
miſeris eos: orabunt te contra viam
ciuitatis · quā elegiſti · et contra domū
quā edificaui nomini tuo: ⁊ exaudies
in celo orōnes eoꝝ et p̄ces eoꝝ · et faci-
es iudiciū eoꝝ. Quod ſi peccauerit ti-
bi: nō ē enī homo qui nō peccet: ⁊ ira-
tus tradideris eos inimicis ſuis · ⁊ ca-
ptiui ducti fuerint in terram inimicoꝝ
longe uel ꝓpe: et egerint penitēciam in
corde ſuo in loco captiuitatis · et cōuer-
ſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua
dicētes · peccauim⁹ · inique egim⁹ · im-
pie geſſim⁹: et reuſi fuerit ad te ī vni-
uerſo corde ſuo · ⁊ tota aīa ſua in terra
inimicoꝝ ſuorū ad quā captiui ducti
fuerint: et orauerint te contra viā t̄re
ſue quā dediſti patribꝫ eoꝝ · ⁊ ciuitatis
quā elegiſti · et templi qd̄ edificaui no-
mini tuo: exaudies in celo ī firmamēto
ſolij tui · oracōes eoꝝ ⁊ preces eoꝝ: et
facies iudiciū eoꝝ et ꝓpiciaberis popu-
lo tuo qui peccauit tibi · et oībꝫ iniqta-
tibꝫ eoꝝ quibꝫ p̄uaricati ſūt ī te: et da-
bis miſericordiā corā eis · q̄ eos capti-
uos habuerīt ut miſereāt eis. Popu-
lus enī tu⁹ eſt · et hereditas tua quos
eduxiſti de t̄ra egipti · de medio forna-
cis ferree: ut ſint oculi tui aperti ad de-
precacionē ſui tui et ppl̄i tui iſrahel: et
exaudies eos in vniūſis pro quibus
inuocauerit te. Tu enī ſepaſti eos ti-
bi in hereditatē · de vniūſis ppl̄is terre
ſicut locut⁹ es p moyſen ſuū tuū: qn̄
eduxiſti patres nr̄os de egipto dn̄e de-
us. Factū eſt autē cū compleſſet ſalo-
mon orans dominū omnē orōnē ⁊ de-
p̄cacionē hanc: ſurrexit de cōſpectu al-
taris dn̄i. Vtrumqꝫ enī genu in terrā
fixerat: ⁊ manus expanderat ad celum
Stetit ergo et benedixit oī eccl̄ie iſrl̄:
voce magna dicēs. Benedictus dn̄s q̄
dedit requiē pplo ſuo iſrl̄: iuxta omnia
que locut⁹ eſt. Nō cecidit ne vn⁹ q̄de
ſermo · ex omnibꝫ bonis q̄ locutus eſt
per moyſen ſuū ſuū. Sit domin⁹ de⁹
noſter nobiſcū ſicut fuit cū prībꝫ nr̄is
non derelinquēs nos neqꝫ ꝓiciēs: ſed
inclinet corda noſtra ad ſe · ut ambu-
lem⁹ in vniūſis vijs ei⁹ · et cuſtodia-
mus mandata eius · et cerimonias et
iudicia quecūqꝫ mandauit prībꝫ nr̄is:
et ſint ſermoēs mei iſti quibꝫ dep̄catus
ſum coram dn̄o appropinquātes corā
dn̄o deo nr̄o · die ac nocte: ut faciat iu-
diciū ſeruo ſuo et pplo ſuo iſrahel · per
ſingulos dies: et ſciant oēs populi
terre qꝛ dn̄s ipe eſt deus · et nō ē vltra
abſqꝫ eo: ſit q̄ȝ cor nr̄m pfectū cū dn̄o
deo noſtro: ut ambulem⁹ ī decretis ei⁹
et cuſtodiam⁹ mādata ei⁹ · ſicut et ho-
die. Igit̄ rex ⁊ omnis iſrl̄ cum eo im-
molabāt victimas corā dn̄o. Macta-
uitqꝫ ſalomon hoſtias pacificas quas
immolauit dn̄o: boum viginti duo mi-
lia et ouium centumuigintimilia. Et

dedicauerūt templū dn̄i rex et filij iſrl̄
In die illa ſanctificauit rex medium
atrij · quod erat ante domū dn̄i. Fecit
quippe olocauſtū ibi et ſacrificiū et adipē
pacificoꝝ: qm̄ altare ereū qd̄ erat corā
dn̄o min⁹ erat: ⁊ cape nō poterat olo-
cauſtū · et ſacrificiū et adipē pacificoꝝ.
Fecit ergo ſalomō ī tp̄e illo feſtiuitatē
celebrē · et oīs iſrl̄ cū eo multitudo ma-
gna ab īgreſſu emath uſq; ad riuū egi-
pti corā dn̄o deo nr̄o ſeptē diebꝫ et ſep-
tem diebꝫ id eſt q̄tuordecī diebꝫ: et in
die octauo dimiſit pp̄los. Qui benedi-
cētes regi pfecti ſūt in tabnacla ſua: le-
tātes et alacriq; corde ſup oībꝫ bonis q̄
fecerat dominꝰ dauid ſeruo ſuo et iſra-
hel populo ſuo.
· ix ·
Factum eſt aūt cum pfeciſſet ſalo-
mon edificiū domꝰ dn̄i et edifi-
cium regis · et omne qd̄ optauerat et
voluerat facere: apparuit ei dn̄s ſcd̄o
ſicut apparuerat ei ī gabaon. Dixit do-
minꝰ ad eū. Exaudiui orōez tuā et dep̄-
cacionē tuā: quā dep̄catꝰ es corā me.
Sanctificaui domū hanc quā edifica-
ſti · ut ponerē nomē meū ibi in ſempi-
ternū: et erūt oculi mei et cor meū ibi
cūctis diebꝫ. Tu q̄q; ſi ambulaueris co-
ram me ſicut ambulauit pater tuus in
ſimplicitate cordis · ⁊ in equitate et fe-
ceris oīa que p̄cepi tibi et iudicia mea
ſeruaueris et legittima mea: ponā thro-
nū regni tui ſuper iſrl̄ ī ſempitnū ſicut
locutꝰ ſum dauid pr̄i tuo dicēs: non
auferet vir de genere tuo de ſolio iſrl̄.
Si autē auerſione auerſi fueritis vos et
filij veſtri nō ſequētes me · nec cuſtodi-
entes mādata mea · et cerimoīas quas
pppoſui vobis: ſed abieritis et coluei-
tis deos alienos et adoraueritis eos ·
auferam iſrl̄ de ſuperficie terre q̄ dedi eis
et templū qd̄ ſanctificaui nōi meo p-
iciam a cōſpectu meo: eritq; iſrl̄ in pro-
uerbiū et in fabulā cūctis pp̄lis: et do-
mus hec erit in exemplū. Omnis qui
trāſierit p eam ſtupebit: et ſibilabit ⁊
dicet. Quare fecit dn̄s ſic terre huic ⁊
domui huic? Et reſpondebūt. Quia de-
reliquerūt dn̄m deū ſuū q̄ eduxit pr̄es
eoꝝ de tr̄a egipti · et ſecuti ſūt deos alie-
nos et coluerūt eos et adorauerūt eos
idcirco īduxit dn̄s ſup eos omē malū
hoc. Expletis aūt ānis viginti poſtq̄
edificauerat ſalomō duas domos id ē
domū dn̄i ⁊ domū r̄gis · hirā rege tyri
p̄bēte ſalomonī ligna cedrina ⁊ abiegna
et auꝝ iuxta omē qd̄ opꝰ habuerat: tūc
dedit ſalomō hirā viginti opida in tr̄a
galilee. Et egreſſꝰ ē hiram de tyro · ut
videret opida q̄ dederat ei ſalomon: et
nō placuerūt ei. Et ait. Hecine ſūt ciui-
tates q̄s dediſti michi frater? Et appella-
uit eas tr̄a chabul uſq; in diem hanc.
Miſit ḡ hirā ad regē ſalomōez centū
viginti talenta auri. Hec ē ſūma expē-
ſarū quā obtulit ſalomō rex ad edifi-
candū domū dn̄i et domū ſuā ⁊ mello
et murum ihrl̄m: et eſer ⁊ mageddo et
gazer. Pharao rex egipti aſcēdit · et ce-
pit gazer ſuccēditq; eā igni: et chana-
neum q̄ habitabat in ciuitate interfecit:
et dedit eam in dotem filie ſue vxori ſa-
lomonis. Edificauit ḡ ſalomō gazer ·
et bethoron inferiorem · et baalath · et
palmiram in tr̄a ſolitudinis · et omēs vi-
cos q̄ ad ſe ptinebāt · et erāt abſq; mu-
ro muniti: et ciuitates curruū · et ciui-
tates eq̄tū et qd̄ cūq; ei placuit · ut edi-
ficaret in ihrl̄m ⁊ in libano · ⁊ in oī tr̄a
poteſtatis ſue. Vniūſū pp̄lm q̄ remanſe-
rat · de amorreis ⁊ de etheis et pherezeis
et eueis ⁊ iebuſeis · q̄ nō ſūt de filijs iſrl̄

horum filios qui remanſerāt i t̃ra q̄s ſcilicet nō potuerant filij iſrahel exterminare fecit ſalomō tributarios · uſq3 in diem hanc. De filijs aūt iſrahel nō cōſtituit ſalomō ſeruire quemq̄: ſed erāt viri bellatores et miniſtri eius et principes et duces ⁊ p̃fecti curruū et equorū. Erant aūt p̄ncipes ſuper omnia opera ſalomōis p̄poſiti qngētiqnquaginta: qui habebant ſubiectū p̄plm · ⁊ ſtatutis operibꝫ imperabāt. Filia autē pharaonis aſcēdit de ciuitate dauid in domū ſuā: quā edificauerat ei ſalomō Tunc edificauit mello. Offerebat q3 ſalomon tribus vicibꝫ per annos ſingulos olocauſta et pacificas victimas ſup altare qd edificauerat domino: et adolebat thimiama corā dn̄o. Perfectumq3 ē templū. Claſſem q3 fecit rex ſalomō i aſion gaber q̄ ē iuxta aylam in litore maris rubri: in t̃ra ydumie. Miſitq3 hirā i claſſe illa ſuos ſuos viros nauticos ⁊ gnaros maris · cū ſeruis ſalomōis: q̄ cū veniſſent in ophir ſumptū inde aurū q̄dringētoꝝ viginti talentoꝝ retulerūt ad regē ſalomonē

Sed et regina ſaba audita fama ſalomonis in nomine dn̄i: venit temptare eum in enigmatibꝫ. Et ingreſſa ihrlm multo cum comitatu ⁊ diuicijs · camelis portantibꝫ aromata ⁊ aurū infinitū nimis et gemmas p̄cioſas venit ad regem ſalomonē: et locuta ē ei vniūſa que habebat in corde ſuo. Et docuit eam ſalomon omnia ūba q̄ ꝓpoſuit. Non fuit ſermo q regem poſſet latere: et nō reſponderet ei. Videns aūt regina ſaba omnem ſapienciā ſalomōis et domū quā edificauerat et cibos mēſe eiꝰ · et habitacl'a ſeruoꝝ ⁊ ordines miniſtrāciū veſteſq3 coꝝ et pincernas · et olocauſta que offerebat in domo dn̄i nō habebat ultra ſpiritū: dixitq3 ad regem. Verus ē ſermo quē audiui in terra mea ſup ſermonibus tuis ⁊ ſup ſapiā tua: et nō credebam narrantibꝫ michi · donec ipa veni ⁊ vidi oculis meis: et ꝓbaui q media pars michi nūciata non fuit. Maior eſt ſapiā et opa tua: q̄ rumor quē audiui. Beati viri tui et beati ſerui tui hij qui ſtant coram te ſemp: et audiūt ſapiēciā tuam. Sit dn̄s deꝰ tuus benedictꝰ cui complacuiſti: et poſuit te ſup thronū iſrl' eo qd dilexerit dn̄s iſrl' in ſempitnū: et cōſtituit te regem ut faceres iudiciū ⁊ iuſticiā. Dedit ergo regi centūuiginti talenta auri: et aromata multa nimis et gemmas p̄cioſas. Nō ſūt allata vltra aromata tam mlta: q̄ ea q̄ dedit regina ſaba regi ſalomoni. Sed et claſſis hiram q̄ portabat aurū de ophir · attulit ex ophir ligna thijna multa nimis: et gemmas p̄cioſas. Fecitq3 rex de lignis thijnis fulcra domꝰ domini ⁊ domus regine: et citharas liraſq3 cantoribꝫ. Nō ſūt allata huiuſcemodi ligna thijna: neq3 viſa uſq3 in p̄ſentē diē. Rex aūt ſalomon dedit regine ſaba oīa q̄ voluit et petiuit ab eo exceptis hijs q̄ vltra obtulerat ei munere regio. Que reuſa ē: ⁊ abijt in terram ſuā cū ſeruis ſuis. Erat autē pondus auri qd offerebatur ſalomoni p ānos ſingulos · ſexcētoꝝſexagintaſex talentoꝝ auri: excepto eo qd offerebāt viri qui ſup vectigalia erant et negociatores · vniuerſiq3 ſcuta vendentes: et oēs reges arabie duceſq3 terre. Fecit quoq3 rex ſalomō ducenta ſcuta de auro puriſſimo. Sexcētos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius: et trecētas

peltas ex auro ꝓbato. Trecenteq; mi-
ne auri: vnā peltā veſtiebāt. Poſuitq;
eas rex in domo ſalt⁹ libani. Fecit eciā
rex ſalomō thronū de ebore grandē: et
veſtiuit eū auro fuluo nimis: q̄ habe-
bat ſex gradus. Et ſummitas throni
rotunda erat in pte poſteriori. et due
man⁹ hinc atq; inde tenentes ſedile:
et duo leones ſtabāt iuxta manus ſin-
gulas: et duodecī leunculi ſtantes ſup
ſex grad⁹ hinc atq; inde. Nō eſt factū
tale opus in vniūſis regnis. Sed et
oīa vaſa de quib; potabat rex ſalomō
erant aurea: et vniūſa ſupellex domus
ſaltus libani de auro puriſſimo. Nō
erat argentū nec alicui⁹ p̄cij putabat̄
in dieb; ſalomonis: q2 claſſis regis per
mare cū claſſe hirā ſemel p tres annos
ibat in tharſis: deferens inde auꝝ et ar-
gentū. et dentes elephantoꝝ et ſimias
et pauos. Magnificat⁹ ē ergo rex ſa-
lomō ſup oms̄ reges terre diuicijs et
ſapīa: et vniūſa t̄ra deſiderabat vultū
ſalomonis. ut audiret ſapīam ei⁹ quā
dederat de⁹ in corde ei⁹: et ſinguli defe-
rebāt ei munera. vaſa argētea et aurea
veſtes et arma bellica. aromata q̄3 et
equos et mulos p ānos ſinglos. Cō-
gregauitq; ſalomō curr⁹ et equites et
facti ſūt ei mille q̄dringēti curr⁹ et du-
odecī milia equitū: et diſpoſuit eos per
ciuitates munitas: et cū rege ī iheruſa-
lem. Fecitq; ut tanta eſſet abundancia
argenti in ihrl'm q̄nta et lapidū: et ce-
droꝝ p̄buit mltitudinem: q̄ſi ſicomo-
ros q̄ naſcunt̄ in campeſtrib;. Et edu-
cebantur equi ſalomoni de egipto et de
choa. Negociatores eni regis emebāt
de choa: et ſtatuto precio perducebant.
Egrediebat̄ aūt q̄driga ex egipto ſex-
centis ſiclis argenti: et equ⁹ centūqn̄-
quaginta. Atq; in hūc modū cuncti
reges ethęoꝝ et ſirie equos vendebāt.

Rex aūt ſalomon · xi ·
amauit mlieres alienigenas mul-
tas: filiā q̄3 pharaonis: et moabitidas
et ammonitidas. ydumeas et ſydoni-
as. et ethęas: de gentib; ſup quib; di-
xit dn̄s filijs iſrahel. Nō ingrediemi-
ni ad eas: neq; de illis ingredient̄ ad ve-
ſtras. Certiſſime eni auertēt corda vr̄a
ut ſeq̄mini deos eaꝝ. Hijs itaq; copu-
latus ē ſalomō ardentiſſimo amore. Fu-
eruntq; ei vxores q̄ſi regine ſeptingēte
et cōcubine trecēte. Et auerterūt mlie-
res cor ei⁹. Cumq; iam eſſet ſenex de-
prauatū eſt cor eius per mlieres ut ſe-
queretur deos alienos: nec erat cor ei⁹
pfectum cū dn̄o deo ſuo ſicut cor dauid
pr̄is ei⁹: ſed colebat ſalomon aſtar-
then deam ſydonioꝝ. chamos deū mo-
abitaꝝ et moloch ydolū ammonitaꝝ.
Fecitq; ſalomon qđ non placuerat co-
ram dn̄o: et nō adimpleuit ut ſeque-
retur dn̄m ſicut dauid pater ei⁹. Tūc
edificauit ſalomon fanū chamos ydo-
lo moab in monte qui eſt contra ihe-
ruſalem: et moloch ydolo filioꝝ am-
mon. Atq; in hunc modum fecit vni-
uerſis vxoribus ſuis alienigenis: que
adolebant thura et immolabant dijs
ſuis. Igitur iratus eſt dn̄s ſalomoni
quod aūſa eſſet mens eius a dn̄o deo
iſrahel qui apparuerat ei ſecūdo: et pre-
ceperat de verbo hoc ne ſeq̄ret̄ deos ali-
enos: et nō cuſtodiuit q̄ mandauit ei
dn̄s. Dixit itaq; dn̄s ſalomoni. Quia
habuiſti hoc apud te et nō cuſtodiſti
pactū meū et precepta mea q̄ mandaui
tibi: diſrūpens ſcīndā regnū tuū. et da-
bo illud ſeruo tuo: verūtamē in diebus
tuis nō faciam ꝓpter dauid prēm tuū.

De manu filij tui ſcīdā illud : nec to-
tum regnū auferā ſed tribū vnā dabo
filio tuo: ꝓpter dauid ſeruū meū ⁊ ihe-
ruſalem quā elegi. Suſcitauit aūt do-
min⁹ adūſariū ſalomoni adad ydu-
meū de ſemine regio: qui erat in edom
Cum eñ eſſet dauid ī ydumea et aſcē-
diſſet ioab princeps miliae ad ſepeliē-
dum eos q̄ fuerant interfecti · et occidiſ-
ſet om̄e maſculinū ī ydumea : ſex eñ
menſibꝫ ibi mortu⁹ eſt ioab · ⁊ omnis
iſrahel donec interimeret om̄e maſcu-
linū ī ydumea : fugit adad ipſe et viri
ydumei de ſeruis prīs ei⁹ cū eo: ut in-
grederet̄ egiptū. Erat aūt adad puer
paruul⁹. Cumqꝫ ſurrexiſſent de madi-
an: venerūt in pharan. Tuleruntqꝫ ſecū
viros de pharan: et introierūt egiptū
ad pharaonē regem egipti. Qui dedit
ei domū: et cibos cōſtituit: et t̄ram de-
legauit. Et inuenit adad grām coraꝫ
pharaone valde: intantum ut daret ei
vxorē ſororem vxoris ſue germanam
tafnes regine. Genuit ei ſoror tafnes
genebath filiū: et nutriuit eum tafnes
in domo pharaonis. Eratqꝫ genebath
habitās apud pharaonē cū filijs eius
Cumqꝫ audiſſet adad ī egipto dormiſ-
ſe dauid cū patribꝫ ſuis : et mortuum
eſſe ioab pricipē miliae: dixit pharaoī
Dimitte me: ut vadam in t̄ram meam
Dixitqꝫ ei pharao. Qua enim re apud
me indiges: ut queras ire ad t̄rā tuā?
At ille rñdit. Nulla. Sed obſecro te:
ut dimittas me. Suſcitauit ei de⁹ ad-
uerſariū raſon filiū eliadan q̄ fugerat
adadezer regem ſoba dn̄m ſuū: ⁊ ɔgre-
gauit ɔtra eū viros et fact⁹ ē p̄nceps
latronū cū interficeret eos dauid: abie-
rūtqꝫ damaſcum et habitauerūt ibi: cō-
ſtituerūt eum regē ī damaſco : eratqꝫ
adūſarius iſrl̄ cūctis diebꝫ ſalomonis
Et hoc eſt malū adad ⁊ odiū ɔtra iſrl̄
regnauitqꝫ in ſiria. Ieroboam qꝫ fili⁹
nabath euphrateus de ſareda · ſeruus
ſalomoīs cui⁹ mater erat nomīe ſerua
mulier vidua: leuauit manū cōtra re-
gem. Et hec cauſa rebellionis adūſus
eum: qꝛ ſalomon edificauit mello: et
coequauit voraginem ciuitatis dauid
patris ſui. Erat aūt ieroboam vir for-
tis et potens. Videnſqꝫ ſalomon ado-
leſcentē bone indolis et induſtriū ɔſti-
tuerat eū p̄fectū ſup tributa vniuſe do-
mus ioſeph. Factum ē igit̄ in tpe illo
ut ieroboam egrederet̄ de ihrl̄m: ⁊ in-
ueniret eū ahias ſilonites ꝓpheta ī via
opert⁹ pallio nouo. Erāt aūt duo tm̄
in agro. Apphendenſqꝫ ahias palliū ſu-
um nouū quo coopertus erat ſcidit in
duodecim partes : et ait ad ieroboam
Tolle tibi decem ſciſſuras. Hec eñ di-
cit dn̄s deus iſrahel. Ego ſcindā regnū
de manu ſalomoīs : et dabo tibi decem
tribus. Porro vna tribus remanebit
ei ꝓpter ſeruū meū dauid · ⁊ ihrl̄m ciui-
tatem · quam elegi ex omnibꝫ tribubꝫ
iſrl̄ : eo q̄ dereliq̄rit me · et adorauerit
aſtarthen deam ſydoniorū et chamos
deum moab · et moloch deū filioꝝ am-
mon : et nō ambulauerit in vijs meis
ut faceret iuſticiā coram me · et p̄cepta
mea et iudicia ſicut dauid pater eius.
Nec auferam om̄e regnū de manu ei⁹
ſed ducē ponā eū cūctis diebꝫ vite ſue
ꝓpter dauid ſeruū meū quē elegi : qui
cuſtodiuit mādata mea ⁊ p̄cepta mea.
Auferā aūt regnū de manu filij eius et
dabo tibi decem tribꝫ: filio aūt ei⁹ da-
bo tribū vnam : ut remaneat lucerna
dauid ſeruo meo cūctis diebꝫ corā me
in iheruſalem ciuitate q̄ elegi · ut eſſet

nomē meū ibi. Te autē aſſumā: et re-
gnabis ſup omīa que deſiderat anima
tua: eriſq; rex ſup iſrl. Si igit audi-
eris omnia q̄ pcepero tibi et ambulaue
ris in vijs meis · et feceris qd̄ rectum ē
corā me cuſtodiēs mādata mea et pce-
pta mea · ſicut fecit dauid ſeruus meus
ero tecū: et edificabo tibi domū fidelē ·
quō edificaui dauid domū ⁊ tradā tibi
iſrahel · et affligam ſemen dauid ſuper
hoc: verūtamē nō cūctis diebꝫ. Voluit
ergo ſalomon interficere iheroboā. Qui
ſurrexit et affugit ī egiptū ad ſeſac re-
gem egipti: et fuit in egipto uſq; ad
mortē ſalomōis. Reliquū aūt verborū
ſalomōis ⁊ omīa q̄ fecit et ſapiēcia eiꝰ
ecce vniūſa ſcripta ſūt in libro verborū
dierꝫ ſalomonis. Dies aūt q̄s regna-
uit ſalomō in ihrlm ſup omnē iſrahel
q̄draginta anni ſūt. Dormiuitq; ſalo-
mon cū prībꝫ ſuis: et ſepultꝰ eſt in ci-
uitate dauid patris ſui: regnauitq; ro-
boam filius eiꝰ p eo. XII.

Venit aūt roboā in ſichem. Illuc
enī cōgregatus erat omnis pplſ
iſrahel ad cōſtituēdū cū regē. At vero
iheroboā filiꝰ nabath cū adhuc eſſet in
egipto pfugꝰ a facie ſalomōis regis:
audita morte eius reūſus ē de egipto.
Miſerūtq; et vocauerūt eū. Venit ergo
iheroboā et omīs multitudo iſrl: et lo-
cuti ſūt ad roboam dicentes. Pater tuꝰ
duriſſimū iugum impoſuit nobis: tu
itaq; nūc imminue paululū de imperio
patris tui duriſſimo et de iugo grauiſſi-
mo qd̄ impoſuit nobis: et ſeruiemus
tibi. Qui ait eis. Ite uſq; ad tciū diē
et reūtimini ad me. Cūq; abiſſet pplſ
inijt cōſiliū rex roboā cū ſenioribꝫ · qui
aſſiſtebāt corā ſalomōe prē eius cum
adhuc viueret: et ait. Qd̄ datis cōſiliū
ut reſpondeā pplo? Qui dixerūt ei. Si
hodie obedieris pplo huic · et ſeruieris
et petitiōni eorꝫ ceſſeris · locutuſq; fuīs
ad eos verba lenia: et erunt tibi ſerui
cūctis diebꝫ. Qui dereliquit cōſiliū ſenū
qd̄ dederant ei: et adhibuit adoleſcētes
qui nutriti fuerāt cū eo · et aſſiſtebant
illi: dixitq; ad eos. Quod michi da-
tis cōſiliū ut rīdeam pplo huic · qui di-
xerūt michi leuiꝰ fac iugū qd̄ impoſuit
pater tuꝰ ſup nos? Et dixerūt ei iuue-
nes qui nutriti fuerāt cum eo. Sic lo-
quere pplo huic: q̄ locuti ſūt ad te di-
centes. Pater tuꝰ aggrauauit iugū nrm
tu releua nos. Sic loqueris ad eos.
Minimꝰ digitꝰ meꝰ groſſior ē dorſo
pr̄is mei. Et nūc pater meꝰ poſuit ſu-
per vos iugū graue: ego autē addam
ſup iugū vrm. Pater meꝰ cecidit vos
flagellis · ego aūt cedam vos ſcorpio-
nibꝫ. Venit ergo iheroboā: et oīs pplſ
ad roboam · die tercia: ſicut locutꝰ fu-
erat rex dicēs · reūtimini ad me die ter-
cia. Rn̄ditq; rex pplo dura · derelicto
cōſilio ſeniorꝫ qd̄ ei dederāt: et locutꝰ
eſt eis ſcd̄m cōſiliū iuuenū dicēs. Pa-
ter meꝰ aggrauauit iugum vrm: ego
aūt addam iugo vro. Pater meꝰ ceci-
dit vos flagellis: ego aūt cedam vos
ſcorpionibꝫ. Et nō acqeuit rex populo
quō auſatꝰ fuerat eū dn̄s: ut ſuſcita-
ret verbū ſuū qd̄ locutꝰ fuerat in manu
ahie ſylonite ad iheroboā filium na-
bath. Videns itaq; pplſ qd̄ noluiſſet
eos audire rex: rn̄dit ei dicens. Que
nobis pars in dauid · uel q̄ hereditas
in filio yſai? Vade in tabnacla tua iſrl.
Nunc vide domum tuam dauid. Et
abijt iſrl in tabernacula ſua. Super fi-
lios autē iſrahel · qcumq; habitabant
in ciuitatibus iuda regnauit roboam

Misit ergo rex roboam aduram q̄ erat
super tributa: ⁊ lapidauit eum oīs isrl'
et mortu⁹ est. Porro rex roboam festi-
nus ascendit currū et fugit in ihrusa-
lem: recessitq; isrl' a domo dauid usq;
in p̄sentē diē. Factū est aūt cū audisset
omnis isrl' q' reuersus esset ihrroboam
miserūt et vocauerūt eū cōgregato cetu
et cōstituerūt eum regē sup oēm israhel
nec secutus est quisq̄ domū dauid p̄ter
tribū iuda solam. Venit autē roboam
ihrl'm ⁊ cōgregauit vniūsam domum
iuda et tribū beniamin centūoctogin-
tamilia electoꝝ viroꝝ et bellatoꝝ: ut
pugnarent cōtra domū isrl': et reduce-
rent regnū roboam filio salomoīs. Fa-
ctum ē aūt sermo dñi ad semeiā virū
dei dicens. Loq̄re ad roboam filiū salo-
monis regem iuda. et ad oēm domum
iuda. et beniamin ⁊ reliquos de popu-
lo dicēs. Hec dicit dñs. Nō ascēdetis
nec bellabitis ↄtra fratres vr̄os filios
israhel. Reuertat̄ vir in domū suā. A me
enī factū ē v̄bum hoc. Audierūt s̄mo-
nem dñi: et reūsi sunt de itinē sicut eis
p̄ceperat dñs. Edificauit aūt ihrroboā
sychem in monte effraim: ⁊ habitauit
ibi. Et egress⁹ inde edificauit phanuel
Dixitq; ihrroboā i corde suo. Nunc re-
uertet̄ regnū ad domū dauid. si ascen-
derit pp̄ls iste ut faciat sacrificia in domo
dñi i ihrl'm: ⁊ cōūtet̄ cor pp̄li hui⁹ ad
dñm suū roboā regem iuda: interficietq;
me et reūtent̄ ad eum. Et excogitato
cōsilio fecit duos vitulos aureos: et
dixit eis. Nolite vltra ascēdere ihrl'm
Ecce dij tui isrl': qui te eduxerūt de terra
egipti. Posuitq; vnū i bethel. et alteꝝ
i dan: et factū ē v̄bū hoc i peccm̄. Ibat
enī pp̄ls ad adorādū vitulū usq; i dan
Et fecit phana in excelsis: ⁊ sacerdotes
de extremis pp̄li q̄ nō erant de filijs leui
Constituitq; diem solemnē in mense
octauo. q̄ntadecima die mēsis: in simi-
litudinē solemnitatis q̄ celebrabat̄ in
iuda. Et ascendens altare similit̄ fecit
in bethel: ut immolaret vitulis q̄s fa-
bricatus fuerat. Constituitq; i bethel
sacerdotes excelsoꝝ q̄ fecerat: ⁊ ascendit
sup altare qd̄ extruxerat in bethel: q̄n-
tadecima die mensis octaui quē finxerat
de corde suo. Et fecit solemnitatē filijs
israhel: et ascendit sup altare ut adole-
ret incensum. xiii.

Et ecce vir dei venit de iuda in ser-
mone dñi i bethel ihrroboā stāte
super altare: et thus iaciente. Et excla-
mauit cōtra altare in sermoē domini. ⁊
ait. Altare altare: hec dicit dñs. Ecce
filius nascetur domui dauid iosias no-
mine: et immolabit sup te sacerdotes ex-
celsoꝝ qui nūc in te thura succēdūt: ⁊
ossa hoim sup te incendet. Deditq; in
illa die signū dicēs. Hoc erit signū qd̄
locut⁹ est dñs. Ecce altare scindet̄: et
effundet̄ cinis q̄ in eo est. Cumq; au-
disset rex s̄moēz hois dei quē inclama-
uerat ↄtra altare i bethel: extendit ma-
num suā de altari dicēs. Apprehēdite eū
Et exaruit man⁹ ei⁹ quā extēderat ↄtra
eū: nec valuit retrahere eā ad se. Al-
tare q̄q; scissū est: et effusus ē cinis de al-
tari: iuxta signū qd̄ p̄dixerat vir dei in
sermone dñi. Et ait rex ad virum dei
Deprecare faciem dñi dei tui et ora p̄ me
ut restituat̄ man⁹ mea michi. Orauit
vir dei faciē dñi: et reūsa ē man⁹ regi⁹
ad eum: ⁊ facta est sicut prius fuerat.
Locut⁹ est aūt rex ad virum dei. Veni
meū domū ut prandeas: et dabo tibi
munera. Rn̄ditq; vir dei ad regē. Si
dederis michi mediam partē dom⁹ tue

non veniā tecū: nec comedā panē neqꝫ
bibā aquā in loco iſto. Sic enī man=
datū eſt michi in ſmōe dñi ꝑcipientis
Nō comedas panē neqꝫ bibes aquam
nec reūteris p viā qua veniſti. Abijt
ergo p aliā viam: et nō ē reūſus p iter
quo venerat in bethel ꝓphetes aūt quī=
dam ſenex habitabat in bethel: ad quē
venerūt filij ſui · et narrauerūt ei oīa
opa que fecerat vir dei illa die in bethel
Et vba que locutus fuerat ad regem
narrauerūt pr̄i ſuo. Et dixit eis pater
eoꝝ. Per quā viam abijt? Oſtenderūt
ei filij ſui viā p q̄ abierat vir dei q̄ ve-
nerat de iuda. Et ait filijs ſuis. Ster=
nite michi aſinū. Qui cū ſtrauiſſent:
aſcēdit et abijt poſt virū dei: et iuenit
eū ſedentē ſubt⁹ therebintū. Et ait illi
Tu ne es vir dei q̄ veniſti de iuda? Rñ=
dit ille. Ego ſū. Dixitqꝫ ad eū. Veni
mecū domū: ut comedas panē. Qui ait
Non poſſū reūti neqꝫ venire tecū: nec
comedā panē nec bibā aquam in loco
iſto: qꝛ locut⁹ eſt dñs ad me in ſmōe
dñi dicēs. Nō comedes panē et nō bi=
bes aquā ibi: nec reūteris p viam qua
ieris. Qui ait illi. Et ego ꝓpheta ſū ſi=
milis tui: et angelus locut⁹ eſt michi
in ſermōe dñi dicens. Reduc eū tecum
in domū tuā: ut comedat panem ⁊ bi-
bat aquā. Fefellit eū: et reduxit ſecum
Comedit ergo panē in domo ei⁹: ⁊ bi-
bit aquā. Cumqꝫ ſederēt ad menſam:
fact⁹ eſt ſmo dñi ad ꝓphetā qui redu=
xerat eum. Et exclamauit ad virū dei
qui venerat de iuda dicens. Hec dicit
domin⁹. Quia nō obediens fuiſti ori
domini · et nō cuſtodiſti mādatum qd
p̄cepit tibi dñs deus tu⁹ ⁊ reuerſus es.
comediſti panē et bibiſti aquā · in loco
in quo p̄cepit tibi · ne comederes panē
neqꝫ biberes aquā: nō inferet cadauer
tuū in ſepulcrū patrū tuoꝝ. Cūqꝫ co=
mediſſet et bibiſſet: ſtrauit aſinū ſuū
ꝓpheta quē reduxerat. Qui cum abiſſet
inuenit eū leo in via · ⁊ occidit: ⁊ erat
cadauer ei⁹ ꝓiectū i itinere. Aſin⁹ aūt
ſtabat iuxta illū: et leo ſtabat iuxta ca
dauer. Et ecce viri tranſeūtes viderūt
cadauer ꝓiectū in via: et leonē ſtan=
tem iuxta cadauer. Et venerūt et diuul-
gauerūt in ciuitatē: in qua ꝓphetes ille
ſenex habitabat. Quod cum audiſſet
ꝓpheta ille q̄ reduxerat eum de via ait
Vir dei eſt qui inobediēs fuit ori dñi:
et tradidit eum dñs leoni · ⁊ cōfregit
eum: et occidit iuxta ūbū dñi qd locu-
tus ē ei. Dixitqꝫ ad filios ſuos. Ster=
nite michi aſinū. Qui cū ſtrauiſſent et
ille abiſſet: inuenit cadauer ei⁹ ꝓie=
ctum in via: et aſinū et leonē ſtantes
iuxta cadauer. Non comedit leo de ca-
dauere: nec leſit aſinū. Tulit ḡ ꝓphe=
tes cadauer viri dei et poſuit illud ſu=
per aſinū: et reūſ⁹ intulit in ciuitatem
ꝓphete ſenis ut plangerēt eū: et poſuit
cadauer ei⁹ in ſepulcro ſuo. Et planxe-
rūt eum: heu heu mi frater. Cūqꝫ plan-
xiſſent eū: dixit ad filios ſuos. Cum
mortu⁹ fuero ſepelite me ī ſepulcro in
quo vir dei ſepult⁹ eſt: iuxta oſſa eius
ponite oſſa mea. Profecto enī veniet ſer-
mo quē p̄dixit in ſmone dñi cōtra al=
tare qd ē in bethel: et cōtra oīa phana
excelſoꝝ q̄ ſūt i urbibꝫ ſamarie. Poſt
vba hec nō eſt reuerſ⁹ ieroboā de via
ſua peſſima: ſꝫ ecōtrario fecit de nouiſ=
ſimis ꝑplis ſacerdotes excelſoꝝ. Quicūqꝫ
volebat implebat manū ſuā · et fiebat
ſacerdos excelſorū. Et ꝓpt̄ hāc cauſam
peccauit domus ieroboam · et euerſa
eſt: et deleta de ſuperficie terre. xiiij

In tempore illo egrotauit abia filiꝰ ihe-
roboam. Dixitq; iheroboam vxori ſue
Surge et cōmuta habitū ne cognoſca-
ris q̄ ſis vxor iheroboā: et vade ī ſylo
vbi eſt abias ꝓpheta q̄ locutꝰ ē michi
q̄d regnaturus eſſem ſuper pplm hūc.
Tolle q̄z in manu tua decē panes ꝛ cru-
ſtulam et vas mellis: ꝛ vade ad illum
Ipe em̄ indicabit tibi: qd euentuꝝ ſit
puero huic. Fecit ut dixerat vxor ihe-
roboam · et cōſurgēs abijt in ſylo: et
venit in domū abie. At ille nō poterat
videre · q2 caligauerāt oculi eiꝰ p̄ ſe-
nectute. Dixit aūt dn̄s ad abiā. Ecce
vxor iheroboam ingredit̄ ut cōſulat te
ſup filio ſuo q2 egrotat. Hec et hec lo-
queris ei. Cū ergo illa intraret et diſ-
ſimularet ſe eſſe q̄ erat: audiuit abias
ſonitū pedū eius introeūtis p oſtiū: et
ait. Ingredere vxor iheroboā. Quare
aliā te eſſe ſimulas? Ego aūt miſſꝰ ſū
ad te durꝰ nūcius. Vade et dic ihero-
boam. Hec dicit dn̄s deꝰ iſrl̄. Quia ex-
altaui te de medio ppl̄i et dedi te ducem
ſup pplm meū iſrahel · et ſcidi regnum
domꝰ dauid et dedi illud tibi · et nō fu-
iſti ſicut ſeruꝰ meꝰ dauid q̄ cuſtodiuit
mandata mea · et ſecutus ē me in toto
corde ſuo faciēs q̄d placitū eſſet in con-
ſpectu meo: ſed operatꝰ ē male ſup om̄s
qui fuerāt ante te · et feciſti tibi deos ali-
enos et cōflatiles · ut me ad iracūdiam
ꝓuocares: me aūt ꝓieciſti poſt corpꝰ
tuū: idcirco ecce ego inducā mala ſuper
domū iheroboā · et percutiā de iheroboam
mingentē ad parietē et clauſū ꝛ nouiſ-
ſimū ī iſrl̄: et mūdabo reliquias domꝰ
iheroboā ſicut mūdari ſolet ſimꝰ uſq;
ad purū. Qui mortui fuerint de ihero-
boam in ciuitate comedent eos canes:
qui autē mortui fuerīt in agro vora-
bunt eos aues celi: q2 dn̄s locutꝰ eſt
Tu igitur ſurge et vade in domū tuā:
et in ipo introitu pedū tuoꝝ in urbem
morietr̄ puer: et planget eū om̄is iſrl̄
et ſepeliet. Iſte em̄ ſolꝰ inferetur de ihe-
roboam in ſepulcrū: q2 inuētus eſt ſup
eo ſmo bonꝰ a dn̄o deo iſrl̄ in domo ihe-
roboam. Cōſtituet autē ſibi dn̄s regē
ſuper iſrl̄: qui percutiet domū iheroboam
in hac die · et in hoc tpe: ꝛ percutiet do-
minꝰ deus iſrl̄: ſicut moueri ſolet ha-
rundo in aqua. Et euellet iſrl̄ de terra
bona hac quā dedit pr̄ibꝫ eoꝝ: et ventila-
bit eos trans flumē: quia fecerūt ſibi
lucos ut irritarēt dn̄m. Et tradet dominꝰ
deus iſrahel ꝓpter peccata iheroboā: qui
peccauit et peccare fecit iſrl̄. Surrexit
itaq; vxor iheroboā · et abijt: et venit in
tharſa. Cūq; illa ingrederet̄ limen do-
mus · puer mortuꝰ eſt: ꝛ ſepelierūt eum
et planxit eū om̄is iſrl̄: iuxta ſmonem
domini quē locutꝰ ē in manu ſerui ſui
abie ꝓphete. Reliqua aūt verboꝝ ihero-
boam quō pugnauerit · et quō regna-
uerit · ecce ſcripta ſūt in libro verborū
dieꝝ regū iſrahel · dies autē quibꝫ re-
gnauit iheroboā: viginti duo anni ſūt
Et dormiuit iheroboā cū pr̄ibꝫ ſuis: re-
gnauitq; nadab filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Porro
roboā filiꝰ ſalomōis regnauit in iuda
Quadraginta et vniꝰ anni erat roboā
cū regnare cepiſſz: decē et ſeptē ānis re-
gnauit in ihrl̄m ciuitate q̄ elegit dn̄s
ut poneret nomē ſuū ibi ex oībꝫ tribu-
bus iſrl̄. Nomē aūt matris eiꝰ naama
amanites. Et fecit iudas malū coram
domino: et irritauerāt eū ſup omībꝫ q̄
fecerāt patres eoꝝ in peccatis ſuis que
peccauerūt. Edificauerūt em̄ ꝛ ipi ſibi
aras et ſtatuas et lucos ſup omnē col
lem excelſū et ſubter omnem arborem

frontoſam · ſed et effeminati fuerūt in
terra: fecerūtq; oīs abhominacōnes
gentiū: quas attriuit dn̄s ante faciē fi-
lioꝝ iſrahel. In qn̄to autē anno regni
roboā aſcendit ſeſac rex egipti in ihe-
ruſalem: et tulit theſauros domus dn̄i
et theſauros regios ⁊ vniūſa diripuit
ſcuta q̄q; aurea q̄ fecerat ſalomō: p qb;
fecit rex roboam ſcuta erea: ⁊ tradidit
ea in manu ducū ſcutarioꝝ · ⁊ eoꝝ qui
excubabāt ante oſtiū dom⁹ regis. Cūq;
ingrederet̄ rex in domū dn̄i portabāt
ea qui p̄eundi habebāt officiū: ⁊ poſtea
reportabāt ad armamētariū ſcutarioꝝ
Reliqua aūt ſermonū roboā et omnia
que fecit: ecce ſcripta ſunt in libro ſer-
monū dieꝝ regū iuda. Fuitq; bellū int̄
roboā et ihero boā · cūctis diebus. Dor-
miuitq; roboam cū p̄rib; ſuis: ⁊ ſepul-
tus eſt cū eis in ciuitate dauid. Nomē
aūt matris eius naama amanites. Et
regnauit abia filius ei⁹ p eo. xv
Igitur in octauodecimo anno regni ihe-
ro boā filij nabath · regnauit abia ſup
iudā. Trib; ānis regnauit ī ihrl'm. No-
mē m̄ris ei⁹ maacha filia abeſſalō: am-
ambulauitq; ī oīb; peccatis p̄ris ſui q̄
fecerat an̄ eū: nec erat cor eius pfectū cū
domino deo ſuo ſicut cor dauid patris
eius. Sed pp̄ter dauid dedit ei dn̄s de⁹
ſu⁹ lucernā in ihrl'm ut ſuſcitaret filiū
eius poſt eū · et ſtatueret ihrl'm: eo q̄d
feciſſet dauid rectū in oculis dn̄i: et nō
declinaſſet ab omnib; q̄ p̄ceperat ei cun-
ctis dieb; vite ſue: excepto ſermōe vrie
ethei · attamē bellū fuit inter abiā ⁊ ihe-
roboā omni t̄pe vite ei⁹. Reliqua aūt
ſermonū abie · et omīa que fecit: nōne
hec ſcripta ſūt ī libro v̄boꝝ dieꝝ regū
iuda? Fuitq; p̄liū inter abiā et int̄ ihe-
roboā. Et dormiuit abia cū p̄rib; ſuis:

et ſepelierūt eū in ciuitate dauid: regna-
uitq; aſa fili⁹ ei⁹ p eo. In anno ergo
viceſimo iheroboā regis iſrahel · regna-
uit aſa rex iuda: et q̄dragīta et vno
anno regnauit in iheruſalem. Nomē
matris ei⁹ maacha · filia abeſſalon · et
fecit aſa rectum ante cōſpectum domini
ſicut dauid pater eius: et abſtulit effe-
minatos de terra: purgauitq; vniūſas
ſordes ydoloꝝ · que fecerant patres ei⁹
Inſuper ⁊ maacham matrē ſuam amo-
uit ne eſſ; princeps in ſacris priapi et
in luco eius quem cōſecrauerat: ſubū-
titq; ſpecum eius · et confregit ſimula-
crum turpiſſimum: ⁊ combuſſit in tor-
rente cedron. Excelſa autem nō abſtu-
lit. Veruntamen cor aſa perfectum erat
cum domino deo ſuo cunctis dieb; ſuis
et intulit ea que ſanctificauerat pater
ſuus et vouerat in domum domini: ar-
gentum et aurum et vaſa. Bellum au-
tem erat inter aſa et baaſa regem iſra-
hel: cunctis diebus eorum. Aſcendit
quoq; baaſa rex iſrahel ī iudam · ⁊ edi-
ficauit rama: ut non poſſet quiſpiam
egredi vel ingredi de parte aſa regis iu-
de. Tollens itaq; aſa omne argentum
et aurum quod remanſerat in theſau-
ris domus domini ⁊ in theſauris dom⁹
regie · dedit illud in manus ſeruorum
ſuorum: et miſit ad benadab filium ta-
bremmon filij ezion regem ſirie · q̄ ha-
bitabat in damaſco dicens. Fedus eſt
inter me et te et inter patrem meum et
patrem tuum: ideo miſi tibi munera
argentum et aurum: et peto ut veni-
as ⁊ irritum facias fedus quod habes
cū baaſa rege iſrahel · et recedat a me.
Acquieſcens benadab regi aſa miſit
principes exercitus ſui in ciuitates iſra-
hel: et percuſſerūt ahion et dan et abel ·

domū maacha · et vniūſam cēneroth ·
omnē ſcilicet terrā neptalim. Qđ cum
audiſſet baaſa intmiſit edificare rama
et reūſus ē in terſa. Rex aūt aſa nūcū
miſit in omnē iudā dicens. Nemo ſit
excuſatus. Et tulerūt lapides de rama ⁊
ligna eiꝰ quibꝫ edificauerat baaſa: et
extruxit de eis rex aſa gabaa beniamin
et maſpha. Reliqua autē oīm ſmonū
aſa et vniūſe fortitudinis eius ⁊ cūcta
que fecit ⁊ ciuitates q̄s extruxit: nōne
hec ſcripta ſūt in libro vboꝝ dierū re-
gum iudaꝫ Verūtamē tempore ſenectu-
tis ſue doluit pedes: et dormiuit cum pa-
tribꝫ ſuis et ſepultꝰ ē cū eis in ciuitate
dauid pr̄is ſui: regnauitqꝫ ioſaphat fi-
lius eiꝰ pro eo. Nadab vero filiꝰ ihe-
roboam regnauit ſup iſrł anno ſcđo
aſa regis iuda: regnauitqꝫ ſup iſrahel
duobꝫ annis: et fecit qđ malū ē in cō-
ſpectu dn̄i: ⁊ ambulauit ī vijs patris
ſui et ī peccatis eiꝰ qbꝫ peccare fecit iſrł
Inſidiatus eſt aūt ei baaſa filiꝰ abie
de domo yſachar: et pcuſſit eū in geb-
bethon q̄ eſt vrbs philiſtinoꝝ. Siquidē
nadab et omnis iſrł obſidebāt gebbe-
thon. Interfecit ergo illum baaſa in
anno tcio aſa regis iuda: ⁊ regnauit ꝓ
eo. Cūqꝫ regnaſſet: pcuſſit omnē do-
mū ihero boā. Non dimiſit nec vnam
quidē aīam de ſemīe eius donec deleret
eum: iuxta vbū dn̄i qđ locutꝰ fuerat
in manu ſerui ſui abie ſilonitis · ꝓpter
peccata ihero boā q̄ peccauerat ⁊ quibꝫ
peccare fecit iſrł: et ꝓpter delictum quo
irritauerat dn̄m deū iſrł. Reliqua aūt
ſermonū nadab et oīa q̄ opatus eſt:
nōne hec ſcripta ſūt ī libro vboꝝ dieꝝ
regū iſrł. Fuitqꝫ bellū int̄ aſa et baaſa
regem iſrlahel: cūctis diebꝫ eoꝝ. An-
no tcio aſa regis iuda regnauit baaſa
filiꝰ abie ſup oēm iſrł in therſa vigin-
tiq̄tuor annis: ⁊ fecit malū corā dn̄o:
ambulauitqꝫ in vijs ihero bo ā · ⁊ in pec-
catis eiꝰ qbꝫ peccare fecit iſrł. XVI
Factus eſt aūt ſermo dn̄i ad iehu
filiū anani contra baaſa dicens.
Pro eo qđ exaltaui te de puluere · ⁊ po-
ſui te ducem ſup pplm meū iſrł tu aūt
ambulaſti in via ihero boā · et peccare
feciſti pplm meū iſrahel ut me irritares
in pc̄cis eoꝝ: ecce ego demetā poſterio-
ra baaſa · ⁊ poſteriora domꝰ eius: ⁊ fa-
ciam domū tuā: ſicut domū ihero boam
filij nabath. Qui mortuꝰ fuerit de ba-
aſa in ciuitate comedēt eum canes: et q̄
mortuus fuerit ex eo in regiōe: come-
dent eū volucres celi. Reliqua autē ſer-
monū baaſa · et q̄cumqꝫ fecit et p̄lia eiꝰ
nōne hec ſcripta ſūt in libro vboꝝ di-
erū regū iſrahelꝫ Dormiuit ergo baaſa
cū pr̄ibꝫ ſuis ſepultuſqꝫ eſt in therſa: ⁊
regnauit hela filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Cum aūt
in manu iehu filij anani ꝓphete vbū
dn̄i factū eſſet cōtra baaſa · et cōtra do-
mū eiꝰ · ⁊ cōtra omne malū qđ fecerat
coram dn̄o ad irritandū eū in operibꝫ
manuū ſuaꝝ · ut fieret ſicut domꝰ ihe-
roboam: ob hāc cauſam occidit eum ·
hoc eſt iehu filiū anani ꝓphetā. Anno
viceſimo ſexto aſa regis iuda regnauit
hela filiꝰ baaſa ſup iſrahel in terſa du-
obus annis: et rebellauit contra eum
ſeruꝰ ſuꝰ zambri dux medie ptis eq̄tū
Erat aūt hela in therſa bibens et temu-
lentus: in domo arſa p̄fecti therſa. Ir-
ruens ergo zambri pcuſſit ⁊ occidit eū
āno viceſimo ſeptimo aſa regis iuda:
et regnauit pro eo. Cumqꝫ regnaſſet
et ſediſſet ſup ſoliū eius pcuſſit omnē
domū baaſa ⁊ nō dereliq̄t ex ea mingē-
tem ad parietē: ⁊ ꝓpinq̄s ⁊ amicos eiꝰ.

Deleuitq; zambri omnē domum baaſa
iuxta vbū dñi qđ locutus fuerat · ad
baaſa ī manu iehu ꝓphe ꝓpter vniūſa
peccata baaſa · et peccata hela filij eius
qui peccauerāt · ꝛ peccare fecerāt iſrł · ꝓuo-
cantes dñm deū iſrahel in vanitatibus
ſuis. Reliq̃ aūt ſermonū hela · ꝛ omia
que fecit: nōne hec ſcripta ſūt in libro
verboꝝ dierū regū iſrahel? Anno vice-
ſimoſeptimo · aſa regis iuda regnauit
zambri ſeptē diebꝫ in therſa. Porro ex-
ercit⁹ obſidebat gebbethon vrbem phi-
liſtinoꝝ. Cumq; audiſſꝫ rebellaſſe zam-
bri ꝛ occidiſſe regē: fecit ſibi regem oīs
iſrł zambri qui erat pñceps milicie ſup
iſrahel in die illa ī caſtris. Aſcendit ḡ
zambri et omnis iſrł cū eo de gebbethon
et obſidebāt therſa. Videns aūt zambri
ꝙ expugnāda eſſet ciuitas ingreſſus
eſt palatiū ꝛ ſuccēdit ſe cū domo regia
et mortu⁹ eſt in pccīs ſuis que pecca-
uerat faciens malū corā dño: et ambu-
lans in via ieroboā · et in peccato ei⁹.
quo fecit peccare iſrł. Reliqua aūt ſer-
monū zambri et inſidiaꝝ ei⁹ et tyran-
nidis: nōne hec ſcripta ſūt ī libro ver-
borū dierū regū iſrł? Tunc diuiſus eſt
pplꝰ iſrahel in duas ptes. Media pars
ppli ſeq̃batur thebni filiū gineth ut cō-
ſtitueret eū regem: ꝛ media pars amri
Preualuit aūt pplꝰ q̃ erat cū amri pplo
qui ſeq̃batur thebni filiū gineth: mor-
tuuſq; eſt thebni et regnauit amri. An-
no viceſimoprimo aſa rgis iuda regna-
uit amri ſuper iſrahel duodecim annis.
In therſa regnauit ſex annis: emitq;
montē ſamarie a ſomer duobꝫ talētis
argenti et edificauit eū: et vocauit no-
men ciuitatis quā extruxerat nomie ſo-
mer: id eſt montem dñi uel montē ſa-
marie. Fecit aūt amri malū in cōſpectu
domini: ꝛ operat⁹ eſt nequiter ſup oēs
qui fuerūt ante eum. Ambulauitq; in
tulit illud. Rex aūt ſirie pugnabat cō-
tra iſrahel: cōſiliūqꝫ init cū ſeruis ſuis
dicens. In loco illo et illo ponamus
inſidias. Miſit itaqꝫ vir dei ad regem
iſrahel dicēs. Caue ne tranſeas in locū
illum: quia ibi ſiri in inſidijs ſūt. Mi-
ſit itaqꝫ rex iſrahel ad locū quē dixerat
ei vir dei et ꝑoccupauit eū: et obſerua-
uit ſe ibi nō ſemel neqꝫ bis. Cōturba-
tumqꝫ eſt cor regis ſirie pro hac re: et
cōuocatis ſeruis ſuis ait. Quare non
indicatis michi quis proditor mei ſit
apud regem iſrahel? Dixitqꝫ vnus ſer-
uorum eius. Nequaq̄ dn̄e mi rex: ſed
heliſeus ꝓpheta q̄ eſt in iſrahel indicat
regi iſrahel om̄ia verba queciīqꝫ locutꝰ
fueris in cōclaui tuo. Dixitqꝫ eis. Ite
et videte vbi ſit: ut mittam et capiam
eum. Annunciauerūt ei dicentes. Ecce
in dothaim. Miſit ergo illuc equos et
currus: et robur exercitus. Qui cū ve-
niſſent nocte: circūdederūt ciuitatē. Cō-
ſurgens autē diluculo miniſter viri dei
egreſſꝰ eſt: viditqꝫ exercitū in circuitu
ciuitatis et equos ⁊ currus. Nunciauit-
qꝫ ei dicens heu heu heu dn̄e mi q̄d fa-
ciemꝰ? At ille reſpondit. Noli timere.
Plures em̄ nobiſcū ſūt: q̄ cū illis. Cū-
qꝫ oraſſet heliſeꝰ ait. Dn̄e: aperi oclos
huiꝰ ut uideat. Et aperuit dn̄s oculos
pueri. ⁊ vidit: ⁊ ecce mons plenꝰ eq̄ꝝ
et curruū igneoꝝ ī circuitu heliſei. Ho-
ſtes vero deſcenderūt ad eū. Porro heli-
ſeus orauit ad dn̄m dicēs. Percute ob-
ſecro gentem hanc cecitate. Percuſſitqꝫ
eos dn̄s ne viderēt: iuxta verbū heliſei
Dixit autē ad eos heliſeus. Nō eſt hec
via: nec iſta ē ciuitas. Seq̄mini me: ⁊
oſtendam vobis virū quē q̄ritis. Du-
xit ergo eos in ſamariā. Cūqꝫ ingreſſi
fuiſſent ī ſamariā: dixit heliſeus. Dn̄e
aperi oclos iſtoꝝ ut videant. Aperuitqꝫ
dn̄s oculos eoꝝ: et viderūt ſe eſſe ī me-
dio ſamarie. Dixitqꝫ rex iſrl̄ ad heliſeū
cū vidiſſet eos. Nunquid percutiā eos
pater mi? Et ille ait. Nō percuties. Neqꝫ
em̄ cepiſti eos gladio et arcu tuo: ut ꝑ-
cutias. Sed pone panē et aquā coram
eis. ut comedant ⁊ bibant: et vadāt
ad dominum ſuum. Appoſitaqꝫ eſt eis
ciborū magna ꝑparacō. Et comederūt
et biberūt: ⁊ dimiſit eos: abierūtqꝫ ad
dn̄m ſuū. Et ultra nō venerūt latrones
ſirie in terrā iſrl̄. Factū eſt aūt poſt hec
congregauit benadab rex ſirie vniūſū
exercitū ſuū: et aſcendit et obſidebat ſa-
mariam. Factaqꝫ eſt fames magna in
ſamaria: ⁊ tamdiu obſeſſa eſt donec ve-
nundaretur caput aſini octoginta ar-
gēteis: ⁊ q̄rta ps cabi ſtercoīs colūbaꝝ
q̄nqꝫ argēteis. Cumqꝫ rex iſrl̄ tranſiret
ꝑ murū: mulier q̄dā exclamauit ad eū
dicēs. Salua me dn̄e mi rex. Qui ait

Nō te ſaluet dñs. Vnde te poſſū ſalua-
re? De area: uel de torculari. Dixitq; ad
eā rex. Quid tibi vis? Que rñdit. Mu-
lier iſta dixit michi. Da filiū tuū ut co-
medam⁹ eū hodie: ⁊ filiū meū comede-
mus cras. Coximus ergo filiū meum
et comedimus: dixiq; ei die altera. Da
filiū tuū: ut comedamus eū. Que ab-
ſcondit filiū ſuū. Qđ cū audiſſet rex
ſcidit veſtimenta ſua: et tranſiebat per
murū. Viditq; omnis populus ciliciū
quo veſtitus erat ad carnē intrinſecus
Et ait rex. Hec michi faciat deus ⁊ hec
addat: ſi ſteterit caput helisei filij ſa-
phat ſup ipſū hodie. Heliſeus aūt ſe-
debat in domo ſua: ⁊ ſenes ſedebant cū
eo. Premiſit itaq; virū: et antequā veni-
ret nūcius ille dixit ad ſenes. Nunquid
ſcitis quod miſerit filius homicide hic ut
preſcidatur caput meū? Videte ergo:
cū venerit nūcius claudite oſtiū: et nō
ſinatis eū introire. Ecce enī ſonitus pe-
dum dñi eius poſt eū eſt. Adhuc illo
loquente eis: apparuit nūcius qui veni-
ebat ad eū et ait. Ecce tm̄ malū a dño
eſt. Quid amplius exſpectabo a dño? VII
Dixit aūt heliſeus. Audite verbū
dñi. Hec dicit dñs. In tpe hoc
cras modius ſimile vno ſtatere erit:
et duo modij ordei ſtatere vno ī porta
ſamarie. Reſpōdens vnus de ducibus
ſup cuius manū rex incūbebat homini
dei ait. Si dñs fecerit etiā catharactas
in celo: nunquid poterit eſſe qđ loqris?
Qui ait. Videbis oculis tuis: ⁊ inde nō
comedes. Quatuor ergo viri erant le-
proſi iuxta introitū porte. Qui dixerūt
adinuicē. Quid hic eſſe voluim⁹ donec
moriamur? Siue ingredi voluerimus
ciuitatē fame moriemur: ſiue manſeri-
mus hic moriendū nobis eſt. Venite
ergo ⁊ tranſfugiamus ad caſtra ſirie.
Si pepercerint nobis viuem⁹: ſi aūt oc-
cidere voluerint: nichilominus morie-
mur. Surrexerūt ergo veſperi: ut veni-
rent ad caſtra ſirie. Cūq; veniſſent ad
principiū caſtrorū ſirie: nullū ibidem re-
pererūt. Siquidem dominus ſonitū au-
diri fecerat in caſtris ſirie: curruum et
equorū: ⁊ exercit⁹ plurimi. Dixerūtq;
adinuicem. Ecce mercede cōduxit adū-
ſum nos rex iſrahel reges getheorum ⁊
egiptiorū: et venerūt ſuper nos. Sur-
rexerūt ergo et fugerūt in tenebris: et
dereliquerunt tentoria ſua et equos et
aſinos in caſtris: fugeruntq; aīmas
tantū ſuas ſaluare cupientes. Igitur
cum veniſſent leproſi illi ad principiū ca-
ſtrorū ingreſſi ſunt vnū tabernaculum
et comederūt ⁊ biberūt. Tulerūtq; inde
argentū et aurū ⁊ veſtes: et abierūt et
abſconderūt. Et rurſum reuerſi ſunt ad
aliud tabernaculū: et inde ſimiliter au-
ferentes abſconderūt. Dixerūtq; adinui-
cem. Non recte facimus. Hec enī dies
boni nuncij eſt. Si tacuerim⁹ et nolue-
rimus nunciare uſq; mane: ſceleris ar-
guemur. Venite eamus: et nūciem⁹ in
aula regis. Cūq; veniſſent ad portam
ciuitatis: narrauerūt eis dicentes. Iui-
mus ad caſtra ſirie et nullū ibidem re-
perim⁹ hominem: niſi equos et aſinos
alligatos: et fixa tentoria. Ierūt ergo
portarij: ⁊ nūciauerūt in palacio regis
intrinſecus. Qui ſurrexit nocte: et ait ad
ſeruos ſuos. Dico vobis qđ fecerint no-
bis ſiri. Sciūt quia fame laboram⁹: ⁊ id-
circo egreſſi ſūt de caſtris: ⁊ latitant in
agris dicentes. Cum egreſſi fuerint de
ciuitate capiemus eos viuos: et tunc
ciuitatem ingredi poterimus. Reſpōdit
autē vnus ſeruorum eius. Tollamus

quīq3 equos qui remāſerūt in vrbe : q3
ipſi tantū ſunt in vniūſa multitudine
iſrahel · alij enī cōſumpti ſunt : et mit=
tentes explorare poterim⁹. Adduxerūt
ergo duos equos : miſitq3 rex ī caſtra
ſirorum dicēs. Ite et videte. Qui abi=
erunt poſt eos uſq3 ad iordanē. Ecce
autē omnis via plena erat veſtib3 ⁊ va-
ſis : q̄ proiecerāt ſiri cum turbarentur.
Reuerſiq3 nuncij indicauerūt regi. Et
egreſſus pp̄ls diripuit caſtra ſirie : fa=
ctuſq3 ē modius ſimile ſtatere vno · et
duo modij ordei ſtatere vno : iuxta ver-
bum domini. Porro rex ducem illū in
cui⁹ manu incūbuerat cōſtituit ad por=
tam : quē cōculcauit turba in introitu
porte ⁊ mortuus eſt : iuxta qđ locut⁹ fu-
erat vir dei quādo deſcenderat rex ad eū
factūq3 eſt ſcđm ſermonē viri dei · quē
dixerat regi qñ ait · duo modij ordei
ſtatere vno erūt · et modius ſimile ſta=
tere vno hoc eodem tempore eras in por=
ta ſamarie : quādo reſponderat dux ille
viro dei et dixerat · etiā ſi dñs fecerit ca-
tharactas in celo nunquid poterit fieri
quod loqueris : ⁊ dixit ei videbis ocl̄is
tuis · et inde nō comedes. Euenit ergo
ei ſicut p̄dictum erat : et conculcauit eū
pp̄ls in porta : ⁊ mortuus eſt · viij ·
Heliſeus aūt locutus eſt ad mlierē
cuius viuere fecerat filiū dicens.
Surge : vade tu et dom⁹ tua : et peregri=
nare vbicūq3 reperieris. Vocabit enī do=
min⁹ famem : et veniet ſup terrā ſeptem
annis. Que ſurrexit ⁊ fecit iuxta verbū
hominis dei : et vadens cum domo ſua
peregrinata eſt ī terra philiſtijm · dieb3
multis. Cunq3 finiti eſſent anni ſeptē
reuerſa eſt mulier de terra philiſtijm.
Et ingreſſa eſt : ut interpellaret regem
pro domo ſua · et pro agris ſuis. Rex
autē loquebat' cū giezi puero viri dei
dicēs. Narra michi oīa magnalia q̄
fecit heliſeus. Cunq3 ille narraret regi
quomō mortuū ſuſcitaſſet : apparuit
mlier cui⁹ viuificauerat filiū clamans
ad regē pro domo ſua et p̄ agris ſuis
Dixitq3 giezi. Dñe mi rex hec ē mulier
et hic eſt filius eius quē ſuſcitauit heli-
ſeus. Et interrogauit rex mulierē. Que
narrauit ei. Deditq3 ei rex eunuchum
vnum dicens. Reſtitue ei oīa q̄ ſua
ſunt : et vniuerſos redditus agrorum
a die qua reliquit terrā uſq3 ad p̄ſens
Venit quoq3 heliſeus damaſcū : ⁊ bena-
dab rex ſirie egrotabat. Nūciauerūtq3
ei dicētes. Venit vir dei huc. Et ait rex
ad azahel. Tolle tecū munera ⁊ vade in
occurſum viri dei : ⁊ conſule dñm p eū
dicēs. Si euadere potero de infirmitate
mea hac? Iuit igitur azahel in occurſū
eius habens ſecum munera et oīa bo-
na damaſci onera quadraginta came-
lor3. Cunq3 ſtetiſſet corā eo ait. Fili⁹
tuus benadab rex ſirie miſit me ad te
dicens. Si ſanari potero de infirmitate
mea hac? Dixitq3 ei heliſeus. Vade dic
ei. Sanaberis. Porro oſtendit michi
dñs : q3 morte morief. Stetitq3 cū eo
et cōturbatus eſt uſq3 ad ſuffuſionem
vultus. Fleuitq3 vir dei. Cui azahel ait
Quare dñs me⁹ flet? At ille dixit · q3
ſcio q̄ factur⁹ ſis filijs iſrahel mala. Ci-
uitates eor3 munitas igne ſuccendes : ⁊
iuuenes eorū interficies gladio : et par-
uulos eor3 elides · et pregnātes diuides
Dixitq3 azahel. Quid enī ſū ſeruus tu⁹
canis : ut faciam rem iſtam magnam?
Et ait heliſeus. Oſtendit michi domi=
nus te regem ſirie fore. Qui cum receſ-
ſiſſet ab heliſeo : venit ad dominū ſuum
Qui ait ei. Quid tibi dixit heliſeus?

At ille reſpõdit. Dixit michi: recipies ſanitatem. Cunq; veniſſet dies altera: tulit ſtragulũ et infudit aquã: et expã-dit ſuper faciem eius. Quo mortuo: re-gnauit azahel pro eo. Anno q̃nto iorã filij achab regis iſrl̃ regnauit iorã fili⁹ ioſaphat rex iuda. Trigintaduoꝝ an-norum erat cũ regnare cepiſſet: et octo annis regnauit in ihrl̃m. Ambulauit-q; in vijs regũ iſrahel: ſicut ambulaue-rat domus achab. Filia enĩ achab erat vxor eius. Et fecit qđ malũ eſt in con-ſpectu domini. Noluit autẽ dñs diſper-dere iudam ꝓpter dauid ſeruũ ſuũ: ſicut ꝓmiſerat ei ut daret illi lucernã. et fi-lijs eius cunctis dieb⁹. In diebus ei⁹ receſſit edom ne eſſet ſub iuda: ⁊ cõſti-tuit ſibi regem. Venitq; ioram ſeira: ⁊ omnis exercitus cũ eo. Et ſurrexit no-cte: percuſſitq; ydumeos qui eum circũde-derãt. et principes curruũ. Popul⁹ aũt fugit in tabernacula ſua. Receſſit ergo edom ne eſſet ſub iuda uſq; ad diẽ hãc Tunc receſſit et lobna in tempore illo Reliqua aũt ſermonũ iorã et vniuerſa que fecit: nonne hec ſcripta ſunt in li-bro verboꝝ dieꝝ regũ iuda? Et dormi-uit ioram cũ patrib⁹ ſuis: ſepultuſq; ẽ cũ eis ĩ ciuitate dauid: ⁊ regnauit ocho-zias fili⁹ eius ꝓ eo. Anno duodecimo iorã filij achab regis iſrahel: regnauit ochozias filius iorã regis iude. Vigin-tiduoꝝ annoꝝ erat ochozias cũ regna-re cepiſſet: et vno ãno regnauit in ihe-ruſalem. Nomen matris ei⁹ atalia fi-lia amri regis iſrahel: et ambulauit in vijs domus achab: ⁊ fecit qđ malũ eſt coram dño ſicut domus achab. Gener enĩ domus achab fuit. Abijt q̃; cũ io-ram filio achab ad p̃liandũ cõtra aſa-hel regẽ ſirie in ramoth galaad: ⁊ vul-nerauerũt ſiri ioram. Qui reuerſus eſt. ut curaretur in ieſrahel: quia vulnera-uerũt eũ ſiri in ramoth p̃liantẽ contra aſahel regẽ ſirie. Porro ochozias fili⁹ ioram rex iuda deſcendit inuiſere iorã filiũ achab ĩ ieſrahel: q2 egrotabat ibi

Heliſeus aũt ꝓpheta   IX
vocauit vnũ de filijs ꝓphetarũ: et ait illi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle lenticulam olei hãc in manu tua: et va-de in ramoth galaad. Cunq; veneris illuc videbis iehu filium ioſaphat filij namſi. Et ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrũ ſuoꝝ et introduces in in-terius cubiculũ: tenenſq; lenticulã olei fundes ſup caput ei⁹: et dices. Hec di-cit domin⁹. Vnxi te regem ſup iſrahel. Aperieſq; oſtiũ et fugies: ⁊ nõ ibi ſub-ſiſtes. Abijt ergo adoleſcẽs puer ꝓphe in ramoth galaad: et ingreſſus ẽ illuc Ecce aũt pñcipes exercitus ſedebant. Et ait. Verbum michi ad te o princeps. Dixitq; iehu. Ad quẽ ex omib⁹ nobis At ille dixit. Ad te o princeps. Et ſur-rexit: ⁊ ingreſſus eſt cubiculũ. At ille fudit oleũ ſup caput ei⁹. Et ait. Hec dicit domin⁹ deus iſrahel. Vnxi te regẽ ſuper ꝓplm domĩ iſrahel: ⁊ percuties do-mũ achab dñi tui. Et vlaſcar ſangui-nem ſeruoꝝ meorũ ꝓphetaꝝ: et ſangui-nem omniũ ſeruoꝝ dñi de manu iezabel perdamq; omnẽ domũ achab. Et inter-ficiam de domo achab mingentẽ ad pa-rietem: et clauſum et nouiſſimũ in iſrl̃ Et dabo domũ achab ſicut domũ ihero-boam filij nabath: ⁊ ſicut domũ baaſa filij achia. Ihezabel q̃; comedent canes in agro ieſrahel: nec erit q̃ ſepeliat eã. Apuit oſtiũ ⁊ fugit. Iehu aũt ingreſ-ſus eſt ad ſeruos dñi ſui. Qui dixerũt ei. Rectene ſũt oia? Quid venit inſan⁹

iſte ad te? Qui ait eis. Noſcis hominē
et quid locutus ſit. At illi reſponderūt
falſū eſt: ſed magis narra nobis. Qui
ait eis. Hec et hec locut⁹ eſt michi. Et
ait. Hec dicit dominus. Unxi te regem
ſuper iſrl̄. Feſtinauerūt itaqꝫ: et vnuſ-
quiſqꝫ tollens palliū ſuū poſuerūt ſub
pedibꝫ eius in ſimilitudinē tribunalis
et cecinerūt tuba atqꝫ dixerūt. Regna-
bit iehu. Coniurauit ergo iehu fili⁹ io-
ſaphat filij namſi contra ioram. Porro
ioram obſederat ramoth galaad. ipſe
et omīs iſrahel contra aſahel regē ſirie
et reuerſus fuerat ut curaretur in ieſra-
hel ꝓpter vulnera. quia percuſſerāt eum
ſiri preliantē contra aſahel regem ſirie
Dixitqꝫ iehu. Si placet vobis nemo
egrediatur ꝓfugus de ciuitate: ne va-
dat et nunciet in ieſrahel. Et aſcendit
et ꝓfectus ē in ieſrahel. Iorā em̄ egro-
tabat ibi: ⁊ ochozias rex iuda deſcēderat
ad viſitandū iorā. Igitur ſpeculator
qui ſtabat ſuper turrim ieſrahel: vidit
globū iehu venīētis. Et ait. Video ego
globū. Dixitqꝫ ioram. Tolle currum
et mitte in occurſum eorū: et dicat va-
dens. Recte ne ſūt omia? Abijt ergo qui
aſcenderat currū in occurſū eius. Et ait
Hec dicit rex. Pacata ſunt omnia? Di-
xitqꝫ iehu. Quid tibi et paci? Tranſi ⁊
ſequere me. Nūciauit qꝫ ſpeculator di-
cens. Venit nūcius ad eos: ⁊ nō reuertit̄.
Miſit etiam currum equorū ſcd̄m: ve-
nitqꝫ ad eos: et ait. Hec dicit rex. Nū-
quid pax eſt? Et ait iehu. Quid tibi et
paci? Tranſi ⁊ ſeq̄re me. Nūciauit aūt
ſpeculator dicēs. Venit uſqꝫ ad eos: et
nō reuertit̄. Eſt autē inceſſus q̄ſi inceſſ⁹
iehu filij namſi. Preceps em̄ graditur
Et ait iorā. Iungite currū. Iunxerūtqꝫ
currū eius. Et egreſſ⁹ eſt iorā rex iſrl̄ et
ochozias rex iuda: ſinguli in curribus
ſuis. Egreſſiqꝫ ſunt in occurſum iehu
et inuenerunt eum in agro naboth ieſ-
rahelite. Cumqꝫ vidiſſet ioram iehu:
dixit. Pax eſt iehu? At ille reſpondit
Que pax? Adhuc fornicationes ieza-
bel matris tue. et veneficia eius multa
vigent. Conuertit aūt ioram manum
ſuam: et fugiens ait ad ochoziam. In-
ſidie ochozia. Porro iehu tetēdit arcū
manu: et percuſſit iorā inter ſcapulas.
et egreſſa eſt ſagitta p cor ei⁹: ſtatimqꝫ
corruit in curru ſuo. Dixitqꝫ iehu. ad
badacher ducem. Tolle proice eum in
agro naboth ieſtahelite. Memini enim
quando ego et tu ſedentes in curru ſeq̄-
bamur achab patrem huius: qꝫ domi-
nus onus hoc leuauerit ſuper eum di-
cens. Si nō ꝓ ſanguine naboth et ꝓ
ſanguine filiorū ei⁹ quem vidi heri ait
domin⁹: reddam tibi in agro iſto dicit
dn̄s. Nunc ergo tolle ⁊ proice eum in
agro: iuxta verbū dn̄i. Ochozias autē
rex iuda videns hec fugit per viam do-
mus orti: pſecutuſqꝫ eſt eū iehu: et ait
Eciā hūc percutite ī curru ſuo. Et percuſ-
ſerūt eū ī aſcenſu gaber: q̄ eſt iuxta ieb-
laā. Qui fugit ī mageddo: et mortuus
eſt ibi. Et impoſuerūt eū ſerui ei⁹ ſuper
currū ſuum et tulerūt in iheruſalem: ſe-
pelierūtqꝫ eū ī ſepulcro cū patribꝫ ſuis
in ciuitate dauid. Anno vndecimo io-
ram filij achab regis iſrahel regnauit
ochozias ſuper iudam: venitqꝫ iehu in
ieſrahel. Porro iezabel introitu ei⁹ au-
dito depinxit oculos ſuos ſtibio. et or-
nauit caput ſuū: et reſpexit p feneſtrā
ingredientē iehu p portā: et ait. Nun-
quid pax poteſt eſſe zamri. qui interfe-
cit dominum ſuū? Leuauitqꝫ iehu faciē
ſuam ad feneſtram ⁊ ait. Que eſt iſta?

Et inclinauerūt ſe ad eū duo uel tres
eunuchi: ⁊ dixerūt. Hec eſt illa iezabel
At ille dixit eis. Precipitate eā deorſū
Et precipitauerūt eam. Aſperſuſq; ē ſan-
guine paries: et equoꝝ vngule concul-
cauerūt eam. Cumq; introgreſſus eſſet
ut comederet biberetq; ait. Ite et vide-
te maledictam illam et ſepelite eam: quia
filia regis eſt. Cūq; iſſent ut ſepelirēt
eam: nō inuenerūt niſi caluariā et pe-
des ⁊ ſummas manus. Reuerſiq; nūcia-
uerūt ei. Et ait iehu. Sermo dñi ē: quē
locutus eſt per ſeruū ſuū heliam theſbi-
ten dicens. In agro ieſrahel comedent
canes carnes iezabel. Et erūt carnes ie-
zabel ſicut ſtercus ſup faciē terre ī agro
ieſrahel: ita ut pretereuntes dicāt. Hec-
cine eſt illa iezabel? . X.

Erant aūt achab ſeptuaginta filij
in ſamaria. Scripſit ergo iehu lit-
teras: ⁊ miſit in ſamariā ad optimates
ciuitatis et ad maiores natu et ad nu-
tricios achab dicens. Statim ut acce-
peritis litteras has q̄ habetis filios dñi
veſtri et currus ⁊ equos et ciuitates fir-
mas et arma: eligite meliorē et eū qui
vobis placuerit de filijs dñi veſtri. ⁊ eū
ponite ſup ſoliū patris ſui: ⁊ pugnate
pro domo dñi veſtri. Timuerūt illi ve-
hementer: ⁊ dixerūt. Ecce duo reges non
potuerūt ſtare corā eo: et quomō nos
valebimus reſiſtere? Miſerunt ergo p̄-
poſiti domus et p̄fecti ciuitatis ⁊ maio-
res natu ⁊ nutricij ad iehu dicētes. Ser-
ui tui ſum⁹: quecūq; iuſſeris faciemus:
nec cōſtituem⁹ nobis regē. Quecumq;
tibi placent fac. Reſcripſit aūt eis litte-
ras ſcđo dicens. Si mei eſtis et obedi-
tis michi: tollite capita filiorū domini
veſtri: et venite ad me hac eadem hora
cras in ieſrahel. Porro filij regis ſeptu-
aginta viri apud optimates ciuitatis
nutriebantur. Cumq; veniſſent littere
ad eos: tulerūt filios regis ⁊ occiderūt
ſeptuaginta viros: et poſuerūt capita
eorum in cophinis et miſerūt ad eū in
ieſrahel. Venit aūt nuncius ad eum: ⁊
indicauit ei dicens. Attulerunt capita
filiorū regis. Qui reſpōdit. Ponite ea
ad duos acervos iuxta introitū porte
uſq; mane. Cumq; diluxiſſet egreſſus
eſt: et ſtans dixit ad omnē pplm. Iu-
ſti eſtis. Si ego cōiuraui contra dñm
meum et interfeci eū: quis percuſſit oēs
hos? Videte ergo nūc quoniam nō ceci-
dit de ſermonibꝰ dñi in terrā quos lo-
cutus eſt dominꝰ ſuper domū achab: et
dominus fecit qđ locutus eſt in manu
ſerui ſui helie. Percuſſit igit̄ iehu oēs
qui reliqui erāt de domo achab in ieſra-
hel. et vniūſos optimates ei⁹ ⁊ notos
et ſacerdotes: donec non remanerēt ex
eo reliquie. Et ſurrexit: ⁊ venit ī ſama-
riam. Cumq; veniſſet ad camerā paſto-
rum in via. inuenit fratres ochozie re-
gis iuda: dixitq; ad eos. Qui nā eſtis
vos? Qui reſponderūt. Fratres ochozie
ſum⁹: ⁊ deſcendimus ad ſalutandos fi-
lios regis. ⁊ filios regine. Qui ait. Cō-
prehendite eos viuos. Quos cū com-
p̄hendiſſent viuos: iugulauerūt eos in
ciſterna iuxta cameram quadraginta-
duos viros: et nō reliquit ex eis quēq̄
Cumq; abiiſſet inde inuenit ionadab fi-
liū rechab ī occurſū ſibi: et benedixit ei
Et ait iehu ad eū. Nunquid ē cor tuū
rectum cum corde meo ſicut cor meū cū
corde tuo? Et ait ionadab. Eſt. Si eſt
inq̄t: da manū tuā. Qui dedit ei manū
ſuam. At ille leuauit eū ad ſe in currū
dixitq; ad eum. Veni mecū: ⁊ vide zelū
meū p̄ dño. Et impoſitū in curru ſuo

dixit in ſamariam. Et percuſſit omēs q̄
reliqui fuerāt de achab ī ſamaria uſq;
ad vnum: iuxta verbū dn̄i quod locu-
tus ē p heliā. Congregauit ergo iehu
omnem ppl̄m: et dixit ad eos. Achab
coluit baal parum: ego aūt colam eū
amplius. Nunc igitur omēs ꝓphetas
baal. et vniūſos ſeruos eius et cūctos
ſacerdotes ipſius vocate ad me. Nullus
ſit qui nō veniat. Sacrificium eñ grā-
de eſt michi baal. Quicūq; defuerit nō
viuet. Porro iehu faciebat hoc inſidi-
oſe: ut diſperderet cultores baal. Et di-
xit. Sanctificate diem ſolennem baal
Vocauitq; ⁊ miſit in vniūſos terminos
iſrl': et venerūt cuncti ſerui baal. Non
fuit reſiduus ne vnꝰ quidē: q̄ nō veni-
ret. Et ingreſſi ſūt templū baal. Et re-
pleta eſt domꝰ baal: a ſummo uſq; ad
ſūmum. Dixitq; hijs qui p̄erant ſuper
veſtes. Proferte veſtimenta vniuerſis
ſeruis baal. Et ꝓtulerūt eis veſtes. In-
greſſuſq; iehu et ionadab filiꝰ rechab
templū baal: ait cultoribꝰ baal. Perqui-
rite et videte: ne quis forte nobiſcū ſit
de ſeruis dn̄i: ſed ut ſint ſerui baal ſoli
Ingreſſi ſunt igitur ut facerent victi-
mas et olocauſta: iehu aūt p̄pauerat ſi-
bi foris octoginta viros: ⁊ dixerat eis
Quicumq; fugerit de hominibꝰ hijs quos
ego adduxero ī manꝰ vr̄as: anima eiꝰ
erit pro anima illiꝰ. Factum eſt aūt cū
completū eſſet olocauſtū: p̄cepit iehu
militibꝰ ⁊ ducibus ſuis. Ingredimini
et percutite eos. Nullus euadat. Per-
cuſſerūtq; eos in ore gladij et ꝓiecerūt
milites et duces. Et ierunt in ciuitatem
templi baal ⁊ protulerūt ſtatuā de pha-
no baal: et cōbuſſerūt ⁊ cōminuerunt
eam. Deſtruxerūt q̄z edem baal: et fece-
runt pro ea latrinas uſq; in diem hāc

Deleuit itaq; iehu baal de iſrahel: veru-
tamen a peccatis ierobo ā filij nabath
qui peccare fecit iſrahel nō receſſit: nec
dereliquit vitulos aureos qui erant in
bethel ⁊ in dan. Dixit aūt dominus ad
iehu. Quia ſtudioſe egiſti qđ rectum
erat et placebat ī oculis meis: et oīa
que erant in corde meo feciſti cōtra do-
mum achab: filij tui uſq; ad quartam
generationē ſedebūt ſup thronū iſrahel
Porro iehu non cuſtodiuit ut ambula-
ret in lege dn̄i dei iſrahel. in toto corde
ſuo. Non eñ receſſit a peccatis iero-
boā: qui peccare fecerat iſrl'. In diebꝰ
illis cepit dn̄s tedere ſup iſrl'. Percuſſit
q; eos aſahel in vniūſis finibꝰ iſrahel:
a iordane contra orientalem plagam
omnē terram galaad. et gad. ⁊ ruben
et manaſſe. ab aroer que eſt ſuper tor-
rentē arnon et galaad et baſan. Reliq̄
aūt verborū iehu et vniūſa que fecit ⁊
fortitudo eius: nonne hec ſcripta ſunt
in libro verborū dierū regum iſrahel?
Et dormiuit iehu cū patribꝰ ſuis: ſepe-
lieruntq; eum in ſamaria: et regnauit
ioachas filiꝰ eius p eo. Dies aūt quos
regnauit iehu ſup iſrahel viginti ⁊ octo
anni ſūt in ſamaria XI

Atalia vero mater ochozie videns
mortuū filiū ſuum: ſurrexit et in-
terfecit omne ſemen regiū. Tollens au-
tem ioſaba filia regis iorā. ſoror ocho-
zie. ioas filiū ochozie. furata eſt eū de
medio filiorum regis qui interficiebāt
et nutricem eius de triclinio: et abſcon-
dit eum a facie atalie ut non interfice-
retur: eratq; cū ea ſex annis clam in do-
mo dn̄i. Porro atalia regnauit ſup ter-
ram ſeptem ānis. Anno autē ſeptimo
miſit ioiada et aſſumēs centuriones ⁊
milites introduxit ad ſe in templū dn̄i

pepigitqꝫ cum eis fedus. Et adiurans
eos ī domo dn̄i oſtendit eis filiū regis
et p̄cepit illis dicens. Iſte ē ſermo quē
facere debetis. Tercia pˢ vīm introeat
ſabbato: ⁊ obſeruet excubias dom⁹ re-
gis. Tercia autē pars ſit ad portā ſeyr
et tercia pars ſit ad portam que eſt poſt
habitaculū ſcutarioꝝ: ⁊ cuſtodietis ex-
cubias domus meſſa. Due vero partes
e vobis om̄es egredientes ſabbato cu-
ſtodiant excubias domus dn̄i circa re-
gem: et vallabitis eū habētes arma in
manibꝫ veſtris. Si quis aūt ingreſſ⁹
fuerit ſeptum templi: interficiatᷣ. Eri-
tiſqꝫ cū rege introeūte ⁊ egrediente. Et
fecerūt centuriones iuxta om̄ia que p̄-
ceperat eis ioiada ſacerdos. Et aſſumē-
tes ſinguli viros ſuos q̄ ingrediebātᷣ
ſabbatū cum hijs qui egrediebātᷣ e ſab-
bato: venerūt ad ioiadam ſacerdotem.
Qui dedit eis haſtas et arma regis da-
uid: que erāt in domo dn̄i. Et ſteterūt
ſinguli habentes arma in manu ſua a
parte templi dextra uſqꝫ ad partem ſini-
ſtram altaris et edis. circū regem. Pro-
duxitqꝫ filiū regis: ⁊ poſuit ſup eū dia-
dema et teſtimoniū. feceruntqꝫ eū regē et
vnxerūt: et plaudentes manu dixerunt
Viuat rex. Audiuit autē atalia vocem
ppl̄i currentis: et ingreſſa ad turbas in
templū dn̄i. vidit regem ſtātem ſuper
tribunal iuxta morē. et cantores ⁊ tur-
bas ꝓpe eum. omnēqꝫ ppl̄m terre letan-
tem. et canentē tubis: ⁊ ſcidit veſtimē-
ta ſua clamauitqꝫ. Coniuracō. cōiura-
tio. Precepit aūt ioiada centurionibꝫ
qui erant ſup exercitū: et ait eis. Edu-
cite eam extra ſepta templi: et q̄cūqꝫ eā
ſecut⁹ fuerit: feriatur gladio. Dixerat
em̄ ſacerdos: nō occidatᷣ in templo dn̄i.
Impoſuerūtqꝫ ei manus et impegerūt

eam ꝑ viam introitus equoꝝ iuxta pa-
latiū: et interfecta eſt ibi. Pepigit ergo
ioiada fedus inter deū et regem et inter
ppl̄m. ut eſſet populus domini: ⁊ inter
regem ⁊ populū. Ingreſſuſqꝫ eſt om̄is
ppl̄s terre templū baal. et deſtruxerūt
aras eius: et ymagines cōtriuerūt va-
lide: mathan quoqꝫ ſacerdotem baal occide-
runt coram altari. Et poſuit ſacerdos
cuſtodias in domo dn̄i: tulitqꝫ centuri-
ones ⁊ chereti ⁊ pheleti legiōes ⁊ omnē
ppl̄m terre: deduxerūtqꝫ regem de domo
domini. Et venerūt per viam porte ſcu-
tarioꝝ in palatiū: et ſedit ſup thronū
regum. Letatuſqꝫ eſt omnis ppl̄s terre
et ciuitas cōquieuit. Atalia aūt occiſa
eſt gladio in domo regis: ſeptemqꝫ an-
norum erat ioas cum regnare cepiſſet
Anno ſeptimo iehu. xij
regnauit ioas. Quadraginta an-
nis regnauit in ihrl̄m: nomen matris
ei⁹ ſebia de berſabee. Fecitqꝫ ioas rectū
coram domino. cunctis diebꝫ quibꝫ do-
cuit eum ioiada ſacerdos: verūtamē ex-
celſa nō abſtulit. Adhuc em̄ populus
immolabat et adolebat in excelſis incē-
ſum. Dixitqꝫ ioas ad ſacerdotes. Omnē
pecuniam ſanctorū que illata fuerit in
templū dn̄i a p̄tereūtibꝫ que offertur ꝓ
precio anime et quā ſponte ⁊ arbitrio
cordis ſui inferūt in templum domini.
accipiāt illam ſacerdotes iuxta ordinē
ſuum: et inſtaurent ſartatecta dom⁹ ſi
quid neceſſariū viderint inſtauracōne
Igitur uſqꝫ ad viceſimūtercīū annum
regis ioas: nō inſtaurauerūt ſac̄dotes
ſartatecta templi. Vocauitqꝫ rex ioas
ioiadam pontificem ⁊ ſacerdotes: dicēs
eis. Quare ſartatecta non inſtauratis
templi? Nolite ergo amplius accipere
pecuniam iuxta ordinem veſtrū: ſed ad

inſtauratione templi reddite eam. Pro-
hibitiq; ſūt ſacerdotes vltra accipere pe-
cuniam a ppl'o: et inſtaurare ſartatecta
domus. Et tulit ioiada pontifex gazo-
philatiū vnū. aperuitq; foramen deſup
et poſuit illud iuxta altare ad dextram
ingredientiū domū domini: mittebātq;
in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia
omnē pecuniam que deferebat' ad tem-
plum dn̄i. Cumq; viderent nimiā pecu-
niam eſſe in gazophilatio. aſcendebat
ſcriba regis et pontifex. effundebantq;
et numerabant pecuniam que inuenie-
batur ī domo dn̄i: ⁊ dabant eam iuxta
numerū atq; menſuram in manu eorū
qui p̄erant cementariis domus domini
Qui impendebant eam in fabris lignoꝝ
et in cementariis hiis qui opabant' in
domo dn̄i. et ſartatecta faciebant: ⁊ in
hiis qui cedebant ſaxa. et ut emerent li-
gna et lapides qui cedebantur: ita ut
impleret' inſtauratio dom' dn̄i in vni-
uerſis que indigebant expenſa ad mu-
niendam domū. Verūtamen nō fiebāt
ex eadem pecunia ydrie templi dn̄i ⁊ fu-
ſcinule ⁊ thuribula et tube ⁊ om̄e vas
aureū ⁊ argentum: de pecunia que infe-
rebatur in templū domini. Hiis em̄ q̄
faciebant opus dabatur: ut inſtaura-
retur templum dn̄i. Et nō fiebat ratio
hiis hominib; qui accipiebāt pecuniā ut
diſtribuerent eam artificib;: ſed in fide
tractabāt eam. Pecuniā vero p̄ delicto
et pecuniā p̄ peccatis nō inferebāt ī tem-
plū dn̄i: q2 ſacerdotū erat. Tūc aſcen-
dit aſahel rex ſirie et pugnabat contra
geth: cepitq; eā. Et direxit faciē ſuā ut
aſcēderet in ihrl'm. Quāobrē tulit ioas
rex iuda oīa ſanctificata q̄ ꝯſecrauerat
ioſaphat et ioram et ochozias p̄res ei'
reges iuda. ⁊ q̄ ip̄e obtulerat. et vni-
uerſum argentū qd̄ inueniri potuit in
theſauris templi domini. et in palatio
regis: miſitq; aſaheli regi ſirie: ⁊ receſ-
ſit ab iheruſalē. Reliqua aūt ſermonū
ioas et vniūſa que fecit: nōne hec ſcri-
pta ſunt in libro verborū dierū regum
iuda? Surrexerūt aūt ſerui ei' et cōiu-
rauerūt inter ſe: percuſſerūtq; ioas in do-
mo mello ī deſcenſu ſela. iozachar nāq;
filius ſemath ⁊ iozabath fili' ſomer ſer-
ui ei' percuſſerūt eū: et mortu' eſt. Et ſepe-
lierūt eum cū p̄rib; ſuis ī ciuitate dauid
regnauitq; amaſias fili' eius p̄ eo. XIII.

Anno viceſimotercio ioas filii ocho-
zie regis iude. regnauit ioachas
fili' iehu ſup iſrahel ī ſamaria decem et
ſeptem annis: et fecit malū coram dn̄o
Secutuſq; ē peccata ieroboam filii na-
bath qui peccare fecit iſrl': et nō declina-
uit ab eis. Iratuſq; eſt furor dn̄i con-
tra iſrl': ⁊ tradidit eos in manu aſahel
regis ſirie ⁊ in manu benadab filii aſa-
hel cunctis dieb;. Deprecatus eſt autē
ioachas faciem dn̄i: et audiuit eū dn̄s
Vidit em̄ anguſtiam iſrahel: quia attri-
uerat eos rex ſirie. Et dedit domin' ſal-
uatorē iſraheli: ⁊ liberatus eſt de manu
regis ſirie: habitauerūtq; filii iſrahel in
tabernaculis ſuis. ſicut heri et nudiuſ-
tercius. Veruntamen nō receſſerunt a
peccatis domus ieroboam qui peccare
fecit iſrahel: ſed in ipſis ambulauerūt
Siquidem et lucus pmāſit in ſamaria
et non ſunt derelicti ioachas de populo
niſi quinquaginta equites: ⁊ decem cur-
rus et decem milia peditum. interfecerat
em̄ eos rex ſirie: et redegerat quaſi pul-
uerem in tritura aree. Reliqua aūt ſer-
monum ioachas et vniuerſa que fecit
et fortitudo eius: nōne hec ſcripta ſunt
in libro ſermonū dieꝝ regum iſrahel?

Dormiuitq; ioachaz cum patribꝫ ſuis:
et ſepelierūt eū in ſamaria: regnauitq;
ioas filius eius ꝓ eo. Anno triceſimo
ſeptimo ioas regis iuda regnauit ioas
filius ioachaz ſup iſrahel in ſamaria ſe-
decim annis: et fecit qđ malū eſt in con-
ſpectu domini. Non declinauit ab oībꝫ
peccatis iheroboam filij nabath qui pec-
care fecit iſrahel: ſed in ipīs ambulauit
Reliqua autē ſermonū ioas et vniūſa
que fecit: et fortitudo ei⁹ quomō pu-
gnauerit contra amaſiam regem iuda
nōne hec ſcripta ſūt in libro ſermonū
dierꝫ regū iſrahel? Et dormiuit ioas cū
pr̄ibꝫ ſuis: iheroboam aūt ſedit ſup ſo-
lium eius. Porro ioas ſepultus eſt in
ſamaria cū regibꝫ iſrahel. Heliſeus aūt
egrotabat infirmitate qua et mortu⁹
eſt. Deſcenditq; ad eum ioas rex iſrl̄.
et flebat coram eo: dicebatq; pater mi
pater mi: currus iſrl̄ ⁊ auriga eius. Et
ait illi heliſeus. Affer arcū et ſagittas.
Cūq; attuliſſet ad eū arcū et ſagittas:
dixit ad regem iſrl̄. Pone manū tuam
ſuper arcū. Et cum poſuiſſet ille manū
ſuam: ſuppoſuit heliſeus manus ſuas
manibus regis: ⁊ ait. Aperi feneſtram
orientalē. Cumq; aperuiſſet. dixit heli-
ſeus iace ſagittam. Et iecit. Et ait he-
liſeus. Sagitta ſalutis dn̄i: et ſagitta
ſalutis contra ſiriā. Percuciesq; ſiriam
in aphec: donec cōſumas eam. Et ait
Tolle ſagittas. Qui cū tuliſſet: rurſū
dixit ei. Percute iaculo terram. Et cum
percuſſiſſet tribꝫ vicibꝫ et ſtetiſſet: irat⁹
eſt vir dei cōtra eū: ⁊ ait. Si percuſſiſſes
qn̄quies aut ſexies ſiue ſepcies: percuſ-
ſiſſes ſiriā uſq; ad conſummationem.
Nunc aūt tribus vicibus percucies eam
Mortuus eſt ergo heliſeus: ⁊ ſepelier̄t
eum. Latrūculi aūt de moab venerūt in
terram in ipō anno. Quidam aūt ſepe-
lientes hominē viderūt latrūculos: et
proiecerunt cadauer in ſepulcro heliſei
Quod cum tetigiſſet oſſa heliſei reuixit
homo: et ſtetit ſup pedes ſuos. Igitur
aſahel rex ſirie afflixit iſrl̄: cūctis diebꝫ
ioachaz. Et miſertus eſt dn̄s eorū: et
reuerſus eſt ad eos ꝓpter pactū ſuum
qđ habebat cū abraham et yſaac ⁊ ia-
cob: ⁊ noluit diſperdere eos neq; pro-
icere penitus uſq; ī p̄ſens temp⁹. Mor-
tuus eſt aūt aſahel rex ſirie: ⁊ regnauit
benadab filius eius ꝓ eo. Porro ioas
fili⁹ ioachaz tulit vrbes de manu bena-
dab filij aſahel q̄s tulerat de manu ioa-
chaz pr̄is ſui: iure p̄lij. Tribꝫ vicibꝫ p-
cuſſit eū ioas: et reddidit ciuitates iſrl̄
In anno ſcd̄o ioas filij ioachaz XIIII.
regis iſrahel: regnauit amaſias filius
ioas regis iuda viginti qn̄q; annorum
erat cū regnare cepiſſet: viginti autē et
nouem annis regnauit in ihrl̄m. No-
men matris eius ioaden de iheruſalem.
Et fecit rectum coram dn̄o: verūtamen
non ut dauid pater eius. Iuxta oīa
que fecit ioas pater ſuus fecit: niſi hoc
tantū qđ excelſa non abſtulit. Adhuc
eñ pp̄ls adolebat et immolabat incen-
ſum in excelſis. Cumq; obtinuiſſet re-
gnū percuſſit ſeruos ſuos q̄ interfecerant
regem patrem ſuū: filios aūt eorū qui
occiderant nō occidit: iuxta qđ ſcriptū
eſt in libro legis moyſi ſicut p̄cepit do-
minus dicens. Non morient̄ patres
pro filijs neq; filij ꝓ patribꝫ: ſed vnuſ-
quiſq; in peccato ſuo morieť. Ipſe p-
cuſſit edom ī valle ſalinarꝫ decem milia
et apphendit petram in p̄lio: vocauitq;
nomen eius iezechel uſq; in p̄ſentē diē
Tunc miſit amaſias nuncios ad ioas
filiū ioachaz filij iehu regis iſrl̄ dicens

Veni ⁊ videamus nos. Remiſitq; ioas
rex iſrahel ad amaſiam regē iuda dicēs.
Carduus libani miſit ad cedrum q̄ eſt
in libano. dicēs. Da filiā tuā filio meo
vxorem. Tranſierūtq; beſtie ſalt⁹ que
ſunt in libano: ⁊ cōculcauerūt carduū.
Percutiens inualuiſti ſup edom: et ſub-
leuauit te cor tuū. Contētus eſto glo-
ria: ⁊ ſede ī domo tua. Quare ꝓuocas
malum: ut cadas tu et iudas tecū? Et
nō acquieuit amaſias. Aſcēditq; ioas
rex iſrahel: et viderūt ſe ipſe et amaſias
rex iuda in bethſames opido iude. Per-
cuſſus eſt iuda coram iſrl': et fugerunt
vnuſquiſq; ī tabernacula ſua. Amaſiā
vero regem iuda filiū ioas filij ochozie
cepit ioas rex iſrl' in bethſames: et ad-
duxit eum in ihrl'm. Et interrupit mu-
rum ihruſalē a porta effraim uſq; ad
portam anguli. quadringentis cubitis.
Tulitq; omē aurū ⁊ argētū et vniūſa
vaſa que inuenta ſunt in domo dn̄i et
in theſauris regis ⁊ obſides: et reūſus
eſt in ſamariam. Reliqua aūt verborū
ioas que fecit et fortitudo eius qua pu-
gnauit contra amaſiā regē iuda. nonne
hec ſcripta ſunt in libro ſermonū dierꝝ
regum iſrahel? Dormiuitq; ioas cū pa-
tribus ſuis et ſepultus eſt in ſamaria
cum regib; iſrl': et regnauit ihroboam
fili⁹ eius pro eo. Vixit aūt amaſias fi-
lius ioas rex iuda. poſtq̄ mortuus eſt
ioas fili⁹ ioachas regis iſrahel. viginti-
quinq; annis. Reliqua aūt ſermonum
amaſie. nonne hec ſcripta ſūt in libro
ſermonū dierū regū iuda? Factaq; eſt
contra eū cōiuracō in ihrl'm: at ille fu-
git in lachis. Miſerūtq; poſt eum in la-
chis et interfecerūt eū ibi: et aſportaue-
runt in equis: ſepultuſq; eſt ihruſalē
cū patrib; ſuis in ciuitate dauid. Tulit
aūt vniuerſus pp̄ls iude azariam ānos
natum ſedecim: et cōſtituerūt eū regem
pro patre eius amaſia. Ipſe edificauit
ahilam: et reſtituit eam iude poſtq̄ dor-
miuit rex cū patrib; ſuis. Anno qn̄to-
decīo amaſie filij ioas regis iuda regna-
uit ihroboam fili⁹ ioas regis iſrahel in
ſamaria quadraginta et vno anno: ⁊
fecit quod malū eſt coram dn̄o. Non
receſſit ab omib; peccatis ihroboā filij
nabath: qui peccare fecit iſrl'. Ipſe reſti-
tuit termīos iſrl' ab introitu emath uſ-
q; ad mare ſolitudinis: iuxta ſermonē
domini dei iſrahel quem locutus eſt per
ſeruum ſuum ionam filium amathi ꝓ-
phetam: qui erat de geth que eſt ī opher.
Vidit enim dominus afflictionem iſra-
hel amaram nimis: et q' conſumpti eſ-
ſent uſq; ad clauſos carceris et extre-
mos: et non eſſet qui auxiliaretur iſra-
hel. Nec locut⁹ eſt domin⁹ ut deleret no-
men iſrl' de ſub celo: ſed ſaluauit eos in
manu ihroboam et filij ioas. Reliqua
aūt ſermonū ihroboā et vniūſa q̄ fecit
et fortitudo eius qua p̄liat⁹ eſt. et quō
reſtituit damaſcū et emath iude in iſrl'
nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermo-
num dierum regum iſrahel? Dormiuit
q; ihroboā cum patrib; ſuis regib; iſrl'
et regnauit Zacharias fili⁹ eius pro eo.
Anno viceſimo · xv ·
ſeptimo ihroboam regis iſrahel
regnauit azarias filius amaſie regis
iuda. Sedecim annoꝝ erat cū regnare
cepiſſet: ⁊ qn̄quaginta duob; annis re-
gnauit ī ihrl'm. Nomē mr̄is ei⁹ iecelia
de ihruſalē. Fecitq; quod erat placitū
corā domino iuxta omia que fecit ama-
ſias pater eius: veruntamen excelſa nō
eſt demolitus. Adhuc populus ſacri-
ficabat et adolebat incenſū in excelſis.

Percuſſit aūt dñs regē: et fuit lepros⁹ uſqȝ in diem mortis ſue: et habitabat in domo libera ſeorſū. Joathan vero filius regis gubernabat palatiū: et iudicabat populū terre. Reliqua aūt ſermonū azarie ⁊ vniūſa que fecit: nōne hec ſcripta ſunt in libro verborū dierū regū iuda? Et dormiuit azarias cū patribus ſuis: ſepelierūtqȝ eū cū maioribȝ ſuis in ciuitate dauid: et regnauit ioathan filius eius pro eo. Anno triceſimooctauo azarie regis iude regnauit zacharias filius ieroboam ſuper iſrahel in ſamaria ſex menſibȝ: ⁊ fecit qđ malum eſt coram dño ſicut fecerāt patres eius Non receſſit a peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit iſrahel. Coniurauit aūt contra eum ſellū fili⁹ iabes percuſſitqȝ eū palam et interfecit: regnauitqȝ pro eo. Reliqua aūt verborȝ Zacharie nōne hec ſcripta ſūt in libro ſermonū dierū regū iſrahel? Iſte ē ſermo domini quē locutus eſt ad iehu dicens Filij tui uſqȝ ad quartam generationē ſedebunt de te ſup thronū iſrł. Factūqȝ eſt ita. Sellū filius iabes regnauit triceſimonono anno azarie regis iude. Regnauit aūt vno menſe in ſamaria. Et aſcendit manahen filius gaddi de therſa. venitqȝ ſamariam: et percuſſit ſellū filiū iabes in ſamaria ⁊ interfecit eum: regnauitqȝ pro eo. Reliqua aūt vborȝ ſellum et cōiuratio eius per quā tetēdit inſidias: nōne hec ſcripta ſūt in libro ſermonū dierȝ regū iſrahel? Tunc percuſſit manahen thapſam ⁊ omnes qui erant in ea: et terminos eius de therſa. Noluerant eñ aperire ei. Et interfecit omnes pregnantes eius: et ſcidit eas Anno triceſimonono azarie regis iude regnauit manahen fili⁹ gaddi ſup iſrł decem annis in ſamaria: fecitqȝ qđ erat malū coram dño. Non receſſit a peccatis ieroboam filij nabath qui peccare fecit iſrahel: cūctis diebȝ ei⁹. Veniebat phul rex aſſirioȝ i therſa: et dabat manahen phul mille talenta argēti. ut eſſet ei in auxiliū ⁊ firmaret regnū eius. Indixitqȝ manahen argentū ſuper iſrł cunctis potentibȝ ⁊ diuitibȝ ut daret regi aſſirioȝ: qñquaginta ſiclos argēti per ſingulos. Reuerſuſqȝ eſt rex aſſiriorū: et non eſt moratus in therſa. Reliqua aūt ſermonū manahen et vniūſa que fecit: nonne hec ſcripta ſūt in libro ſermonū dieȝ regū iſrahel? Et dormiuit manahen cū patribȝ ſuis: regnauitqȝ phaceia filius ei⁹ pro eo. Anno qñquageſimo azarie regis iude regnauit phaceia filius manahen ſup iſrahel in ſamaria biennio: ⁊ fecit qđ erat malum coram dño. Nō receſſit a peccatis ieroboam filij nabath: q̄ peccare fecit iſrahel. Coniurauit autē aduſus eum phacee filius romelie dux eius. et percuſſit eum in ſamaria in turre dom⁹ regie iuxta argob et iuxta ariph. et cū eo qñquaginta viros de filijs galaaditarum et interfecit eum: regnauitqȝ p eo. Reliq̄ aūt ſermonū phaceie ⁊ vniūſa que fecit: nōne hec ſcripta ſunt in libro ſermonū dieȝ regū iſrahel? Anno qñquageſimoſecūdo azarie regis iude regnauit phacee filius romelie ſup iſrł in ſamaria viginti annis: ⁊ fecit quod erat malū coram dño. Non receſſit a peccatis ieroboam filij nabath: q̄ peccare fecit iſrł. In diebus phacee regis iſrahel venit theglat phalaſſar rex aſſiur et cepit ahion. et abel domū maacha ⁊ ianoe et cedes et aſor. et galaad ⁊ galileam ⁊ vniuerſam terram neptalim:

et tranſtulit eos ī aſſirios. Cōiurauit
aūt et tetendit inſidias oſee filius hela
cōtra phacee filiū romelie: et percuſſit
eum et interfecit: regnauitq; pro eo vi-
ceſimo anno ionathan filij ozie. Reliq̄
aūt ſermonū phacee et vniuſa que fe-
cit: nonne hec ſcripta ſunt in libro ſer-
monū dierꝝ regum iſrahel? Anno ſcđo
phacee filij romelie regis iſrahel: regna-
uit ioathan filius ozie regis iuda. Vi-
gintiquīq; annorꝝ erat cū regnare cepiſ-
ſet: et ſedecim annis regnauit in ihrl'm.
Nomen mr̄is eius ieruſa: filia ſadoch.
Fecitq; qđ erat placitū coram domino.
Juxta omnia que fecit ozias pater ſuꝰ
operatus eſt: verūtamen excelſa nō ab-
ſtulit. Adhuc pp̄ls immolabat et ado-
lebat incenſum in excelſis. Ipe edifica-
uit portam domus dn̄i ſublimiſſimam.
Reliqua aūt ſermonū ioathan et vniu-
ſa que fecit: nōne hec ſcripta ſunt in li-
bro verborꝝ dierū regū iuda? In diebꝫ
illis cepit dn̄s mittere in iudam raſin
regem ſirie: et phacee filiū romelie. Et
dormiuit ioathan cū patribꝫ ſuis ſepul-
tuſq; eſt cū eis in ciuitate dauid patris
ſui: et regnauit achas filiꝰ eius pro eo.
Anno decimoſeptimo phacee xvi
filij romelie. regnauit achas filiꝰ
ioathan regis iuda. Viginti annorum
erat achas cum regnarre cepiſſet: ⁊ ſe-
decim annis regnauit in ihrl'm. Non fe-
cit qđ erat placitū ī cōſpectu dn̄i dei ſui
ſicut dauid pater eiꝰ: ſed ambulauit in
via regū iſrahel. Inſup ⁊ filiū ſuū cō-
ſecrauit transferens per ignem ſecundū
ydola gentiū: que diſſipauit dominus
coram filijs iſrl'. Immolabat q̄ꝫ victi-
mas ⁊ adolebat incenſum in excelſis ⁊
in collibꝫ: et ſub omni ligno frondoſo.
Tunc aſcendit raſin rex ſirie: ⁊ phacee
filius romelie rex iſrahel. ad p̄liandū
in iheruſalē. Cūq; obſiderent achas:
non valuerūt ſuperare eū. In tempore
illo reſtituit raſin rex ſirie haylam ſirie
et eiecit iudeos de hayla. Et ydumei et
ſiri venerūt in haylam: et habitauerūt
ibi uſq; in diem hāc. Miſit aūt achas
nuncios ad teglat phalaſſar regem aſ-
ſiriorū dicēs. Seruus tuus et filiꝰ tuꝰ
ego ſum. Aſcende ⁊ ſaluū me fac de ma-
nu regis ſirie et de manu regis iſrahel
qui cōſurrexerit aduſum me. Et cū col-
legiſſet argentū ⁊ aurꝝ qđ inueniri potuit
in domo dn̄i. et ī theſauris regis miſit
regi aſſiriorꝝ munera: qui et acquieuit
volūtati eiꝰ. Aſcendit aūt rex aſſiriorꝝ
in damaſcū ⁊ vaſtauit eam: ⁊ trāſtulit
habitatores eiꝰ cyrenen: raſin aūt inter-
fecit. Perrexitq; rex achas in occurſum
teglat phalaſſar regi aſſiriorꝝ ī dama-
ſcum. Cūq; vidiſſet altare damaſci:
miſit rex achas ad vriam ſacerdotē ex-
emplar eiꝰ et ſimilitudinē iuxta omne
opus eius. Extruxitq; vrias ſacerdos
altare. Juxta omnia que p̄ceperat rex
achas de damaſco: ita fecit ſacerdos vri-
as donec veniret rex achas de damaſco.
Cūq; veniſſet rex de damaſco vidit al-
tare et veneratꝰ eſt illud: aſcenditq; ⁊
immolauit olocauſta et ſacrificiū ſuum
et libauit libamina et fudit ſanguinē
pacificorꝝ q̄ obtulerat ſup altare. Porro
altare ereū qđ erat corā dn̄o trāſtu-
lit de facie tēpli ⁊ de loco altaris ⁊ de loco
tēpli dn̄i: poſuitq; illud ex latere altaris
ad aquilonē. Precepit q̄ꝫ rex achas vrie
ſacerdoti dicēs. Sup altare maiꝰ offer olo-
cauſtū matutinū et ſacrificiū veſpertinū
⁊ olocauſtū regis ⁊ ſacrificiū eiꝰ ⁊ olocau-
ſtū vniuſi p̄pli t're ⁊ ſacrificia eorꝝ et liba-
mina eorꝝ: et omēꝫ ſanguinē olocauſti

et vniuerſū ſanguinem victime ſuper
illud effundes. Altare vero ereum erit
paratū ad voluntatem meā. Fecit igit
vrias ſacerdos iuxta om̄ia que p̄ceperat
rex achas. Tulit autē rex achas cela-
tas baſes ⁊ luterem q̄ erat deſup: et ma-
re depoſuit de bobus ereis q̄ ſuſtētabāt
illud: et poſuit ſup pauimentū ſtratū
lapide. Muſach q̄ȝ ſabbati qd̄ edifica-
uerat ī templo ⁊ ingreſſū regis exteri⁹
cōuertit in templū dn̄i: ꝓpter regē aſſi-
rioꝝ. Reliqua aūt verborum achas et
om̄ia que fecit: nonne hec ſcripta ſunt
in libro ſermonū dierū regū iuda? Dor-
miuitq̄ȝ achas cum patribus ſuis: ⁊ ſe-
pultus eſt cū eis in ciuitate dauid: ⁊ re-
gnauit ezechias filius ei⁹ p eo. xvij.

Anno duodecīo achas regis iuda
regnauit oſee filius hela in ſama
ria ſup iſrahel nouem ānis: fecitq̄ȝ ma-
lum coram domīo: ſed nō ſicut reges
iſrahel qui ante eū fuerūt. Cōtra hūc
aſcendit ſalmanaſar rex aſſirioꝝ: et fa-
ctus eſt ei oſee ſeru⁹: reddebatq̄ȝ illi tri-
buta. Cumq̄ȝ deꝑhendiſſet rex aſſirioꝝ
oſee q̄ rebellare nitens miſiſſet nūcios
ad ſua regē egipti· ne preſtaret tributa
regi aſſirioꝝ· ſicut ſingulis ānis ſolit⁹
erat: obſedit eum· et vinctum miſit in
carcerem: peruagatuſq̄ȝ eſt omnē terrā
et aſcendens ſamariā obſedit eam trib;
annis. Anno aūt nono oſee cepit rex
aſſirioꝝ ſamariam: et tranſtulit iſrl̄ in
aſſirios: poſuitq̄ȝ eos in haylam et in
abor iuxta fluuiū gozan in ciuitatibus
medorum. Factū eſt em̄ cum peccaſſent
filij iſrahel domīo deo ſuo qui eduxerat
eos de terra egipti de manu pharaonis
regis egipti: coluerūt deos alienos· et
ambulauerūt iuxta ritum gentiū quas
cōſumpſerat domin⁹ in cōſpectu filioꝝ
iſrahel ⁊ regū iſrl̄: quia ſimiliter fecerāt
Et irritauerūt filij iſrl̄ verbis nō rectis
dominū deū ſuum: et edificauerūt ſibi
excelſa in cunctis vrbibus ſuis a turre
cuſtodū uſq̄ȝ ad ciuitatem munitam.
Feceruntq̄ȝ ſibi ſtatuas et lucos ī omni
colle ſublimi· et ſubter omne lignum
nemoroſum: et adolebant ibi incenſū
ſuper aras in morē gentiū quas tranſ-
tulerat dn̄s a facie eoꝝ. Feceruntq̄ȝ v̄ba
peſſima irritantes dominū: ⁊ coluerūt
inmūdicias de quib; p̄cepit eis dn̄s ne
facerent verbū hoc. Et teſtificatus eſt
domin⁹ in iſrahel et in iuda p manum
omniū ꝓphetaꝝ et videntiū dicens. Re-
uertimini a vijs veſtris peſſimis· et cu-
ſtodite p̄cepta mea ⁊ cerimonias: iuxta
omnē legē quā p̄cepi patrib; veſtris: ⁊
ſicut miſi ad vos in manu ſeruoꝝ me-
orum ꝓphetaꝝ. Qui non audierūt: ſed
indurauerūt ceruicē ſuā iuxta ceruicem
patrum ſuoꝝ qui noluerūt obedire do-
mino deo ſuo. Et abiecerūt legitima ei⁹
et pactum qd̄ pepigit cū patrib; eorū
et teſtificationes quib; conteſtatus eſt
eos: ſecutiq̄ȝ ſūt vanitates ⁊ vane ege-
runt: et ſecuti ſūt gentes que erāt p cir-
cuitū eoꝝ ſup quib; p̄ceperat dominus
eis ut nō facerent ſicut et ille faciebat.
Et dereliquerūt omnia precepta dn̄i dei
ſui: feceruntq̄ȝ ſibi conflatiles duos vi-
tulos et lucos: et adorauerunt vniuer-
ſam miliciam celi. Seruieruntq̄ȝ baal:
et conſecrauerunt filios ſuos et filias
ſuas p ignem. Et diuinacōi inſeruie-
bant ⁊ augurijs· et tradiderūt ſe ut fa-
cerent malū corā dn̄o: et irritarent eū
Iratuſq̄ȝ eſt dn̄s vehemēter iſraheli: et
abſtulit eos a conſpectu ſuo: ⁊ non re-
manſit niſi tribus iuda tantummodo
Sed nec ip̄e iuda cuſtodiuit mandata

domini dei ſui: verūtamē ambulauit in
erroribꝫ iſrahel · quos operatus fuerat
Proiecitq; dñs omne ſemen iſrl̄ ⁊ affli-
xit eos et tradidit eos in manu diripi-
entiū · donec proiceret eos a facie ſua: ex
eo iam tempore quo ſciſſus ē iſrahel a
domo dauid: et cōſtituerūt ſibi regem
iheroboam filiū nabath. Separauit em̄
iheroboam iſrahel a dño: et peccare eos
fecit peccatū magnū. Et ambulauerūt
filij iſrahel ī vniuſis peccatis iheroboā
que fecerat: ⁊ nō receſſerūt ab eis uſq;
quo dominꝰ auferret iſrahel a facie ſuā
ſicut locutus fuerat in manu omniū ſer-
uoꝝ ſuorū ꝓphetarū. Tranſlatuſq; eſt
iſrahel de terra ſua ī aſſirios uſq; in diē
hanc. Adduxit aūt rex aſſirioꝝ de babi-
lone ⁊ de cutha ⁊ de abiath · ⁊ de emath
et de ſepharuaim: ⁊ collocauit eos in ci-
uitatibꝫ ſamarie pro filijs iſrl̄. Qui poſ-
ſederūt ſamariam: et habitauerunt in
vrbibus eius. Cūq; ibi habitare cepiſ-
ſent nō timebant dñm · et immiſit eis
dñs leones: qui interficiebāt eos. Nū-
ciatumq; ē regi aſſirioꝝ et dictū. Gen-
tes quas tranſtuliſti ⁊ habitare feciſti
in ciuitatibꝫ ſamarie ignorāt legitima
dei terre: et immiſit in eos dñs leones
et ecce interficiunt eos: eo ꝙ ignorent
ritū dei terre. Precepit aūt rex aſſirioꝝ
dicens. Ducite illuc vnū de ſacerdotibꝫ
quos inde captiuos adduxiſtis: ut va-
dat et habitet cū eis: et doceat eos legi-
tima dei terre. Igitur cum veniſſet vnꝰ
de ſacerdotibꝫ hijs qui captiui ducti fu-
erāt de ſamaria habitauit in bethel: et
docebat eos quomō colerent dominū.
Et vnaqueq; gens fabricata eſt deum
ſuum. Poſuerūtq; eos in fanis excelſis
que fecerant ſamarite gens et gens in
vrbibꝫ ſuis in quibꝫ habitabant: viri
enim babilonij fecerūt ſochot benoth:
viri aūt cuthei fecerūt nergel: ⁊ viri de
emath fecerūt aſima. Porro euei fecerūt
nebaas et thathas hij aūt qui erant de
ſepharuaim comburebant filios ſuos
igni ad ramelech et anamelech dijs ſe-
faruaim: ⁊ nichilominꝰ colebant dñm
Fecerūt aūt ſibi de nouiſſimis ſacerdo-
tes excelſoꝝ: et ponebant eos in fanis
ſublimibus. Et cum dominū colerent
dijs ꝗ; ſuis ſeruiebant iuxta conſuetu-
dinem gentiū de quibꝫ tranſlati fuerāt
ſamariam. Uſq; ī pſentē diem morem
ſequunt̄ antiquum. Non timent dñm
neq; cuſtodiūt cerimonias eius atq; iu-
dicia et legem et mandatum quod pre
ceperat dñs filijs iacob quē cognomi-
nauit iſrahel: et percuſſerat cum eis pa-
ctum · ⁊ mādauerat eis dicens. Nolite
timere deos alienos et nō adoretis eos
neq; colatis eos et non immoletis eis
ſed dominū deū veſtrū qui eduxit vos de
terra egipti in fortitudine magna ⁊ in
brachio extento · ipm̄ timete et illū ado-
rate: et ipſi immolate. Cerimonias ꝗ;
et iudicia et legem ⁊ mandatum quod
ſcripſit vobis cuſtodite ut faciatis cun-
ctis diebꝫ: et nō timeatis deos alienos
Et pactum quod percuſſit vobiſcū no-
lite obliuiſci: nec colatis deos alienos
ſed dñm deū veſtrū timete: et ipſe eruet
vos de manu omniū inimicoꝝ veſtroꝝ
Illi vero non audierūt: ſed iuxta con-
ſuetudinem ſuam priſtinam ꝑpetrabāt
Fuerūt igitur gentes iſte timētes quidē
dñm: ſed nichilominus et ydolis ſuis
ſeruiētes. Nam filij eoꝝ ⁊ nepotes ſicut
fecerūt pr̄es ſui ita faciūt ī pn̄tem diem

Anno tercio · xviij ·
Oſee filij hela regis iſrahel regna-
uit ezechias filius achas regis iuda.

Viginti quinq; annoꝝ erat cū regnare ce-
piſſet: et viginti nouē annis regnauit
in iheruſalem. Nomē m̄ris eius abiſa
filia Zacharie. Fecitq; qḋ erat bonum
corā dn̄o: iuxta omnia que fecerat da-
uid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa:
et contriuit ſtatuas et ſuccidit lucos:
cōfregitq; ſerpentem eneum quē fecerat
moyſes. Siquidem uſq; ad illud tem-
pus filij iſrahel adolebant ei incenſum
Vocauitq; nomē eius noheſtan. Et in
domino deo iſrl̄ ſperauit. Itaq; poſt eū
nō fuit ſimilis ei de cūctis regib; iuda
ſed neq; in hijs qui ante eū fuerūt: et
adheſit domino: et non receſſit a veſti-
gijs eius: fecitq; mandata eius que p̄-
ceperat dominus moyſi. Unde et erat do-
minus cū eo: et in cūctis ad que pcede-
bat ſapienter ſe agebat. Rebellauit q̄q;
contra regem aſſirioꝝ: ⁊ nō ſeruiuit ei.
Ipſe percuſſit philiſteos uſq; ad gazam
et omnes terminos eoꝝ: a turre cuſto-
dum uſq; ad ciuitatem munitam. An-
no quarto regis ezechie qui erat ānus
ſeptimus oſee filij hela regis iſrl̄. aſcē-
dit ſalmanaſar rex aſſirioꝝ ſamariam
et oppugnauit eam et cepit. Nam poſt
annos tres anno ſexto ezechie id ē no-
no āno oſee regis iſrahel capta eſt ſa-
maria: ⁊ tranſtulit rex aſſirioꝝ iſrahel
in aſſirios. collocauitq; eos in ahyla
et in abor. fluuijs gozan in ciuitatibus
medoꝝ: quia nō audierūt vocem domi
dei ſui. ſed pretergreſſi ſunt pactū eius.
Omīa que p̄ceperat moyſes ſeruus dn̄i
nō audierūt neq; fecerūt. Anno quar-
todecimo regis ezechie aſcendit ſenna-
cherib rex aſſirioꝝ ad vniuerſas ciuita-
tes iuda munitas: et cepit eas. Tunc
miſit ezechias rex iuda nuncios ad re-
gem aſſirioꝝ in lachis dicens. Peccaui

Recede a me: ⁊ omne quod impoſueris
michi feram. Indixit itaq; rex aſſirio-
rum ezechie regi iude trecēta talenta ar-
genti ⁊ triginta talenta auri. Deditq;
ezechias omne argentū qḋ repertū fu-
erat in domo dn̄i: et in theſauris regis
In tempore illo cōfregit ezechias val-
uas templi dn̄i et laminas auri quas
ipſe affixerat: et dedit eas regi aſſirioꝝ.
Miſit autē rex aſſiriorū thartan et ra-
pſaris et rapſacen de lachis ad regem
ezechiam cū manu valida ihrl̄m. Qui
cum aſcendiſſent venerūt iheruſalem ⁊
ſteterūt iuxta aqueductū piſcine ſupe-
rioris que eſt in via agri fullonis: vo-
cauerūtq; regem. Egreſſus eſt autē ad
eos eliachim filius elchie p̄poſitus do-
mus ⁊ ſobna ſcriba ⁊ ioahe filius aſaph
a cōmentarijs: dixitq; ad eos rapſaces
Loquimini ezechie. Hec dicit rex ma-
gnus: rex aſſirioꝝ. Que ē iſta fiducia
qua niteris? Forſitan iniſti cōſiliū: ut
p̄pares te ad p̄liū. In quo confidis: ut
audeas rebellare? An ſperas in baculo
arundineo atq; cōfracto egipto? Sup
quē incubuerit homo: cōminutus in-
gredietur manū eius: et perforabit eam
Sic eſt pharao rex egipti. omibus qui
cōfidunt in ſe. Quod ſi dixeritis michi
in domino deo noſtro habemus fiduciā
nōne iſte eſt cuius abſtulit ezechias ex-
celſa ⁊ altaria. et precepit iude et ihrl̄m
ante altare hoc adorabitis in iheruſalē
Nunc igitur tranſite ad dominū meū
regem aſſirioꝝ: et dabo vobis duo mi-
lia equorum: et videte an habere vale-
atis aſcēſores eoꝝ. Et quomō poteſtis
reſiſtere āte vnū ſatrapam de ſeruis do-
mini mei minimis? An fiduciam habes
in egipto propter currus ⁊ equites? Nun-
quid ſine dn̄i volūtate aſcēdi ad locū

iſtum: ut demolirer eum? Dominus di-
xit michi. Aſcende ad terram hanc: et
demolire eam. Dixerūt aūt eliachim fili⁹
elchie et ſobna ſcriba et ioahe rapſaci.
Precamur ut loq̃ris nobis ſeruis tuis
ſiriace: ſiquidem intelligim⁹ hanc lin=
guam: et nō loquaris nobis iudaice
audiente pplo: qui eſt ſuper murū. Re=
ſponditq; eis rapſaces dicēs. Nūquid
ad dn̄m tuū et ad te miſit me dominus
meus ut loquerer ſermones hos: ⁊ nō
potius ad viros qui ſedent ſup murum
ut comedāt ſtercora ſua: ⁊ bibant vri-
nam ſuā vobiſcū. Stetit itaq; rapſaces
⁊ exclamauit voce magna iudaice ⁊ ait
Audite verba regis magni: regis aſſi=
rioꝝ. Hec dicit rex. Non vos ſeducat
ezechias. Non enī poterit eruere vos
de manu mea. neq; fiduciam vobis tri-
buat ſuper dominū dicēs. Eruens libe=
rabit nos domin⁹: et nō tradet̃ ciuitas
hec ī manu regis aſſirioꝝ. Nolite au=
dire ezechiam. Hec enī dicit rex aſſirio-
rum. Facite mecū qd̄ vobis eſt utile: ⁊
egredimini ad me. Et comedet vnuſ=
quiſq; de vinea ſua. et de ficu ſua et bi-
betis aquas de ciſternis vr̄is: donec ve-
niam et transferā vos in terrā q̄ ſimilis
eſt terre veſtre. in terrā fructiferā et fer=
tilem vini. terrā panis et vineaꝝ. terrā
oliuarū et olei ac mellis: et viuetis et
nō moriemini. Nolite audire ezechiā
qui vos decipit dicens: dominus libera-
bit nos. Nunquid liberauerūt dij gen-
tium terrā ſuam de manu regis aſſirioꝝ
Vbi eſt deus emath et arphat? Vbi eſt
de⁹ ſapharuaim ana ⁊ aua? Nūq̄d libera-
uerūt ſamariā de manu mea? Qui nam
illi ſūt in vniuerſis dijs terraꝝ qui eru-
erūt regionē ſuā de manu mea: ut poſ=
ſit eruere dn̄s iheruſalē de manu mea?

Tacuit itaq; pp̄ls: et nō r̄ndit ei quicq̄
Siquidē p̄ceptum regis acceperant: ut
non reſponderent ei. Venitq; eliachim
filius helchie p̄poſitus domus ⁊ ſobna
ſcriba et ioahe fili⁹ aſaph a cōmētarijs
ad ezechiam ſciſſis veſtibus: et nunci=
auerunt ei verba rapſacis. xix

Que cum audiſſet ezechias rex ſci=
dit veſtimenta ſua. ⁊ opertus eſt
ſacco: ingreſſuſq; eſt domū dn̄i: et mi=
ſit eliachim p̄poſitum domus ⁊ ſobnā
ſcribam. et ſenes de ſacerdotib; optos
ſaccis ad yſaiā ꝓphetā filiū amos. Qui
dixerūt. Hec dicit ezechias. Dies tri=
bulacōis ⁊ increpacōis ⁊ blaſphemie di-
es iſte. Venerūt filij uſq; ad partū: et vi-
res nō habꝫ parturiēs. Si forte audiat
dn̄s de⁹ tuus vniuerſa v̄ba rapſacis quē
miſit rex aſſirioꝝ dn̄s ſu⁹ ut exꝓbraret
deū viuentē et argueret verbis q̄ audi=
uit dn̄s de⁹ tuus: et fac oracōnē ꝓ reli-
quijs que reperte ſūt. Venerūt ergo ſer-
ui regis ezechie ad yſaiā. Dixitq; eis
yſaias. Hec dicetis dn̄o veſtro. Hec di-
cit dn̄s. Noli timere a facie ſermonum
quos audiſti: q̄b; blaſphemauerūt pue-
ri regis aſſirioꝝ me. Ecce ego immittā
ei ſpiritū ⁊ audiet nunciū. et reuertet̃ in
terrā ſuā: et deiciā eū gladio ī terra ſua
Reuerſus eſt ergo rapſaces: et inuenit
regem aſſirioꝝ expugnantem lobnam
Audierat enī q̄ receſſiſſet de lachis. Cū-
q; audiſſet de tharacha rege ethiopie
dicentes. ecce egreſſ⁹ eſt ut pugnet ad-
uerſum te ⁊ iret contra eum: miſit nū=
cios ad ezechiā dicens. Hec dicite eze=
chie regi iuda. Nō te ſeducat de⁹ tuus
in quo habes fiduciam: neq; dicas. nō
tradetur iheruſalem in manus regis aſ-
ſiriorum. Tu enim ipſe audiſti que fe=
cerunt reges aſſirioꝝ vniuerſis terris

quomodo vaſtauerūt eas. Num ergo
ſolus poteris liberari? Numquid libera-
uerūt dij gentiū ſingulos quos vaſta-
uerūt pr̄es mei gozan videlicet et aran
et reſeph ⁊ filios eden · qui erant in the-
laſſar? Vbi eſt rex emath ⁊ rex arphat
et rex ciuitatis ſepharuaim ana ⁊ aua?
Itaq; cū accepiſſet ezechias litteras de
manu nunciorum ⁊ legiſſet eas: aſcendit
in domū dn̄i ⁊ expādit eas coram dn̄o
et orauit in cōſpectu ei⁹ dicens. Domi-
ne deus iſrl̄ q̄ ſedes ſuper cherubin tu es
deus ſolus regū oīm terre: tu feciſti ce-
lum et terrā. Inclina aurē tuam ⁊ au-
di. Aperi dn̄e oculos tuos ⁊ vide: ⁊ au-
di omīa verba ſennacherib: que miſit
ut exprobraret nobis deū viuentē. Vere
dn̄e diſſipauerūt reges aſſiriorum gentes
et terras oīm: et miſerunt deos eorū in
ignem. Nō eñ erant dij: ſed opera ma-
nuū hoim ex ligno ⁊ lapide: et perdide-
runt eos. Nunc igit̄ dn̄e deus noſter
ſaluos nos fac de manu eorū: ut ſciāt
oīa regna terre q2 tu es dn̄s deus ſol⁹
Miſit aūt yſaias fili⁹ amos ad ezechiā
dicens. Hec dicit domin⁹ deus iſrahel.
Que deprecat⁹ es me ſuper ſennacherib
rege aſſiriorum audiui. Iſte ē ſermo quē
locutus eſt dn̄s de eo. Spreuit te et ſb-
ſannauit te vgo filia ſyon: poſt tergū
tuū caput mouit filia ihrl̄m. Cui ex-
probraſti: et quē blaſphemaſti? Cōtra
quē exaltaſti vocē tuā: ⁊ eleuaſti in ex-
celſū oculos tuos? Contra ſanctū iſrl̄
Per manū ſeruorum tuorum exprobraſti do-
mino: ⁊ dixiſti. In multitudine curruū
meorū aſcendi excelſa montiū in ſummi-
tate libani: ⁊ ſuccidi ſublimas cedros
eius: ⁊ electas abietes illi⁹. Et ingreſ-
ſus ſū uſq; ad terminos eius: et ſaltū
carmeli ei⁹ ego ſuccidi. Et bibi aquas
alienas · ⁊ ſiccaui veſtigijs pedū meorum
omnes aquas clauſas. Nūquid nō au-
diſti quid ab inicio fecerim? Ex diebꝫ
antiquis plaſmaui illud: ⁊ nūc addu-
xi. Eruntq; in ruinā colliū compugnā-
ciū ciuitates munite: et qui ſedent in
eis humiles manu. Cōtremuerūt ⁊ cō-
fuſi ſūt facti ſūt velud fenū agri · et vi-
rens herba tectorum: que areſacta eſt an-
teq̄ veniret ad maturitatē: Habitaclm
tuū et egreſſum tuū ⁊ introitū tuum ⁊
viam tuā ego p̄ſciui: et furorem tuum
cōtra me. Inſaniſti ī me: ⁊ ſupbia tua
aſcendit in aures meas. Ponam itaq;
circulū ī naribꝫ tuis · et chamū ī labijs
tuis: et reducam te in viā per quam ve-
niſti. Tibi autē ezechia hoc erit ſignū
Comede hec anno que repreris: in ſe-
cundo aūt anno que ſponte naſcuntur
Porro in āno tercio ſeminate et metite
plantate vineas et comedite fructum
earum. Et qdcūq; reliquū fuerit de domo
iuda mittet radicem deorſū: ⁊ faciet fru
ctum ſurſū. De ieruſalē quippe egredi-
entur reliquie: et qd̄ ſaluetur de mōte
ſyon. Zelus dn̄i exercituum faciet hoc
Quamobrem hec dicit dominus de rege
aſſiriorum. Non ingredietur vrbem hanc
nec mittet in eam ſagittā: nec occupa-
bit eam clipeus: nec circumdabit eam
municio. Per viam qua venit reuertet̄
et ciuitatem hanc nō ingredietur dicit
dominus: ꝓtegamq; vrbē hanc et ſal-
uabo eam · ꝓpter me et ꝓpter dauid ſer-
uum meū · factū eſt igitur in nocte illa
venit angelus dn̄i: et percuſſit in caſtris
aſſiriorū centum octogintaq̄nq; milia
Cumq; diluculo ſurrexiſſet vidit omīa
corpora mortuorū: et recedens abijt: et
reuerſus eſt ſennacherib rex aſſiriorū:
et māſit in niniue. Cumq; adoraret in

templo neſrach deum ſuum atramelech
et ſarasar filius eius percuſſerunt eum
gladio: fugerũtq; in terrã armenioꝝ:
et regnauit aſaradon filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. xx.
In diebus illis egrotauit ezechias uſq;
ad mortem: et venit ad eũ yſaias filiꝰ
amos ꝓpheta: dixitq; ei. Hec dicit do-
minus deus. Precipe domui tue. Mori-
eris enĩ tu: et nõ viues. Qui conuertit
faciem ſuam ad parietem: et adorauit
dominũ dicens. Obſecro dñe: memento
queſo quõ ambulauerim corã te in ve-
ritate ⁊ in corde pfecto: ⁊ qd placitum
eſt corã te fecerim. Fleuit itaq; ezechias
fletu magno ⁊ anteq̃ egrederetur yſaias
mediam partem atrii factus eſt ſermo
domini ad eum dicẽs. Reuertere: et dic
ezechie duci ppli mei. Hec dicit dñs de-
us dauid patris tui. Audiui oratiõe
tuam: vidi lacrimam tuã: et ecce ſana-
ui te. Die tercio aſcendes templũ dñi: ⁊
addam diebus tuis quindecim ãnos. Sed
et de manu regis aſſirioꝝ liberabo te et
ciuitatem hãc: et protegã vrbem iſtam
ꝓpter me et ꝓpter dauid ſeruũ meũ. Di-
xitq; yſaias. Afferte maſſam ficorum.
Quam cũ attuliſſent ⁊ poſuiſſent ſuper
vlcus eius curatus eſt. Dixerat aũt eze-
chias ad yſaiam. Quod erit ſignũ qz
dominꝰ me ſanabit: et qz aſcenſurꝰ ſũ
die tercia templũ dñi? Cui ait yſaias.
Hoc erit ſignũ a domino: qd facturus
ſit dominꝰ ſermonẽ quẽ locutꝰ eſt. Vis
ut aſcẽdat vmbra decem lineis: aut ut
reuertatur totidẽ gradibus? Et ait ezechias
Facile eſt vmbram creſcere decem lineis
Nec hoc volo ut fiat: ſed ut reuertatur re-
troſũ decem gradibus. Inuocauit itaq;
yſaias ꝓpheta dominũ: et reduxit vm-
bram p lineas quibus iam deſcenderat
in horologio achas retroſũ decem gra-
dibus. In tempore illo miſit merodach
baladan filiꝰ baladan rex babilonioꝝ
litteras et munera ad ezechiam. Audie-
rat enĩ q egrotaſſet ezechias. Letatus
eſt aũt ĩ aduentu eoꝝ ezechias. et oſtẽ-
dit eis domũ aromatũ. et aurũ ⁊ argẽ-
tum ⁊ pigmenta varia: vngenta q̃s et
domũ vaſoꝝ ſuorũ et om̃ia que habere
poterat in theſauris ſuis. Non fuit qd
nõ monſtraſſet eis ezechias ĩ domo ſua
et in omni poteſtate ſua. Venit autem
yſaias ꝓpheta ad regẽ ezechiã: dixitq;
ei. Quid dixerũt viri iſti: aut vnde vene-
runt ad te? Cui ait ezechias. De terra
lõginq̃ venerũt ad me: de babilone. At
ille rñdit. Quid viderũt in domo tua?
Ait ezechias. Omnia quecũq; ſunt in
domo mea viderũt. Nichil ẽ enĩ quod
nõ monſtrauerim eis in theſauris meis
Dixit itaq; yſaias ezechie. Audi ſermo-
nem domini. Ecce dies venient: et au-
ferentur omnia que ſunt in domo tua.
et que condiderũt patres tui uſq; in di-
em hanc in babilonem. Non remane-
bit quicq̃ ait dominꝰ. Sed et de filiis
tuis qui egredientur ex te quos gene-
rabis tollentur: et erũt eunuchi in pa-
latio regis babilonis. Dixit ezechias
ad yſaiam. Bonus ſermo domini quẽ
locutus ẽ. Sit tantũ pax et veritas in
diebus meis. Reliqua aũt ſermonum
ezechie et omnis fortitudo eius ⁊ quo-
modo fecerit piſcinam et aqueductũ et
introduxerit aquas ĩ ciuitatẽ: nõne hec
ſcripta ſũt in libro ſermonũ dieꝝ regũ
iuda? Dormiuitq; ezechias cũ patribus
et regnauit manaſſes filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. xxi.
Duodecim annorum erat manaſſes
cum regnare cepiſſet: et quinqua-
gintaquinq; annis regnauit in iheru-
ſalem. Nomen matris eius aphſiba.

ffecitq; malū in cōſpectu domini: iuxta
ydola gentiū quas deleuit dominꝰ a fa-
cie filioꝝ iſrahel. Conuerſuſq; eſt et edi-
ficauit excelſa q̄ diſſipauerat ezechias
pater eius: et erexit aras baal ⁊ fecit lu-
cos ſicut fecerat achab rex iſrl: ⁊ adora-
uit omnē militiā celi et coluit eam. Ex-
truxitq; aras in domo dn̄i de qua dixit
dominꝰ in ihrl'm ponam nomē meum:
et extruxit altaria vniuerſe militie celi
in duobꝫ atrijs templi domini. Et tra-
duxit filiū ſuū per ignē: et ariolatus ē
et obſuauit auguria· ⁊ fecit phitones
et aruſpices mltiplicauit: ut facer̄t ma-
lum corā domīo ⁊ irritaret eū· Poſuit
q; ydolum luci quē fecerat ī templo do-
mini: ſup quo locutus eſt dn̄s ad da-
uid et ad ſalomonē filiū eius. In tem-
plo hoc et in ihrl'm quā elegi de cūctis
tribubꝫ iſrl' ponam nomē meū ī ſempi-
ternū: et vltra nō faciam cōmoueri pe-
dem iſrahel de terra quā dedi patribꝫ eoꝝ
ſi cuſtodierint ope om̄ia que p̄cepi eis
et vniūſam legem quā mandauit eis
ſeruus meꝰ moyſes. Illi vero nō audi-
erūt: ſed ſeducti ſunt a manaſſe: ut fa-
cerent malū ſuper gentes quas cōtriuit
dn̄s a facie filioꝝ iſrahel. Locutuſq; eſt
dn̄s ī manu ſeruoꝝ ſuoꝝ ꝓphaꝝ dicēs
Quia fecit manaſſes rex iuda abomīa-
ciones iſtas peſſimas ſup om̄ia que fe-
cerūt amorrei ante eū ⁊ peccare fecit etiā
iudam in immūdicijs ſuis: ꝓpterea hec
dicit dn̄s deus iſrahel. Ecce ego indu-
cam mala ſup ihrl'm et iudam: ut qui-
cūq; audierit tinniant ambe aures eiꝰ.
Et extendā ſup ihrl'm funiclm ſamarie
et pondus domus achab: et delebo ihe-
ruſalē ſicut deleri ſolent tabule. Delēs
vertam: ⁊ ducam crebrius ſtilū ſup fa-
ciem eius. Dimittam vero reliquias he-
reditatis mee ⁊ tradam eas ī manꝰ ini-
micoꝝ eius: eruntq; in vaſtitatē ⁊ in ra-
pinā cūctis adūſarijs ſuis eo ꝙ fecerint
malū coram me: ⁊ pſeuerauerūt irritā-
tes me ex die q̄ egreſſi ſunt patres eoꝝ
ex egipto uſq; ad hanc diē. Inſup et
ſanguinem innoxium fudit manaſſes
multū nimis donec impleret iheruſalē
uſq; ad os: abſq; peccatis ſuis quibꝫ
peccare fecit iudā ut faceret malū corā
domino. Reliqua aūt ſermonū manaſ-
ſe ⁊ vniūſa que fecit· et peccatū eiꝰ qđ
peccauit: nōne hec ſcripta ſūt in libro
ſermonū dieꝝ regū iuda? Dormiuitq;
manaſſes cū patribꝫ ſuis: ⁊ ſepultꝰ eſt
in orto domus ſue· in orto ozam: et re-
gnauit amon filiꝰ eiꝰ pro eo. Viginti-
duoꝝ annorū erat amon cū regnare ce-
piſſet: duobꝫ q̄3 annis regnauit in ihe-
ruſalē. Nomen mr̄is eiꝰ meſſallemeth
filia arus de iethaba. Feciitq; malū in cō-
ſpectu dn̄i ſicut fecerat manaſſes pater
eius: et ambulauit in omni via p quā
ambulauerat pater eiꝰ. Seruiuitq; im-
mundicijs quibꝫ ſeruiebat pater eius ⁊
adorauit eas: ⁊ dereliquit dominū deum
patrum ſuoꝝ: et nō ambulauit in via
domini. Tetenderūtq; ei inſidias ſerui
ſui: et interfecerūt regem in domo ſua.
Percuſſit aūt ppl's terre omnes qui cō-
iurauerāt contra regem amon: et cōſti-
tuerūt ſibi regem ioſiam filiū eiꝰ pro eo
Reliqua aūt ſermonū amon que fecit:
nōne hec ſcripta ſūt in libro ſermonū
dierū regū iuda? Sepelierūtq; eū in ſe-
pulcro ſuo in orto ozam: et regnauit
ioſias filius eius pro eo. · xxij ·

Octo annoꝝ erat ioſias cū regnare
cepiſſet: et trigintauno anno re-
gnauit ī ihrl'm. Nomē mr̄is eiꝰ ydida
filia phadaia de beſſecath. Feciitq; qđ

placitū erat corā domino: ⁊ ambulauit
per omnes vias dauid patris sui. Nō
declinauit ad dexterā siue ad sinistram.
Anno aūt octauodecimo regis iosie misit
rex saphan filiū aslia filij mesulā scribā
templi dñi: dicens ei. Vade ad helchiā
sacerdotem magnū ut cōfletur pecunia
que illata est in templū dñi quā colle-
gerunt ianitores templi a pplo: deturq3
fabris p prepositos dom⁹ domini. Qui
et distribuāt eam hijs qui operantur in
templo dñi ad instauranda sartatecta
templi. tignarijs videlicet ⁊ cemētarijs
et hijs qui interrupta cōponunt: et ut
emantur ligna ⁊ lapides de lapicidinis
ad instaurādum templū dñi. Veruntamen
nō supputetur eis argentū qd acci-
piunt: sed ī potestate habeant et in fide.
Dixit aūt helchias pontifex ad saphan
scribam. Librū legis reperi in domo do-
mini. Deditq3 helchias volumen sa-
phan scribe: qui ⁊ legit illud. Venit q3
saphan scriba ad regem: ⁊ renunciauit
ei qd p̄ceperat: et ait. Conflauerūt serui
tui pecuniā que reperta est in domo dñi
et dederūt ut distribueref fabris ac p̄fe-
ctis operū templi dñi. Narrauit q3 sa-
phan scriba regi dicens. Librum dedit
michi helchias sacerdos. Quem cum le-
gisset saphan corā rege. et audisset rex
verba libri legis dñi scidit vestimenta
sua: et p̄cepit helchie sacerdoti et ahichā
filio saphan et achobor filio micha ⁊ sa-
phan scribe. et asaie seruo regis dicēs
Ite et cōsulite dominū sup me et super
pplo et sup omni iuda. de verbis volu-
minis istius qd inuentū est. Magna
enī ira domini succensa est contra nos:
quia nō audierunt patres nostri verba
libri hui⁹ ut facerent omne qd scriptū
est nobis. Ierunt itaq3 helchias sacer-
dos et ahicham ⁊ achobor ⁊ saphan et
asaia ad oldam phetem vxorem sellū
filij thecue filij aras custodis vestium q
habebat in ihrl'm in secūda: locutiq3 sūt
ad eam. Et illa respondit eis. Hec di-
cit dominus deus israhel. Dicite viro qui
misit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce
ego adducam mala sup locū istū ⁊ sup
habitatores eius omnia verba legis q
legit rex iuda: qz dereliquerūt me ⁊ sa-
crificauerūt dijs alienis irritantes me
in cunctis operib9 manuū suarum. Et suc-
cendetur indignacō mea in loco hoc: et
nō extinguetur. Regi aūt iuda qui misit
vos ut cōsuleretis dominū sic dicetis.
Hec dicit dñs de⁹ isrl. Pro eo q audi-
sti verba voluminis ⁊ perterritū est cor
tuum et humiliatus es coram domino
auditis sermonib9 contra locū istum et
habitatores eius q videlicet fierent in
stuporem et in maledictū et scidisti ve-
stimenta tua et fleuisti corā me et ego
audiui ait domin⁹: idcirco colligam te
ad patres tuos. et colligeris ad sepul-
crum tuū in pace: ut nō videant oculi
tui omnia mala que introducturus sū
super locum istum xxiii

Et renunciauerūt regi qd dixerat.
Qui misit: et cōgregati sūt ad eū
omnes senes iuda et iherusalem. Ascen-
ditq3 rex templū domini. et omnes viri
iuda vniuersiq3 qui habitabant in ihe-
rusalē cū eo sacerdotes et phete et omīs
pplus a paruo usq3 ad magnū: legitq3
cunctis audientib9 omnia verba libri fe-
deris qui inuentus est in domo domini.
Stetitq3 rex super gradū et fedus percus-
sit coram domino: ut ambularēt post
dominū. et custodirent precepta eius ⁊
testimonia ⁊ cerimonias in omni corde
et ī tota aīa: et suscitarēt vba federis.

huius que ſcripta erant in libro illo. Acquieuitq; pplꝯ pacto. Et ꝑcepit rex helchie pontifici et ſacerdotibꝫ ſecūdi ordinis et ianitoribꝫ ut ꝓicerent de tēplo domini omnia vaſa que facta fuerant baal ⁊ ī luco ⁊ vniūſe milicie celi: ⁊ cōbuſſit ea foris ihrlm̄ in conualle cedron: et tulit puluerem eoꝝ in bethel. Et deleuit aruſpices quos poſuerant reges iuda ad ſacrificandū in excelſis per ciuitates iuda et ī circuitu ihrlm̄: ⁊ eos qui adolebant incenſū baal et ſoli ⁊ lune et duodecim ſignis ⁊ omī milicie celi Et efferri fecit lucū de domo dn̄i foras iherusalem in cōualle cedron et cōbuſſit eum ibi ⁊ redegit in puluerē: et proiecit ſuper ſepulcra vulgi. Deſtruxit q̄ꝫ ediculas effeminatoꝝ que erāt ī domo dn̄i: ꝓ quibꝫ mulieres texebant quaſi domunculas luci. Cōgregauitq; om̄es ſacerdotes de ciuitatibꝫ iuda: et cōtaminauit excelſa ubi ſacrificabant ſacerdotes · de gabaa uſq; berſabee. Et deſtruxit aras portaꝝ in introitu oſtij ioſue principis ciuitatis: qd̄ erat ad ſiniſtrā porte ciuitatis. Veruntamen nō aſcendebant ſacerdotes excelſoꝝ ad altare dn̄i in iheruſalem: ſed tantū comedebāt azima in medio fratrū ſuoꝝ. Contaminauit q̄ꝫ topheth qd̄ eſt in cōualle filij ennon: ut nemo cōſecraret filiū ſuū aut filiam per ignem moloch. Abſtulit q̄ꝫ equos q̄s dederant reges iude ſoli in introitu templi domini iuxta exedran nathamelech eunuchi: qui erat in pharurim: currꝰ autē ſolis combuſſit igni. Altaria q̄ꝫ que erāt ſup tecta cenaculi achas · que fecerant reges iuda ⁊ altaria que fecerat manaſſes in duobus atrijs templi dn̄i deſtruxit rex: et cucurrit inde ⁊ diſperſit cinerem eoꝝ in torrentē cedron. Excelſa quoq; que erant in ihrlm̄ ad dexterā partem montis offenſionis q̄ edificauerat ſalomon rex iſrahel aſtaroth ydolo ſydonioꝝ et chamos offenſioni moab et melchon abominacōi filioꝝ ammō polluit rex: et contriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos: repleuitq; loca eorū oſſibus mortuorū. Inſup et altare qd̄ erat in bethel ⁊ excelſū qd̄ fecerat ieroboam filius nabath qui peccare fecit iſrahel · et altare illud excelſū deſtruxit atq; combuſſit et cōminuit in puluerem: ſuccēditq; etiā lucum. Et conuerſus ioſias vidit ibi ſepulcra que erant in monte miſitq; et tulit oſſa de ſepulcris · et cōbuſſit ea ſuper altare: et polluit illud iuxta verbū dn̄i quod locutꝰ eſt vir dei qui predixerat verba hec. Et ait. Quis eſt titulus ille quē video? Reſponderūt q̄ ei ciues vrbis illiꝰ. Sepulcrū eſt hominis dei qui venit de iuda: et predixit verba hec que feciſti ſuper altare bethel. Et ait. Dimittite eū. Nemo cōmoueat oſſa eius. Et intacta manſerūt oſſa illiꝰ cum oſſibꝫ ꝓphete q̄ venerat de ſamaria Inſup et om̄ia fana excelſoꝝ que erāt in ciuitatibꝫ ſamarie que fecerant reges iſrahel ad irritandū dn̄m abſtulit ioſias: et fecit eis ſcd̄m omnia que fecerat in bethel. Et occidit vniūſos ſacerdotes excelſoꝝ q̄ erant ibi ſuper altaria: et cōbuſſit oſſa humana ſup ea. Reūſuſq; eſt ihrlm̄: et precepit omni pplo dicens Facite phaſe domino deo veſtro: ſecūdū q̄ ſcriptū eſt in libro federis huiꝰ. Nec eīm factū eſt phaſe tale a diebꝫ iudicum qui iudicauerūt iſrl̄ et oīm dierū regū iſrahel et regū iuda: ſicut in octauodecimo āno regis ioſie factū ē phaſe iſtud dn̄o in ihrlm̄. Sed et phitones et ariolos et figuras ydolorū et inmūdicias

et abominacõnes que fuerunt in terra
iuda et ihrlm abſtulit ioſias: ut ſtatu=
eret verba legis que ſcripta ſũt in libro
quẽ invenit helchias ſacerdos ĩ templo
domini. Similis illi nõ fuit ante eum
rex · qui reverteretur ad dominũ in omi
corde ſuo ⁊ in tota anima ſua ⁊ vniũſa
virtute ſua iuxta omnẽ legem moyſi:
neq; poſt eũ ſurrexit ſimilis illi. Verun-
tamẽ nõ eſt averſus dñs ab ira furoris
ſui magni: quo iratus eſt furor eiꝰ con-
tra iudam ꝓpter irritacões quibꝰ pro-
uocauerat eũ manaſſes. Dixit itaq; do-
minus. Eciam iudã auferã a facie mea
ſicut abſtuli iſrahel: et ꝓiciam civitatẽ
hanc quã elegi ihrlm ⁊ domũ de qua di-
xi · erit nomẽ meũ ibi. Reliqua aũt ſer-
monum ioſie et vniũſa que fecit: nõne
hec ſcripta ſũt in libro verborum dierũ
regũ iuda? In diebꝰ eius aſcendit pha-
rao nechao rex egipti cõtra regem aſſi-
riorum ad flumẽ eufraten. Et abijt io-
ſias rex in occurſum eius: et occiſus eſt
in mageddo cum vidiſſet eum. Et por=
tauerunt eũ ſervi ſui mortuũ de mage-
do · et pertulerũt in iheruſalem: et ſepeli-
erunt eum in ſepulcro ſuo. Tulitq; po-
pulus terre ioachas filiũ ioſie et vnxe=
runt eum: et conſtituerũt eum regem
pro patre ſuo. Viginti triũ annorum
erat ioachas cũ regnare cepiſſet: et tri=
bus menſibꝰ regnavit ĩ iheruſalẽ. No
men matris eius amithal: filia ieremie
de lobna. Et fecit malũ coram domino
iuxta omnia que fecerant patres eius.
Vinxitq; eum pharao nechao in rebla=
tha · que eſt in terra emath: ne regnaret
in iheruſalẽ. Et impoſuit mulctam ter=
re centum talentis argenti: et talẽto au-
ri. Regemq; cõſtituit pharao nechao
heliachim filiũ ioſie pro ioſia patre eiꝰ
vertitq; nomen eius ioakim: porro io=
achas tulit ⁊ duxit in egiptũ. Argentũ
autẽ et aurũ dedit ioakim pharaoni cũ
indixiſſet terre per ſingulos: ut confer=
retur iuxta ꝑceptũ pharaonis. Et vnũ-
quemq; iuxta vires ſuas exegit tam ar-
gentum ꝙ aurũ de ꝓplo terre: ut daret
pharaoni nechao. Viginti quinq; annorum
erat ioakim cũ regnare cepiſſet: et vnde-
cim annis regnavit in ihrlm. Nomen
matris eiꝰ zebida: filia phadaia de ruma
Et fecit malũ corã domino: iuxta omĩa
que fecerant patres eius. xxiiij

In diebꝰ eiꝰ aſcendit nabuchodonoſor
rex babilonis: et factꝰ eſt ei ioakim ſer-
uus tribus annis: et rurſum rebellauit
contra eum. Immiſitq; ei dñs latrun-
culos caldeorum ⁊ latrũculos ſirie ⁊ latrũ-
culos moab · ⁊ latrũculos filiorum amon
et immiſit eos in iudã ut diſperderẽt eã
iuxta verbũ dñi qd̃ locutus fuerat p ſer-
uos ſuos ꝓphetas. Factũ eſt aũt hec p
verbũ dñi cõtra iudam ut auferret eum
corã ſe: ꝓpter peccata manaſſe vniver-
ſa que fecit · et ꝓpter ſanguinẽ innoxiũ
quẽ effudit: et impleuit iheruſalẽ cru=
ore innocentiũ: et ob hanc rem noluit
dñs propiciari. Reliqua aũt ſermonũ
ioakim et vniverſa q̃ fecit · nonne hec
ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierũ re=
gum iuda? Et dormiuit ioakim cũ pa-
tribus ſuis · et regnauit ioachim filius
eius ꝓ eo. Et ultra nõ addidit rex egi-
pti ut egrederet de terra ſua. Tulerat enĩ
rex babilonis a rivo egipti uſq; ad flu-
uiũ eufraten omnia q̃ fuerãt regis egi-
pti. Decẽ et octo annorũ erat ioachim
cũ regnare cepiſſet: et tribꝰ menſibus
regnavit in iheruſalem. Nomẽ matris
eius noeſcha filia helnathan de iheruſa=
lem. Et fecit malum coram domino:

iuxta oĩa que fecerat pater eius. In tempore illo aſcenderūt ſerui nabuchodonoſor regis babilonis in ihrlm: et circūdata eſt vrbs munitionibꝫ. Venitq; nabuchodonoſor rex babilonis ad ciuitatem cū ſeruis ſuis: vt oppugnarēt eā. Egreſſuſq; ē ioachim rex iuda ad regē babilonis ipſe et mater eius et ſerui eiꝰ, et p̄ncipes eiꝰ et eunuchi eiꝰ: et ſuſcepit eum rex babilonis anno octauo regni ſui. Et protulit inde omnes theſauros domus dñi et theſauros domꝰ regie: et cōcidit vniuſa vaſa aurea q̄ fecerat ſalomon rex iſrahel in templo dñi iuxta verbū dñi: et tranſtulit omnē ihrusalē et vniūſos p̄ncipes et omnes fortes exercitus decē milia i captiuitatē et omnē artificem et incluſorē: nichilq; relictum eſt exceptis pauperibꝫ ꝑpli terre. Tranſtulit q̄ꝫ ioachim in babilonē: et matrē regis et vxores regis et eunuchos regis et iudices terre duxit in captiuitatem de ihrlm in babilonē: et oēs viros robuſtos ſeptē milia. et artifices et incluſores mille. omnes viros fortes et bellatores: duxitq; eos rex babilonis captiuos in babilonē. Et conſtituit mathaniam patruū eiꝰ pro eo: impoſuitq; nomen ei ſedechiam. Viceſimū et p̄mū annū etatis habebat ſedechias cū regnare cepiſſet: et vndecim ānis regnauit in ihrlm. Nomen matris eiꝰ erat amithal filia ieremie de lobna. Et fecit malū coram domino: iuxta oĩa que fecerat ioachim. Iraſcebat̄ eñ dñs cōtra ihrlm et cōtra iudā: donec ꝓiceret eos a facie ſua. receſſitq; ſedechias a rege babilois

Factum eſt aūt anno nono .xxv. regni eiꝰ menſe decimo decima die menſis venit nabuchodonoſor rex babilonis ipē et omnis exercitus eius in iheruſalem et circūdederūt eam: et extruxerūt i circuitu eiꝰ municōnes. Et clauſa eſt ciuitas atq; vallata: uſq; ad vndecimū annum regis ſedechie nona die menſis. Preualuitq; fames in ciuitate: nec erat panis populo terre. Et interrupta eſt ciuitas: et oēs viri bellatores nocte fugerūt: p viam porte q̄ eſt inter duplicem murū ad ortū regis. Porro chaldei obſidebant in circuitu ciuitatem. Fugit itaq; ſedechias: p viā q̄ ducit ad campeſtria ſolitudinis. Et perſecutus eſt exercitus chaldeoꝝ regem: cōprehenditq; eū in planicie iericho: et omnes bellatores qui erāt cū eo diſperſi ſūt et reliquerūt eū. Apprehenſū ergo regē duxerūt ad regem babilonis in reblata qui locutus eſt cum eo iudiciū. Filios aūt ſedechie occidit coram eo: et oculos eius effodit: vinxitq; eū cathenis et adduxit in babilonem. Menſe q̄nto ſeptima die menſis ipſe eſt annꝰ nonuſdecimus regis babilois venit nabuzardan princeps exercitus ſeruus regis babilonis in ihrlm et ſuccendit domū domini et domū regis et domos ihrlm: omnē q̄ꝫ domū cōbuſſit igni: et muros iheruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus chaldeoꝝ qui erat cū p̄ncipe militū. Reliquā aūt ꝑpli partē que remanſerat in ciuitate. et ꝓfugas qui trāſfugerant ad regem babilonis. et reliquū vulgꝰ, trāſtulit nabuzardan princeps milicie: et de pauperibꝫ terre reliquit vinitores et agricolas. columnas aūt ereas que erant in templo domini et baſes et mare ereū qđ erat in domo dñi cōfregerūt chaldei: et tranſtulerūt es omne in babilonē. Ollas q̄ꝫ ereas et trullas. et tridentes. et ſciphos. et mortariola. et oĩa vaſa erea. in quibꝫ miniſtrabāt tulerūt

necnõ et thuribula · et fialas. Que au-
rea aurea · et q̃ argentea argẽtea · tulit
pñceps milicie: id eſt columnas duas
mare vnũ et baſes quas fecerat rex ſa-
lomon in templo domini. Nõ erat pon-
dus eris · omnium vaſorũ. Decem et
octo cubitos altitudinis habebat colũ-
na vna et capitellum ereũ ſuper ſe alti-
tudinis trium cubitorum: et reticulũ
et malagranata ſuper capitellum colũ-
ne: omnia erea. Similem et colũna
ſecunda habebat ornatum. Tulit q̃
princeps milicie ſaraiam ſacerdotẽ pri-
mum · et ſophoniam ſacerdotem ſecun-
dum · et tres ianitores et de ciuitate eu-
nuchum · vnũ qui erat prefectus ſuper
bellatores viros: et quinq; viros de
hiis qui ſteterant coram rege quos re-
perit in ciuitate: et ſopher principem ex-
ercitus qui probabat tyrones de popu-
lo terre: et ſex viros euulgo · qui in-
uenti fuerant in ciuitate. Quos tollẽs
nabuzardan princeps militum · duxit
ad regem babilonis in reblatha: percuſ-
ſitq; eos rex babilonis et interfecit eos
in reblatha in terra emath. Et trãſlat⁹
eſt iuda de terra ſua. Populo autẽ qui
relictus erat in terra iuda quẽ dimiſerat
nabuchodonoſor rex babilonis prefe-
cit godoliam filium aichan filij ſaphan
Quod cum audiſſent omnes duces mi-
litum ipſi et viri qui erant cum eis vi-
delicet q᷑ cõſtituiſſet rex babilonis go-
doliam: venerunt ad godoliam in ma-
ſpha iſmahel filius nathanie et iohan-
nan filius caree et ſaraia filius thana-
meth netophatites · et iezonias fili⁹ ma-
achati; ipſi et ſocij eorum. Iurauitq;
godolias ipſis et ſocijs eorum dicens
Nolite timere ſeruire chaldeis. Manete
in terra: et ſeruite regi babilonis: et be-
ne erit vobis. Factum eſt autẽ in men-
ſe ſeptimo venit iſmahel filius nathanie
filij eliſama de ſemine regio et decem vi-
ri cum eo: percuſſeruntq; godoliam · qui
et mortuus eſt: ſed et iudeos et chalde-
os qui erant cum eo in maſpha. Con-
ſurgenſq; omnis popul⁹ a paruo uſq;
ad magnum et principes militum vene-
runt in egiptum: timentes chaldeos.
Factum eſt vero in anno triceſimoſepti-
mo trãſmigracionis ioachin regis iude
menſe duodecimo viceſima et ſeptima
die menſis · ſubleuauit euilmerodach
rex babilonis anno quo regnare cepe-
rat caput ioachin regis iuda de carcere
et locutus eſt ei benigne. Et poſuit tro-
num eius ſuper tronum regũ qui erãt
cum eo in babilone · et mutauit veſtes
eius quas habuerat in carcere · ⁊ come-
debat panem ſemper in conſpectu eius
cunctis diebus vite ſue: annonam q̃
conſtituit ei ſine intermiſſione que et
dabatur ei a rege p ſingulos dies omni-
bus diebus vite ſue. Explicit liber re-
gũ iiij. Incipit prologus in lib⁹ para
lipomenon.

SI ſeptuaginta inter-
pretum pura · et ut
ab eis in grecũ verſa
eſt edicio permaneret
ſuperflue mi chroma-
ti epiſcoporũ ſanctiſ-
ſime atq; doctiſſime impelleres: ut he-
brea volumina latino ſermone tranſ-
ferrem. Quod enĩ ſemel aures hominũ
occupauerat · ⁊ naſcentis eccl'ie robora-
uerat fidem: iuſtũ erit etiam noſtro ſi-
lencio comprobari. Nunc vero cũ pro
varietate regionum diuerſa ferantur
exemplaria et germana illa antiquaq;
tranſlatio corrupta ſit atq; violata:

noſtri arbitrij putas · aut e pluribus
iudicare quid verū ſit aut nouū opus
in veteri opere condere: illudentibuſq; iu-
deis · cornicum ut dicatur oculos confi-
gere. Alexandria et egiptus in ſeptua-
ginta ſuis eſichium laudat auctorem:
cōſtantinopolis uſq; antiochiā luciani
martiris exēplaria ꝓbat. Medie inter
has ꝓuincie paleſtinos codices legūt:
quos ab origene elaboratos euſebius
et pamphilus vulgauerit. Totuſq; or-
bis hac inter ſe trifaria varietate cōpu-
gnat. Et certe origenes nō ſolū exēpla
cōpoſuit q̄tuor edicōnū e regione ſin-
gula verba deſcribens · ut vnus diſſen-
tiens ſtatim ceteris inter ſe conſentien-
tibus arguatur: ſed qđ maioris auda-
cie eſt in edicione ſeptuaginta theodo-
cionis edicionem miſcuit: aſteriſcis de-
ſignans que minus fuerint · et virgulis
que ex ſupfluo viderbant̄ appoſita. Si
igitur alijs licuit nō tenere quod ſemel
ſuſceperāt · et poſt ſeptuaginta cellulas
que vulgo ſine auctore iactant̄ ſingu-
las cellulas aperuē. Hocq; ī ecclijs le-
git̄ qđ ſeptuaginta neſcierīt: cur me nō
ſuſcipiāt latini mei qui inuiolata edi-
cōne veteri ita nouā condidi · ut laborē
meū hebreis et qđ hijs maius ē applis
auctoribꝫ comprobem. Scripſi nuper
librū de optimo genere interpretandi
oſtendens illa de euangelio · ex egipto
vocaui filiū meū · et quoniā nazareus
vocabitur · et videbūt in quē compun-
xerūt · et illud apoſtoli qđ oculus non
vidit nec auris audiuit et in cor hoīs
nō aſcenderūt que preparauit deus dili-
gentibꝫ ſe · ceteraq; hijs ſimilia in hebre-
orum libris inueniri. Certe apoſtoli et
euangeliſte · ſeptuagīta interpretes no-
uerāt: et vnde eis hec dicere q̄ in ſeptua-
ginta nō habentur. Xp̄s dominus no-
ſter vtriuſq; teſtamenti cōditor in euā-
gelio ſcđm iohannē q̄ credit inquit in
me ſicut dicit ſcriptura: flumia de ven-
tre eius fluent aque viue. Utiq; ſcriptū
eſt: qđ ſaluator ſcriptū eſſe teſtat̄. Ubi
ſcriptum eſt. Septuaginta nō habent.
apocrifa neſcit eccl̄ia. Ad hebreos igit̄
reuertendū eſt: vnde et dn̄s loquitur ·
et diſcipuli exempla p̄ſumūt. Hec pa-
ce veterum loquor: et obtrectatoribus
meis tantū reſpondeo · qui canino dente
me rodūt: in publico detrahentes et le-
gentes in angulis id eſt accuſatores et
defenſores: cum in alijs probent qđ in
me reprobāt: quaſi virtus et viciū nō
in rebus ſit · ſed cum auctore mutetur
Ceterū memini edicōnem ſeptuaginta
tranſlatorū olim de greco emendatam
tribuiſſe me nr̄is: nec inimicum debere
eſtimari eoꝝ quos in cōuentu fratrum
ſemper ediſſero. Et qđ nūc debreiamin
id eſt verba dierū interpretatus ſū id ēco
feci: ut inextricabiles moras et ſiluam
nominū que ſcriptoꝝ cōfuſa ſūt vicio
ſenſuūq; barbariē apcius et perverſuū
cola digererē michimetipſi et meis · iuxta
iſmeniū canēs ſi aures ſurde ſūt ceteroꝝ.

Incipit liber paralipomenon primus.

Adam ſeth enós caynan
malalehel iared enoch
matuſale lamech noe ſē
cham et iafeth. Filij ia-
feth: gomer magog ma-
dai et ianan thubal moſoch thiras.
Porro filij gomer: aſcenes et riphat et
thogorma. Filij aūt ianan: eliſa et thar-
ſis cethim et dodanim. Filij cham: chus
et meſraim phut et chanaan. Filij aūt
chus: ſaba · et euila ſabatha et regma et
ſabathaca. Porro filij regma · ſaba et

dadan. Chus autem genuit nenroth.
Iſte cepit eſſe potens in terra. Meſraim
vero genuit ludim ⁊ anamim ⁊ laabim
et nepthuim: phethruſim q̃z ⁊ chaſluim
de quibꝫ egreſſi ſũt philiſtijm ⁊ capthu-
rim. Chanaan vero genuit ſydonem
primogenitũ ſuũ: etheum q̃z et iebuſeũ
et amorreũ ⁊ gerſeum eueumq̃z et ara-
cheum ⁊ aſineum aradium quoq̃z et ſa-
mareum ⁊ ematheum. Filij ſem: elam ⁊
aſſur. Et arfaxad · et lud et aram. Filij
aram: hus ⁊ hul · ⁊ gether · et mes. Ar-
faxat autẽ genuit ſale: q̃ et ipſe genuit
heber. Porro heber nati ſunt duo filij:
nomẽ vni phalech q2 in diebus eiꝰ di-
uiſa eſt terra: et nomen fratris · eius ie-
ctan. Iectan aũt genuit elmodad ⁊ ſa-
leph · ⁊ aſormoth et iare aduram q̃z et
vzal et de ela ebal eciam et abimael ⁊ ſa-
ba · necnõ ⁊ ophir · et euila et iobab.
Om̃s iſti filij iectan ſem arfaxat ſale he-
ber phalech · ragau · ſeruch nachor tha
re abram: iſte eſt abraham. Filij autẽ
abraham: iſaac et iſmahel. Et hec gene
raciones eorũ. Primogenitꝰ iſmahelis
nabaioth: ⁊ cedar ⁊ abdehel ⁊ mabſan
et maſma ⁊ duma maſſa addad et the-
ma iachur naphis cedma. Hij ſunt fi-
lij iſmahelis. Filij aũt cethure cõcubine
abraham quos genuit zamram iecſan
madan madian ieſboc ⁊ ſue. Porro fi-
lij iecſan: ſaba et dadan. Filij autẽ da-
dan: aſurim et lathuſim ⁊ loomim. Fi-
lij autẽ madian epha et epher et enoch
et abida et eldaa. Omnes hij filij autẽ
cethure. Generauit aũt abraham iſaac
cuiꝰ fuerunt filij eſau ⁊ iſrl̃. Filij eſau:
eliphaz rahuel iehus ielon chore. Filij
eliphaz: theman omar zepphi · gothan
cenez thanna amalech. Filij rahuel:
naath zara ſamma meza · filij ſeir lotan
ſobal ſebeon ana dilon eſer diſan. Filij
lothan: horri · ahobiman. Soror aũt
lothan fuit thamna. Filij ſobal alian
et manaath · et ebal et ſephi · onan. Fi-
lij ſebeon: ahaia et ana. Filij ana: di-
ſon. Filij diſon: hamaran et eſeban:
et iethran et charran. Filij eſer: balaan
et zaban et iachan. Filij diſan: vs et
aran. Iſti ſunt reges qui imperauerũt
in terra edom: antequã eſſet rex ſuper fi-
lios iſrahel. Bale filius beor: et nomen
ciuitatis eius denaba. Mortuus eſt aũt
bale: et regnauit pro eo iobab filius
zare de boſra. Cumq̃z et iobab fuiſſet
mortuus: regnauit pro eo huſan de ter-
ra themanorum. Obijt quoq̃z ⁊ huſan
et regnauit pro eo addad filius badad
qui percuſſit madian in terra moab: et
nomen ciuitatis eius auith. Cumq̃z et
adad fuiſſet mortuus: regnauit pro
eo ſemla de maſreca. Sed ⁊ ſemla mor-
tuus eſt: et regnauit pro eo ſaul de ro-
oboth que iuxta amnem ſita eſt. Mor-
tuo quoq̃z ſaul regnauit pro eo balaa-
na filius achobor. Sed ⁊ hic mortuus
eſt: et regnauit pro eo adad cuius vr-
bis nomen fuit phai · et appellata eſt
vxor eius mehetabel filia matred · filie
mezaab. Adad autem mortuo: duces
pro regibus in edom eſſe ceperũt. Dux
thamna · dux alia · dux ietheth · dux
oolibama · dux hela · dux phinon dux
cenes · dux theman · dux mapſar · dux
magdihel · dux hiram. Hij duces edom
Filij autẽ iſrahel · ruben · ij ·
ſimeon leui · iuda iſachar ⁊ zabu-
lon: dan · ioſeph · beniamin · neptalim
gad et aſer. Filij iuda: her · aunan · et
ſela. Hij tres nati ſũt ei de filia ſue cha-
nanitidis. Fuit aũt her p̃mogenitus iu-
da malus coram domino: et occidit eũ

Thamar aūt nurus eius peperit ei pha-
res ⁊ zara. Omnes ergo filij iuda qnq̄
Filij aūt phares eſrom ⁊ amul. Filij q̄3
zare: zamri ⁊ ethan ⁊ eman. chalcal q̄3
et darda. ſimul quinq3. Filij charmi:
achar q̄ turbauit iſrl' et peccauit in fur-
to anathematis. Filij ethan: azarias. Fi-
lij aūt eſrom qui nati ſūt ei: ieramehel.
et ram ⁊ calubi. hic eſt caleph. Porro
ram genuit aminadab: aminadab aūt
genuit naaſon pn̄cipē filiorū iuda. Na-
aſon q̄3 genuit ſalma: de quo ortus eſt
booz. Booz vero genuit obed: q̄ ⁊ ipſe
genuit iſai. Iſai aūt genuit p̄mogeni-
tum heliab. ſecūdū abinadab: terciūm
ſymmaha quartū nathanael. quītum
raddai ſextū aſon ſeptimū dauid: quorū
ſorores fuerunt ſaruia et abigail. Filij
ſaruie: abiſai ioab et aſahel tres. Abi-
gail autē genuit amaſa: cui⁹ pater fuit
gether iſmahelites. Caleb vero filius eſ-
rom accepit vxorē noīe azuba: de qua
genuit ieriotb. Fuerūtq3 filij eius iaſer
et ſobab et ardon. Cumq3 mortua fuiſ-
ſet azuba accepit vxorē caleb ephrata:
que peperit ei vr. Porro vr genuit vri
et vri genuit beſelehel. Poſt hec ingreſ-
ſus eſt eſrom ad filiam machir patris
galaad: et accepit eam cū eſſet annorū
ſexaginta. Que peperit ei ſegub: ſed et
ſegub genuit iair ⁊ poſſedit vigītitres
ciuitates in terra galaad. Cepitq3 geſ-
ſur et aran oppida iair: et canath et vi-
culos eius ſexaginta ciuitatū. Omnes
iſti filij machir patris galaad. Cū aūt
mortuus eſſet eſrom: ingreſſus eſt ca-
leb ad ephrata. Habuit q̄3 eſrom vxo-
rem abia: q̄ peperit ei aſſur patrē techue
Nati ſūt aūt filij ieramehel. p̄mogeniti
eſrom ram primogenit⁹ eius: et buna
et aram et aſon et achia. Duxit quoq3
vxorē alterā iheramehel nomīe atthara
que fuit mater onam. Sed et filij ram
primogeniti iheramehel fuerunt moos
ioamin et achar. Onam aūt habuit fi-
lios ſemei et iadan. Filij aūt ſemei: na-
dab ⁊ abyſur. Nomē vero vxoris abi-
ſur abiahil: que peperit ahobban ⁊ mo-
lid. Filij aūt nadab: fuerūt ſaled et ap-
phaim. Mortuus eſt aūt ſaled abſq3 li-
beris. Fili⁹ vero apphaim ieſi: q̄ ieſi ge-
nuit ſeſan. Porro ſeſan genuit ahalai.
Filij aūt iadai fratris ſemei iether et io-
nathan. Sed ⁊ iether mortu⁹ eſt abſq3
liberis. Porro ionathan genuit pha-
leth et ziza. Iſti fuerunt filij ieramehel
primogeniti eſrom. Seſan aūt nō ha-
buit filios ſed filias: et ſeruū egiptium
nomine ieraa. Deditq3 ei filiā ſuā vxo-
rem q̄ peperit ei ethei. Ethei autē genuit
nathan: et nathan genuit zabad. Za-
bad quoq3 genuit ophal: et ophal ge-
nuit obed. Obed genuit iehu: iehu ge-
nuit azariam. Azarias genuit helles:
et helles genuit helaſa. Helaſa genuit
ſiſamoy. ſiſamoy genuit ſellū. Sellū
genuit ithamian ithamia autē genuit
eliſama. Filij aūt caleb fratris ierame-
hel: meſa primogenit⁹ eius: ipē ē pater
ziph filij mareſa patris hebron. Porro
filij hebron chore et taphua et recem et
ſamma. Samma autē genuit raam pa-
trem iercaam: et recem genuit ſemmei
fili⁹ ſemmei maon: et maon pater beth
ſur. Epha aūt concubina caleb peperit
aran et muſa et gezez. Porro aran ge-
nuit gezez. filij iahaddai regam et ioa-
than ⁊ geſan ⁊ phaleth ⁊ epha ⁊ ſaaph
Cōcubina caleb maacha peperit ſaber et
tharana. Genuit aūt ſaaph patr mad
menaſue patrem machbena: et patrem
gabaa Filia vero caleb fuit achſa. Hij

erant filij caleb filij vr p̄mogeñti ephra-
ta: ſobal pater cariathiarim · ſalma pa-
ter bethleem · ariph pater bethgader.
Fuerūt aūt filij ſobal · patris cariathi-
arim · qui videbat dimidiū requietionū
et de cognacōne cariathiarim · iethrei ·
et aputhei · et ſemathei et maſerei. Ex
hijs egreſſi ſunt ſaraite et eſthaolite.
Filij ſalma: bethleem et nethophati co-
rone domus iacob · et dimidiū requie-
cionis ſarai. Cognacōes quoq; ſcribarū
habitantiū in iabes canentes atq; reſo-
nantes: ⁊ in tabernaculis commorātes
hij ſunt cinei: qui venerunt de calore
patris domus rechab. iii.

David vero hos habuit filios qui
ei nati ſunt in hebron. Primoge-
nitū amnon · ex achinoam iſrahelitide
ſcdm daniel de abigail carmelitide: ter-
cium abſalon filiū maacha filie tholo-
mei regis geſſur: quartū adoniam filiū
aggith: quintū ſaphaciam ex abital:
ſextum iethraham de egla vxore ſua.
Sex ergo nati ſūt ei in hebron: vbi re-
gnauit ſeptem ānis ⁊ ſex menſibꝫ. Tri-
ginta aūt · et tribus annis regnauit in
iheruſalem. Porro in ihrlm nati ſunt
ei filij: ſymmaa et ſobab et nathan · et
ſalomon quatuor de bethſuba filia ami-
hel. Iebaar quoq; et heliſua et eliph a-
leth et noge et napheg ⁊ iaphie necnō
eliſama · ⁊ eliade et eliphaleg nouem.
Omnes hij filij david abſq; filijs con-
cubinarū: habuerūtq; ſororem thamar
Filius aūt ſalomonis roboam: cuius
abia filiꝰ genuit aſa. De hec quoq; na-
tus eſt ioſaphat pater ioram: qui iorā
genuit oziam: ex quo ortus eſt ioas:
et huiꝰ amaſias filius genuit azariam.
Porro azarie filius ioathan procreauit
achaz patrem ezechie: de quo natus eſt
manaſſes: ſed et manaſſes genuit am-
mon patrem ioſie. Filij aūt ioſie fuerūt
p̄mogenitꝰ iohannan · ſcd̄s ioakim ter-
cius ſedechias · quartus ſellum. De ioa-
kim natus eſt iechonias et ſedechias.
Filij iechonie fuerūt aſir qui ſalathiel
melchirā · phadaia ſenneſer · et iecemia
ſama ⁊ nadabia. De phadaia orti ſunt
zorobabel ⁊ ſemei. Zorobabel genuit
moſollā ananiā ⁊ ſalomith · ſororē eorū
aſabam q̄ꝫ et ohol et barachiam et aſa-
diam · ioſabeſeth quinq;. Filius autem
ananie phaltias pater ieſeie: cuiꝰ filiꝰ
raphaia. Huius q̄ꝫ filiꝰ arnan: de quo
natus eſt obdia · cuius filius fuit ſeche-
nias. Filius ſechenie ſemeia: cuius filij
attus et iegaal et baria · et naaria et ſa-
phat et ſeſa ſex numero. Filiꝰ naarie:
elioenai ⁊ ezechias ⁊ ezricā tres. Filij e-
lioenai oduia ⁊ heliaſub ⁊ pheleia ⁊ ac-
cub · et iohānan ⁊ dalaia et anan ſeptē. iiii.

Filij iuda: phares eſrom · et
charmi et vr · et ſubal. Rabia ve-
ro filius ſubal genuit iaad de quo nati
ſūt ahumai et laad. Hee cognacōes ſa-
rathi. Iſta quoq; ſtirps ethan: ieſrahel
et ieſema et iedebos. Nomen quoq; ſo-
roris eorū aſalel phuni. Phuniel autē
pater gedor: et eſer pater oſa. Iſti ſunt
filij vr · primogeñti ephrata p̄ris beth-
leem. Aſſur vero patris thecue erāt due
vxores alaa et naara. Peperit autem ei
naara oozam ⁊ epher · et themani ⁊ aa-
ſtari. Iſti ſunt filij naara. Porro filij
alaa: ſereth yſaar et ethnan. Chus au-
tem genuit anob et ſoboba et cogna-
tionem aharel filij arum. Fuit autem
iabes inclitus pre fratribꝫ ſuis: et ma-
ter eius vocauit nomen illius iabes di-
cens: quia peperi eum in dolore. Inuo-
cauit ergo iabes deum iſrahel dicens.

Si benedicens benedixeris michi · et di-
lataueris terminos meos: et fuerit ma-
nus tua mecum: ⁊ feceris me a malicia
non opprimi. Et preſtitit deus que pre-
catus ē. Caleph aūt frater ſuꝰ genuit
machir: qui fuit pater eſthon. Porro
eſthon genuit bethrapha et pheſſe ⁊ te-
hinna patrē vrbis naas. Hij ſūt viri
recha. Filij autem cenez: othoniel: et
saraia. Porro filij othoniel: athat et
maonathi. Maonathi genuit ophra.
Saraias aūt genuit ioab patrē vallis
artificum. Ibi quippe artifices erāt. Fi-
lij vero caleph filij iephone: hir et hela
et nahen. Filij q̄ hela cenez · filij quoq;
ialel ziph et zipha thiria et aſrahel.
Et filij ezra: iether ⁊ mereth · ⁊ epher · ⁊
iabalon. Genuitq; mariam: ⁊ ſammai
et ieſba patrē eſthamo. Vxor quoq; eiꝰ
iudaia pepit iareth patrē gedor: ⁊ heber
patrem zocho et ichutiel patrem zanoa
Hij aūt filij bithie filie pharaonis quā
accepit mered: ⁊ filij vxoris odaie ſoro-
ris nahan prīs ceila carmi et eſthamo
qui fuit de machati. Filij quoq; ſymon
amon et rinna filius anan et thilon:
et filij ieſi zoeth ⁊ benzoeth. Filij ſela fi-
lij iude · her pater lecha: et laada patr
mareſa: et cognacōnes domꝰ opantiū
biſſum · in domo iuramēti: et qui ſtare
fecit ſolem · viriq; mendacij et ſecurus
et incendens: qui prīcipes fuerūt in moab
et que reuerſe ſūt in lehem. Hec autem
verba vetera. Hij ſūt figuli habitātes
in plantacōnibꝫ et in ſepibꝫ apud regē
in operibꝫ eius: cōmoratiq; ſūt ibi. Fi-
filij ſymeon — lij ſymeon: namuel ⁊ iamin iarib · zara
ſaul. Sellum filiꝰ eius: mabſam filius
eius: maſma filius eius. Filij maſma:
amuhel filiꝰ eius: zachur filius eiꝰ ſem-
mei filius eius. Filij ſemmei ſedecim: et

filie ſex. Fratres aūt eius nō habuerūt
filios multos: et vniūſa cognacō nō
potuit adequare ſummam filioꝝ iuda.
Habitauerūt aūt ī berſabee et molada
et haſarſual et in ballaa · et in aſon et
in tholad ⁊ in bathuel ⁊ in orma · et in
ſiceleg et in bethmarchaboth ⁊ in aſarſa
ſuſim et in bethberai et in ſaarim. Hee
ciuitates eoꝝ uſq; ad regē dauid: ville
q; earū etham ⁊ aen remmon et thocen
et aſan ciuitates qnq;: et vniūſi viculi
eoꝝ p circuitū iſtaꝝ uſq; ad baal. Hec
eſt habitacō eoꝝ: et ſediū diſtribucō.
Moſobab quoq; ⁊ iemlech ⁊ ioſa filiꝰ
amaſie et iohel ichu filiꝰ ioſabie filij ſa-
raie filij aſihel et elioenai et iacoba et
iſuaia aſaia adihel et iſimihel et banaia
ziza quoq; filius ſephei filij allon · filij
ydaia · filij ſemri filij ſamaia: iſti ſunt
nominati principes in cognacōibꝫ ſuis
et in domo affinitatū ſuarū mltiplicati
ſūt vehementer. Et pfecti ſūt ut ingre-
derentur ī gador uſq; ad orientē vallis
et ut quererēt paſcua gregibꝫ ſuis. In
ueneruntq; paſcuas uberes et valde bo-
nas · et terram latiſſimam ⁊ quietam et
fertilem: ī qua ante habitauerāt de ſtir-
pe cham. Hij ergo venerūt quos ſupra
deſcripſimꝰ nominatim in diebꝫ ezechie
regis iuda: ⁊ pcuſſerūt tabernacula eoꝝ
et habitatores q̄ inuenti fuerant ibi: ⁊
deleuerūt eos uſq; ad p̄ſentem diē: ha-
bitaueruntq; pro eis quoniā vberrimas
paſcuas ibidem repererunt: De filijs q̄
ſymeon abierūt in montē ſeir viri qn̄
genti · habentes principes phaltiam et
naariam et raphaiam et ozihel filiꝰ ieſi
et percuſſerūt reliquias que euadere po-
tuerāt amelechitarū: et habitauerūt ibi
pro eis uſq; ad diem hanc. V. — filij ruben
Filij q̄ ruben primogeniti iſrahel·

ipſe quippe fuit primogenitus eius: ſed
cum violaſſ; thorum patris ſui data ſūt
primogenita eius filijs ioſeph filij iſrł:
et nō eſt ille reputatus in pmogenitū.
Porro iudas qui erat fortiſſimus inter
fratres ſuos: de ſtirpe eius pn̄cipes ger-
minati ſūt: primogenita aūt reputata
ſunt ioſeph. Filij ergo ruben primoge-
niti iſrł: enoch et phallu eſrom et char-
mi filij iohel: ſamaia filius eius: gog fi-
lius ei⁹. ſemei filius ei⁹. micha fili⁹ eius
reeba filius eius. baal filius ei⁹. beera
filius ei⁹: quem captiuū duxit theglat-
falaſar rex aſſiriorum: et fuit princeps
in tribu ruben. Fratres aūt eius et vni-
uerſa cognatio ei⁹ quādo numerabant̄
per familias ſuas habuerūt pn̄cipes ie-
hihel et zachariā. Porro bala fili⁹ azaz
filij ſamma filij iohel: ipſe habitauit in
aroer uſq; ad nebo et beelmeon. Con-
tra orientalē quoq; plagam habitauit
uſq; ad introitū heremi et fluuiū eufra-
ten. Multum quippe iumentoꝝ nume-
rum poſſidebant in terra galaad. In di-
ebus aūt ſaul preliati ſunt cōtra agare-
nos et interfecerūt illos: habitauerunt
q; pro eis in tabernaculis eoꝝ in omni
plaga que reſpicit ad orientē galaad
Filij vero gad eregione eorū habitaue-
runt in terra baſan uſq; ſelcha: iohel in
capite. et ſaphan ſecūdus: ianai aūt ⁊
ſaphat in baſan. Fratres vero eoꝝ ſecū-
dum domos cognacōnū ſuarum: mi-
chael ⁊ moſollam ⁊ ſebe ⁊ iori ⁊ iachan
et zie. et heber ſeptem. Hij filij abiahil
filij vri filij iara filij galaad. filij micha-
el filij ieſeſi. filij iedo filij buz. Fratres
quoq; filij abdihel filij guni principes
domus in familijs ſuis: et habitauerūt
in galaad: et in baſan et in viculis ei⁹
et in cunctis ſuburbanis ſaron uſq; ad
terminos. Omnes hij numerati ſunt
in diebus ioathan regis iuda et in di-
ebus ieroboam regis iſrahel filij ru-
ben et gad et dimidie tribus manaſ-
ſe: viri bellatores ſcuta portantes et
gladios: et tendētes arcum eruditiq; ad
prelia quadragintaquatuor milia ⁊ ſe-
ptingenti ſexaginta procedētes ad pu-
gnam dimicauerūt contra agarenos:
ituret vero et naphei et nadab prebu-
erunt eis auxilium. Traditi ſūt in ma-
nus eorum agareni et vniuerſi qui fu-
erant cum eis: quia deum inuocauerūt
cum preliarentur: et exaudiuit eos eo
ꝙ credidiſſent in eum. Ceperuntq; oia
que poſſiderant camelorum quinqua-
ginta milia. et ouium ducenta qn̄qua-
ginta milia. aſinos duo milia: et ani-
mas hominum centum milia. Vulne-
rati autem multi corruerunt. Fuit enim
bellum domini. Habitaueruntq; ꝓ eis
uſq; ad tranſmigracōnem. Filij quoq;
dimidie tribus manaſſe poſſederunt ter-
ram a finibus baſan uſq; baal hermon
et ſanir et montem hermon. Ingens
quippe numerus erat. Et hij fuerant
principes domus cognacōis eorum:
efer. ieſi et helihel ezrihel et ieremia et
et oduia. et iedihel viri fortiſſimi et po-
tentes: et nominati duces in familijs
ſuis. Reliquerūt autem deum patrum
ſuorum et fornicati ſūt poſt deos popu-
lorum terre. quos abſtulit domin⁹ co-
ram eis: et ſuſcitauit dominus iſrahel
ſpiritum phul regis aſſiriorum et ſpi-
ritum teglatfalaſar regis aſſur: ⁊ trāſ-
tulit ruben et gad ⁊ dimidiam tribum
manaſſe ⁊ adduxit eos in ale ⁊ in abor
et ara ⁊ fluuiū gozan uſq; ad diem hāc. vj
Filij leui: gerſon caath ⁊ merari. Fi-
lij caath amrā yſaar hebrō ⁊ ozihel.

Filij amram: aaron moyſes et maria.
Filij aaron: nadab et abiu eleaſar et y
thamar. Eleazar genuit finees: ⁊ fine-
es genuit abiſue. Abiſue vero genuit
bocci et bocci genuit ozi: ozi genuit za-
raiam ⁊ zaraias genuit meraioth. Por-
ro meraioth genuit amariam. et ama-
rias genuit achitob: achitob genuit ſa-
doch. ⁊ ſadoch genuit achimaas. Achi-
maas genuit azariam: azarias genuit
iohannan. iohannan genuit azariam
Ipſe eſt qui ſacerdotio funct⁹ eſt in do-
mo quã edificauit ſalomon in ihrlm.
Genuit aũt azarias amariã: ⁊ amarias
genuit achitob. Achitob genuit ſa-
doch: et ſadoch genuit ſellũ. Sellũ ge-
nuit helchiam: et helchias genuit aza-
riam. Azarias genuit zaraiam: et zara-
ias genuit ioſedech. Porro ioſedech e-
greſſus eſt quãdo trãſtulit dñs iudam
et iheruſalem p man⁹ nabuchodonoſor
Filij ergo leui gerſon caath et merari.
Et hec nomĩa filioꝝ gerſon: lobni ⁊ ſe-
mei. Filij caath: amram ⁊ yſaar. et he-
bron et ozihel. Filij merari: mooli et
muſi. Hee cognacõnes leui ſcðm fami-
lias eoꝝ. Gerſon: lobni fili⁹ eius: ia-
ath filius eius. zamma fili⁹ eius: ioaa
filius eius. addo fili⁹ eius. zara fili⁹ ei⁹.
iethrai filius eius. Filij caath: amina-
dab fili⁹ ei⁹: chore filius eius. aſir fili⁹
eius. helcana filius ei⁹. abiaſaph fili⁹
eius. aſir filius ei⁹. caath fili⁹ eius. vri-
el fili⁹ eius. ozias filius eius. ſaul fili⁹
eius. Filij helcana: amaſai ⁊ achimoth
et helcana. Filij helcana: ſophai filius
eius: naath filius ei⁹: heliab filius ei⁹.
iheroam fili⁹ eius: helcana filius eius.
Filij ſamuel: primogenitus vaſſeni ⁊ a-
bia. Filij aũt merari. mooli: lobni fili⁹
eius: ſemei filius eius. oza filius eius.
ſamaa fili⁹ eius. agiga filius ei⁹: aſaia
filius eius. Iſti ſũt quos cõſtituit da-
uid ſuper cantores dom⁹ domini exquo
collocata eſt archa: et miniſtrabãt co-
ram tabernaculo teſtimonij canẽtes do-
nec edificaret ſalomon domũ domini
in iheruſalem. Stabant autẽ iuxta or-
dinẽ ſuũ in miniſterio. Hij vero ſunt q̄
aſſiſtebant cũ filijs ſuis de filijs caath:
heman cantor fili⁹ iohel. filij ſamuel fi-
lij helcana filij ieroam filij helihel filij
thou filij ſuph filij helcana. filij iohel fi-
lij maath filij amaſai filij helcana filij
iohel filij azarie filij ſophonie filij tha-
ath filij aſir. filij abiſaph. filij chore fi-
lij yſaar filij caath filij leui. filij iſrahel
et frater eius aſaph. q̄ ſtabat a dextris
eius: aſaph fili⁹ barachie. filij ſamaa
filij michael. filij baſaie filij melchie.
filij athanai. filij zara filij adaia. filij e-
than filij zamma filij ſemei filij ieth filij
gerſon filij leui. Filij aũt merari fratres
eoꝝ ad ſiniſtram: ethan filij chuſi. filij
abdi. filij maloch filij aſabie filij ama-
ſie filij helchie filij amaſai. filij bonni fi-
lij ſomer filij mooli. filij muſi filij me-
rari filij leui. Fratres q̄ꝫ eoꝝ leuite: qui
ordinati ſũt in cũctum miniſteriũ taber-
naculi domus dñi. Aaron vero et filij
eius adolebant incenſũ ſup altare olo-
cauſti. et ſuper altare thimiamatis. in
omne opus ſancti ſanctoꝝ: et ut pre-
carentur pro iſrahel iuxta omĩa que p̄-
ceperat moyſes ſeruus dei. Hij ſũt aũt
filij aaron. Eleazar filius ei⁹: finees fi-
lius eius. abiſue filius eius bocci filius
eius. ozi filius ei⁹. zaraia fili⁹ eius. me-
raioth filius eius. amaria filius eius
achitob fili⁹ eius. ſadoch fili⁹ ei⁹: achi-
maas fili⁹ ei⁹. Et hec habitacula eoꝝ p
vicos atq̄ꝫ cõfinia filioꝝ ſcilicet aaron

iuxta cognacões caathitarũ. Ipſis enĩ
ſorte cõtigerant dederunt igitur eis he-
bron in terra iuda et ſuburbana ei⁹ per
circuitũ: agros autẽ ciuitatis et villas
caleph filij iephone. Porro filijs aaron
dederunt ciuitates ad cõfugiendum he-
bron ⁊ lobna ⁊ ſuburbana eius: iether
quoq; et eſthemo cum ſuburbanis ſuis
ſed et helon et dabir cum ſuburbanis
ſuis: aſan quoq; et bethſemes et ſubur-
bana earũ. De tribu autẽ beniamin ga-
bee et ſuburbana eius: et almath cum
ſuburbanis ſuis: anathot quoq; cum
ſuburbanis ſuis. Omnes ciuitates tredecĩ
per cognacõnes ſuas. Filijs aũt caath
reſiduis de cognacõne ſua · dederunt ex
dimidia tribu manaſſe in poſſeſſionem
vrbes decem. Porro filijs gerſon p co-
gnaciones ſuas de tribu yſachar et de
tribu aſer et de tribu neptalim · et de tri-
bu manaſſe in baſan vrbes tredecim. Fi-
lijs autẽ merari per cognaciones ſuas
de tribu ruben et de tribu gad · et de tri-
bu zabulon · dederũt ſorte ciuitates duo-
decim. Dederũt quoq; filij iſrahel leuitis
ciuitates ⁊ ſuburbana earꝝ. Dederuntq;
per ſortem ex tribu filioꝝ iuda · et ex tri-
bu filioꝝ ſymeon · et ex tribu filiorum
beniamin vrbes has quas vocauerunt
nominibꝫ ſuis: et hijs qui erant ex co-
gnacõne filiorũ caath. Fuerũtq; ciuita-
tes in terminis eorũ de tribu ephraim.
Dederũt ergo eis vrbes ad cõfugiendũ
ſichem cũ ſuburbanis ſuis · in montem
ephraim ⁊ gazer cum ſuburbanis ſuis
iecmaam quoq; cum ſuburbanis ſuis ·
et bethoron ſimiliter: necnõ ⁊ helon cũ
ſuburbanis ſuis et gethremmon in eun-
dem modũ. Porro ex dimidia tribu ma-
naſſe aner et ſuburbana eius · balaam
et ſuburbana eius: hijs videlicet qui de
cognacõne filioꝝ caath reliqui erant.
Filijs autẽ gerſon de cognacõne dimi-
die tribus manaſſe gaulon in baſan ⁊
ſuburbana eius: et aſtaroth cum ſub-
urbanis ſuis. De tribu yſachar · cedes
cum ſuburbanis ſuis · et dabereth cum
ſuburbanis ſuis: ramoth q̃z et ſubur-
bana eius · et anem cũ ſuburbanis ſuis
De tribu vero aſer maſal cum ſuburba-
nis ſuis · et abdon ſimiliter: aſach quo-
q; et ſuburbana eius: roob cum ſubur-
banis ſuis. Porro de tribu neptalim ce-
des in galilea ⁊ ſuburbana eius: amon
cum ſuburbanis ſuis: et cariathaim et
ſuburbana eius. Filijs autẽ merari re-
ſiduis · de tribu zabulon · remmono et
ſuburbana eius: et thabor cũ ſuburba-
nis ſuis. Trans iordanen q̃z ex aduſo
iherico cõtra orientem iordanis de tri-
bu ruben boſor in ſolitudinẽ cũ ſubur-
banis ſuis: et iaſſa cũ ſuburbanis ſuis
cademoth quoq; et ſuburbana eius: et
miphaath cũ ſuburbanis ſuis. Necnon
et de tribu gad · ramoth in galaad et
ſuburbana eius: et manaim cũ ſubur-
banis ſuis: ſed ⁊ eſebon cũ ſuburbanis
ſuis · et iezer cum ſuburbanis ſuis vij

Porro filij iſachar: thola et phua
iaſub et ſimeron quatuor. Filij
thola: ozi et raphaia · et ierihel ⁊ iemai
et iepſem · et ſamuel principes p domos
cognacõnũ ſuarũ. De ſtirpe thola viri
fortiſſimi numerati ſunt in diebus da-
uid: viginti duo milia ſexcenti. Filij ozi
iſrahia de quo nati ſunt michael et oba-
dia et iohel et ieſia qñq; omnes pñcipes
cum eis per familias et populos ſuos
accincti ad prelium viri fortiſſimi: tri-
ginta ſex milia. Multas enim habue-
erunt vxores et filios. Fratres quoq;
eorũ per omnem cognacõnem iſachar.

robuſtiſſimi ad pugnandū: octoginta
ſeptem milia numerati ſūt. Filij benia=
min: bale et bochoꝛ ⁊ iadihel tres. Filij
bale: eſbon et ozi ⁊ ozihel et ierimoth
et vrai qnq; : principes familiarū et ad
pugnandū robuſtiſſimi. Numer⁹ aūt
eoꝝ viginti duo milia ⁊ triginta quatuoꝛ
Porro filij bochoꝛ zamira et ioas ⁊ elie-
zer et helioenai · et amri et ierimoth et
abia ⁊ anathot · et almathan. Omnes
hij filij bechoꝛ. Numerati ſūt aūt per fa-
milias ſuas principes cognacōnū ſuarū
ad bella fortiſſimi: viginti milia et du=
centi. Porro filij iadihel balan. Filij aūt
balan: iheus ⁊ beniamin ⁊ ahoth ⁊ cha-
nana · et iothan et tharſis et haiſaar.
Omnes hij filij iadihel principes cogna-
cionū ſuaꝝ viri fortiſſimi: decē et ſeptē
milia et ducenti ad preliū procedentes:
ſephan quoq; ⁊ hapham filij hir et aſim fi=
lij aer. Filij autē neptalim iaſihel et gu-
ni · et aſer et ſellum filij bala. Porro fi
lij manaſſe · eſrihel: concubina q; eius
ſira peperit machir patrē galaad. Ma=
chir autē accepit vxorē filijs ſuis hap
phim et ſepham: et habuit ſororem no-
mine maacha. Nomen aūt ſecūdi ſal=
phaath Nateq; ſūt ſalphaath filie. Et
peperit maacha vxoꝛ machir filiū: vo=
cauitq; nomē eius phares. Porro no-
men fratris ei⁹ ſares: et filij eius vlam
et rehen. Filius aūt vlam bedan hij ſūt
filij galaad filij machir: filij manaſſe.
Soroꝛ aūt ei⁹ regina · peperit virū deco-
rum et abiezer et moola. Erant aūt fi=
lij ſemida ahim et ſechem · et leci ⁊ amiā
Filij aūt ephraim ſuthala: bareth fili⁹
eius: thaath fili⁹ eius elada filius eius
thaath filius ei⁹: et huius fili⁹ zadab ·
et hui⁹ filius ſuthala et huius fili⁹ ezer
et elad. Occiderunt autē eos viri geth
indigne: quia deſcenderāt ut inuaderēt
poſſeſſiones eoꝝ. Luxit igitur ephraim
pater eoꝝ multis diebꝰ: et venerūt fra=
tres eius ut cōſolarentur eum. Ingreſ-
ſuſq; eſt ad vxorē ſuā: que cōcepit ⁊ pe-
perit filiū et vocauit nomen eius beria.
eo q̄ in malis domus eius ortus eſſet
filia aūt eius fuit ſara: q̄ edificauit be=
thoron inferiorē et ſuperiorē · et ozenza
ra. Porro filius eius rapha ⁊ reſeph ⁊
thale: de quo natus eſt thaan · qui ge=
nuit laadan. Hui⁹ q̄q; filius ammiud
qui genuit eliſama de quo ort⁹ eſt nun.
qui habuit filiū ioſue. Poſſeſſio autem
eoꝝ et habitacō bethel cum filiabꝰ ſuis
et contra orientem noran: ad occidenta-
lem plagam gazer et filie ei⁹: ſichem q̄q;
cum filiabꝰ ſuis uſq; aſa et filiabꝰ eius
iuxta filios quoq; manaſſe bethſan et
filias eius: thanac et filias ei⁹ mageddo=
do et filias eius doꝛ et filias eius. In
hijs habitauerūt filij ioſeph · filij iſrl.
Filij aſer: iemna ⁊ ieſua ⁊ iſui · et baria
⁊ ſara ſoroꝛ eoꝝ. Filij aūt baria: heber ⁊
melchiel: ipſe ē pr̄ barſaith. Heber aūt
genuit iephalt ⁊ ſomer ⁊ iothan ⁊ ſuaa
ſororem eorū. Filij iephalt phoſech et
chamaal · et aſoph. Hij filij iephalt.
Porro filij ſomer: ahi et roaga et iaba
et aram. Filij aūt helem fratris ei⁹: ſu=
pha ⁊ iemna · et ſelles et amal. Filij ſu-
pha: ſue · aruaphed · ⁊ ſual ⁊ beri ⁊ iam-
ra boſoꝛ ⁊ od ⁊ ſamma ⁊ ſaluſa ⁊ ieth=
ran et bera. Filij iether: iephone ⁊ pha-
ſpha et ara. Filij aūt olla: aree ⁊ anihel
et reſia. Omnes hij filij aſer: principes
cognacōnū electi atq; fortiſſimi duces
ducum. Numerus aūt eoꝝ etatis que
apta eſſet ad bellū: viginti ſex milia
Beniamin autē genuit bale viij·
primogenitū ſuū: aſbal ſecundū

abara tercīū · noaba quartū: et rapha
qn̄tum · fueruntqꝫ filij bale addaor et
gera · et abiud: abiſue quoqꝫ ⁊ neman
et ahoe ſed ⁊ gera · ⁊ ſephuphan ⁊ vrā
Hij ſūt filij ahod · pn̄apes cognacōnū
habitantiū in gabaa: qui tranſlati ſūt
in manath. Nooman autē et achia et
gera ipſe tranſtulit eos: ⁊ genuit oza ⁊
abiud. Porro ſaarahim genuit in regi-
one moab · poſtq̄ dimiſit vſim · ⁊ bara
vxores ſuas. Genuit aūt de odes vxore
ſua iobab ⁊ ſebia et moſa et molchom
iehus quoqꝫ ⁊ ſethia ⁊ marmach. Hij
ſunt filij eius principes in familijs ſuis
Mehuſim vero genuit achitob ⁊ elpha
al. Porro filij elphaal: heber ⁊ miſaam
et ſamad. Hic edificauit ono et lod et
filias eius. Bara aūt ⁊ ſamma p̄n̄apes
cognacōnū habitātiū in abialon. Hij
fugauerūt habitatores geth. Et haio
et ſeſac ⁊ ierimoth et zabadia et arod
et heder · michael quoqꝫ ⁊ ieſpha ⁊ ioaa
filij baria. Et ſabadia ⁊ moſollā ⁊ ezeci
et heber ⁊ eſamari · et iezlia et iobab: fi-
lij elphaal. Et iacim · ⁊ zechri · ⁊ zabdi ·
et helioenai · ⁊ ſelethai · ⁊ heliel · ⁊ adaia
et baraia · et ſamarath: filij ſemei. Et
ieſphan ⁊ heber ⁊ heliel ⁊ abdon ⁊ zechri
et hanan · ⁊ anania ⁊ ailam ⁊ anatho-
thia ⁊ iephdaia ⁊ phanuel: filij ſeſac.
Et ſamſari: ⁊ ſoozia · ⁊ otholia · ⁊ ierſia
helia · ⁊ zechri: filij ieroā. Hij p̄iarche
et cognacōnū principes: qui habitaue-
rūt in iheruſalē. In gabaon aūt habi-
tauerūt abigabaon et nomen vxoris
eius maacha: filiuſqꝫ eius primogenit⁹
abdon et ſur ⁊ cis ⁊ baal ⁊ nadab: ge-
dur quoqꝫ ⁊ ahio ⁊ zacher ⁊ macelloth
Et macelloth genuit ſamaa. Habitaue-
runtqꝫ ex aduerſo fratrū ſuoꝝ in iheru-
ſalem cum fratribus ſuis. Ner aūt ge-
nuit cis: et cis genuit ſaul. Porro ſaul
genuit ionathan et melchiſue et abina-
dab et heſbaal. Filius autē ionathan
meribbaal: ⁊ meribbaal genuit micha
Filij micha phiton et melech ⁊ thara ·
ahaz: et ahaz genuit ioada et ioada ge-
nuit almoth et aſmoth et zamri. Por-
ro zamri genuit moſa · et moſa genuit
baana: cuius filius fuit rapha de quo
ortus eſt elaſa · qui genuit aſel. Porro
aſel ſex filij fuerunt hijs nominibus:
ezricā · bochru · iſmahel · ſaria · abadia
anan. Omnes hij filij aſel. Filij autem
eſech fratris eius: vlam p̄mogenit⁹ et
hus ſcd̄us: et heliphaleth tercius. Fu-
erūtqꝫ filij vlam viri robuſtiſſimi · et
magno robore tendētes arcū et multos
habētes filios ac nepotes: uſqꝫ ad centū
qn̄quagīta milia. Oēs hij filij bēiamin

Uniuerſus ergo iſrl̄ dinume- ix
ratus eſt · ⁊ ſūma eoꝝ ſcripta eſt
in libro regum iſrahel et iuda tranſla-
tiqꝫ ſunt in babilonem propter delictū
ſuum. Qui autem habitauerunt p̄mi
in poſſeſſionibꝫ et in vrbibus ſuis iſrl̄
et ſacerdotes et leuite et nathinnei: cō-
morati ſunt in iheruſalem de filijs iuda
et de filijs beniamin. De filijs qꝫ ephra-
im et manaſſe othei filius amiud · fili⁹
emri · filij omrai filij boni. De filijs
phares filij iuda · et de ſiloni: aſaia pri-
mogenitus et filij eius. De filijs aūt za-
ra: iehuel et fratres eoꝝ ſexcenti nona-
ginta. Porro de filijs beniamin: ſalo fi-
lius moſollam filij oduia filij aſana · et
iobania filius ieroam ⁊ helam filius ozi
filij mochori et moſollam filius ſapha-
cie filij rahuel · filij iebanie ⁊ fratres eo-
rum per familias ſuas nongenti quin-
quagintaſex. Omnes hij principes co-
gnationum · per domos patrum ſuorū

De ſacerdotibus autē iedaia ioiarib et
iachin azarias q̄ꝫ filius helchie filij mo-
ſollam filij ſadoch filij meraioth filij a-
chitob pontifex domus dei. Porro ada-
ias filiꝰ ieroam filij phaſoꝛ filij melchia
et maaſia filius adihel filij iezra filij mo-
ſollam. filij moſollamoth filij emmer
fratres q̄ꝫ eoꝝ principes per familias ſu-
as mille ſeptīgenti ſexagīta fortiſſimi
robore ad faciendū opus miniſterij in
domo dei. De leuitis autē ſemeia filius
aſſub ⁊ filij ezricam filij aſebia de filijs
merari. Bacbacbar q̄ꝫ carpentarius et
galal ⁊ mathania filiꝰ micha filij zechri
filij aſaph et obdia filius ſemeie. filij
galal. filij ydithun: et barachia filius
aſa filij helcana qui habitauit in atrijs
nethophati. Janitores autē ſellum et
achub ⁊ thelmon. et ahiman: et frater
eorū ſellū princeps: uſq; ad illud tem-
pus ī porta regis ad orientem obſerua-
bant p vices ſuas de filijs leui. Sellū
vero filius chore filij abiaſaph filij cho-
re cum fratribꝫ ſuis: ⁊ domo patris ſui
Hij ſūt chorite ſup opera miniſterij: cu-
ſtodes veſtibuloꝝ tabernaculi ⁊ familie
eoꝝ per vices caſtroꝝ domini: cuſtodi-
entes introitū. Finees autē filiꝰ eleazar
erat dux eoꝝ corā domino. Porro zacha-
rias filius moſollamia ianitoꝛ porte ta-
bernaculi teſtimonij. Omnes hij electi
in oſtiarios per portas ducenti duodecī
et deſcripti in villis ꝓprijs: quos con-
ſtituerūt dauid et ſamuel videns in fide
ſua: tam ipos q̄ꝫ filios eoꝝ in oſtijs do-
mus dn̄i et ī tabernaculo vicibus ſuis
Per quatuoꝛ ventos erāt oſtiarij id eſt
ad orientem et ad occidentē et ad aqui-
lonem ⁊ ad auſtrū. fratres aūt eoꝝ in
viculis morabant̄: et veniebant in ſab-
batis ſuis de tempoꝛe uſq; ad tempus.

Hijs quatuoꝛ leuitis creditus erat oīs
numerus ianitorū: et erāt ſup exedras
et theſauros domus dn̄i. Per girum q̄ꝫ
templi domini morabant̄ in cuſtodijs
ſuis: ut cū tempꝰ fuiſſet ipi mane ape-
rirent fores. De hoꝝ grege erāt et ſup
vaſa miniſterij. Ad numerū enī ⁊ infe-
rebantur vaſa et efferebātur. De ipīs
et qui credita habebāt vtenſilia ſanctu-
arij: p̄erant ſimile et vino ⁊ oleo ⁊ thu-
ri et aromatibꝫ. Filij aūt ſacerdotū vn-
genta ex aromatibꝫ cōficiebant: et ma-
thatias leuites primogenitus ſellū cho-
rite prefectus eoꝝ. que ī ſartagine fri-
gebātur. Porro de filijs caath fratribꝫ
eoꝝ ſuper panes erant ꝓpoſitionis: ut
ſemper nouos per ſingula ſabbata pre-
pararent. Hij ſūt principes cantoꝝ per
familias leuitarū qui in exedris moꝛa-
bantur: ita ut die ac nocte iugiter ſuo
miniſterio deſeruirent. Capita leuitarū
per familias ſuas pn̄cipes manſerūt in
ihrlm. In gabaon aūt cōmorati ſunt
pater gabaon iahiel: et nomen vxoris
eius maacha. Filius primogenitus eiꝰ
abdon: et ſur. et cis. et baal. et ner. et
nadab. gedoꝛ quoq; et ahio. et zachari-
as. et macelloth Porro macelloth ge-
nuit ſemmaan. Iſti habitauerūt e regi-
one fratrū ſuoꝝ ī ihrlm cū fratribꝫ ſuis
Ner aūt genuit cis: et cis genuit ſaul.
Et ſaul genuit ionathan. et melchiſue
et animadab. et eſbaal. Filius aūt io-
nathan meribbaal: et meribbaal: ge-
nuit micha. Porro filij micha: phiton
et melech et thara et ahas. Ahas autē
genuit iara. et iara genuit alamath et
azmoth ⁊ zamri. Zamri autem genuit
moſa: moſa vero genuit baana cuius
filius raphaia genuit elaſa de quo oꝛ-
tus eſt aſel. Porro aſel ſex filios habuit

hijs nominibꝰ: ezricam bochru iſmahel
ſaria obdia anan. Hij filij aſel x

Philiſthijm aũt pugnabant contra
iſrł: fugerũtqꝫ viri iſrahel paleſti-
nos et ceciderũt vulnerati in monte gel-
boe. Cumqꝫ appropinquaſſent philiſtei
pſequentes ſaul et filios eius: percuſſe-
rũt ionathan ⁊ aminadab ⁊ melchiſue
filios ſaul. Et aggrauatum eſt preliũ
cõtra ſaul: inuenerũtqꝫ eũ ſagittarij.
et vulnerauerunt iaculis. Et dixit ſaul
ad armigerũ ſuũ. Euagina gladiũ tuũ
et interfice me: ne forte veniant incir-
cumciſi iſti et illudãt michi. Noluit au-
tem armiger eius hoc facere: timore per-
territus. Arripuit ergo ſaul enſem: et
irruit in eũ. Quod cũ vidiſſet armiger
eius videlicet mortuũ eſſe ſaul: irruit
etiã ipſe in gladiũ ſuũ et mortuus eſt.
Interijt ergo ſaul ⁊ tres filij eiꝰ: ⁊ oĩs
domus illius pariter concidit. Quod cũ
vidiſſent viri iſrł qui habitabãt in cã-
peſtribꝰ fugerũt: et ſaul ⁊ filijs eiꝰ mor-
tuis dereliquerũt vrbes ſuas et huc il-
lucqꝫ diſperſi ſũt: veneruntqꝫ philiſthijm.
et habitauerunt in eis. Die igitꝛ altero
detrahentes philiſthijm ſpolia ceſorꝫ: in-
uenerunt ſaul et filios eius iacentes in
mõte gelboe. Cũqꝫ ſpoliaſſent eũ ⁊ am-
putaſſent caput. armiſqꝫ nudaſſent mi-
ſerũt in terrã ſuã. ut circũferretꝛ ⁊ oſtende-
retur ydolorũ templis et pp̃lis. Arma
aũt eius cõſecrauerũt in fano dei ſui: et
corpus affixerũt ĩ templo dagon. Hoc
cum audiſſent viri iabes galaad oĩa
ſcilicet que philiſthijm fecerãt ſuper ſaul
cõſurrexerunt ſinguli virorꝫ fortiũ. et
tulerunt cadauera ſaul et filiorũ eius:
attuleruntqꝫ ea in iabes et ſepelierunt
oſſa eorꝫ ſubter quercũ q̃ erat in iabes
et ieiunauerũt ſeptem diebꝰ. Mortuus
eſt ergo ſaul ꝓpter iniquitates ſuas. eo
ꝙ preuaricatus ſit mãdatũ dñi quod
preceperat et non cuſtodierit illud: ſed
inſuper etiam phitoniſſam conſuluerit
nec ſperauerit in dño: ꝓpter qđ ⁊ inter-
fecit eũ: et tranſtulit regnum eius ad
dauid filium yſai. xi

Congregatus eſt igitur oĩs iſrł
ad dauid in hebron dicens. Os
tuum ſumus. et caro tua. Heri quoqꝫ
et nudiuſtercius cum adhuc regnaret
ſaul: tu eras qui educebas et introdu-
cebas iſrahel. Tibi enĩ dixit dñs deus
tuus. Tu paſces pp̃lm meum iſrahel: ⁊
tu eris princeps ſup eũ. Venerũt ergo
omnes maiores natu iſrł ad regẽ in he-
bron: et inijt dauid cũ eis fedus coram
dño. Vnxerũtqꝫ eũ regem ſup iſrahel:
iuxta ſermonẽ dñi quem locutus eſt in
manu ſamuel. Abijt quoqꝫ dauid et oĩs
iſrahel in ihrłm. Hec eſt iebus: vbi erãt
iebuſei habitatores terre. Dixerũtqꝫ q̃
habitabant in iebus ad dauid. Non
ingredieris huc. Porro dauid cepit ar-
cem ſyon: que ẽ ciuitas dauid. Dixitqꝫ
Omis qui pcuſſerit iebuſeum in pmis
erit princeps et dux. Aſcendit igitur
primus ioab filius ſaruie: et factus eſt
princeps. Habitauit autẽ dauid in ar-
ce: et idcirco appellata eſt ciuitas dauid
Edificauitqꝫ vrbem in circuitu a mello
uſqꝫ ad gyrum. Ioab aũt reliqua vr-
bis extruxit. Proficiebatqꝫ dauid va-
dens et creſcens: et dñs exercituum erat
cũ eo. Hij principes virorꝫ fortiũ dauid
qui adiuuerũt eum: ut rex fieret ſuper
omnem iſrahel: iuxta verbũ dñi quod
locutus eſt ad iſrahel: et iſte numerus
robuſtorũ dauid. Ieſbaam filius aba-
moni: pñceps inter triginta. Iſte leua-
uit haſtam ſuã ſup trecẽtos vulneratos

vna vice. Et poſt eū eleazar fili⁹ patrui
eius ahoites: qui erat inter tres poten-
tes. Iſte fuit cum dauid in aphes dom-
mim: quādo philiſtijm cōgregati ſunt
ad locū illū in prelū. Et erat ager regi-
onis illius · plen⁹ ordeo: fugeratq; po-
pulus a facie philiſtīnoꝝ. Hij ſteterūt
in medio agri: et defenderūt eum. Cūq;
percuſſiſſent philiſteos: dedit dñs ſalu-
tem magnā ꝑplo ſuo. Deſcenderūt autē
tres de triginta principibꝫ ad petram in
qua erat dauid ad ſpeluncā odollam:
quādo philiſtijm fuerant caſtrametati
in valle raphaim. Porro dauid erat in
pſidio: et ſtatio philiſtīnoꝝ ī bethleem
Deſiderauit igitur dauid: et dixit. O ſi
quis daret michi aquā de ciſterna beth-
leem: que eſt in porta. Tres ergo iſti ꝑ
media caſtra philiſtīnoꝝ perrexerūt: et
hauſerūt aquā de ciſterna bethleem que
erat in porta: et attulerūt ad dauid ut
biberet. Qui noluit: ſed magis libauit
illam dño dicens. Abſit ut ī cōſpectu
dei mei hoc faciam: et ſanguinē virorū
iſtoꝝ bibam: quia in periculo animarū
ſuarū attulerūt michi aquam. Et ob
hanc cauſam noluit bibere. Hec fecerūt
tres robuſtiſſimi. Abiſai quoq; frater ioab
ipſe erat pñceps triū: et ipſe leuauit ha-
ſtam ſuā cōtra trecētos vulneratos: et
ipſe erat inter tres nominatiſſimus: inter
tres ſcōs: inclitus et pñceps coꝝ. Ve-
runtamē uſq; ad tres primos nō perue-
nerat. Banaia filius ioiade viri robu-
ſtiſſimi qui multa opera ꝑpetrat de capſe-
hel: ipſe percuſſit duos arihel moab. Et
ipſe deſcēdit ⁊ interfecit leonē in media
ciſterna tempore niuis: et ipſe percuſſit
virū egiptiū · cui⁹ ſtatura erat qñq; cu-
bitoꝝ: et habebat lanceam ut liciatori
um texencīū. Deſcendit igitur ad eū cū
virga: et rapuit haſtā quā tenebat ma-
nu: et interfecit eū haſta ſua. Hec fecit
banaia filius ioiade · qui erat inter tres
robuſtos nominatiſſim⁹: inter triginta
primus. Verūtamen ad tres uſq; non
puenerat. Poſuit aūt eū dauid ad au-
riculā ſuam. Porro fortiſſimi viri in ex-
ercitu: aſahel frater ioab · et elcanan fi-
lius patrui eius de bethleem: ſammoth
arodites · helles plonites · iras filius ac-
ces thecuites · abiezer anatothites · ſub-
ochai vſatites ilai ahotites · marai neto-
phatites · heleth filius baana netopha-
tites · ethai fili⁹ ribai de gabaath filioꝝ
beniamin: banaia pharathonites · hu-
rai de torrente gaas: abiel arabathites
azmoth bauramites · eliaba ſalabonites
filij aſſen gezoni · ionathan filius ſaie
ararithes ahiam fili⁹ ſachar ararithes
eliphal filius vr: epher meheratithes
ahia phellonites · ezro carmelites · na-
arai filius azbi: iohel frater nathan · mi-
baar filius agarai · ſelech ammonites ·
naarai berothites armiger ioab filij ſar-
uie: iras iethreus · vrias hethe⁹: zabad
filius ooli: adyna filius ſechar rubeni-
tes pñceps rubenitaꝝ · et cū eo triginta
hanaan fili⁹ macha et ioſaphat matha-
nites · ozias aſtharothites · ſēma et iahi-
hel filij hothan aroerithes · iedihel fili⁹
ſamri et ioha frater eius thoſaites · heli-
hel mahumites ⁊ ieribai et ioſoia filij el-
naem · ⁊ iethma moabites elihel ⁊ obed
et iaſihel de moſobia. xij.

Hij quoq; venerūt ad dauid in ſiceleg:
cū adhuc fugeret ſaul filiū cis q
erāt fortiſſimi: et egregij pugnatores
tendentes arcū et vtraq; manu fundis
ſaxa iacientes · et dirigentes ſagittas.
De fribꝫ ſaul ex beniamin. Pñceps abi-
ezer ⁊ ionas filij ſamaa · gabbaathites

et iaſihel ꝛ phalleth filij azmoth ꝛ bara-
cha et iehu anathotites · ſamaias q̃ꝫ ga-
baonites · fortiſſimus inter triginta · et
ſuper triginta: ieremias et iheziel et io-
hannan · ꝛ iezabad gaderothites · ꝛ lu-
zai et ierimuth et baalia et ſamaria et
ſaphatia · araphites · Helcana et ieſia ·
et azrahel ꝛ ioezer ꝛ ieſbaam de careim:
ioela q̃ꝫ et zabadia filij ioroam de gedor
Sed et de gaddi tráſfugerũt ad dauid
cum lateret in deſerto · viri robuſtiſſimi
et pugnatores optimi: tenentes clipeũ
et haſtam. Facies eorũ quaſi facies leo-
nis: ꝛ veloces quaſi capree in montibꝰ
Ezer princeps: obdias ſcd's · eliab ter-
cius maſmana quartus · ieremias qn-
tus · ethi ſextus · heliel ſeptimꝰ · iohan-
nan octauus · helzebad nonꝰ · ieremias
decimus · bachanai vndecimꝰ. Hij de fi-
lijs gad: pñceps exercitꝰ. Nouiſſimꝰ cẽ-
tum militibus preerat: ꝛ maximꝰ mille
Iſti ſunt qui tranſierũt iordanen men-
ſe primo quãdo inundare cõſueuit ſup
ripas ſuas: ꝛ omes fugauerũt qui mo-
rabantur in vallibꝰ ad orientalem pla-
gam et ꝛ occidentalem. Venerũt autem
et de beniamin et de iuda ad preſidiũ in
quo morabatur dauid. Egreſſuſq; eſt
dauid obuiam eis ꝛ ait. Si pacifice ve-
niſtis ad me · ut auxiliemini michi: cor
meum iungatur vobis. Si aũt inſidi-
amini michi pro adũſarijs meis · cum
ego iniquitatem in manibꝰ nõ habeam
videat deus patrũ nr̃orũ et iudicet. Spi-
ritus vero dñi induit abiſai principem
inter triginta · et ait. Tui ſumus o da-
uid: et tecũ fili iſai. Pax pax tibi: ꝛ pax
adiutoribꝰ tuis. Te eñ adiuuat deus
tuus. Suſcepit ergo eos dauid: et cõ-
ſtituit pñapes turme. Porro de manaſ-
ſe tráſfugerunt ad dauid quando ve-
niebat cũ philiſtijm aduerſus ſaul ut
pugnaret et nõ dimicauit cum eis: qꝛ
inito conſilio remiſerunt eum principes
philiſtinorũ dicentes. Periculo capitis
noſtri reuertetur ad dominũ ſuũ ſaul.
Quando igitᵉ reuerſus eſt in ſiceleg trãſ-
fugerunt ad eum de manaſſe ednas et
iozabad ꝛ iedihel et michael ꝛ ednas ꝛ
ioſabath ꝛ helin ꝛ ſalathi · pñcipes mi-
litum in manaſſe. Hij pbuerũt auxiliũ
dauid aduerſus latrunculos. Omnes
eñ erant viri fortiſſimi: et facti ſũt pñ
cipes in exercitu. Sed et per ſingulos
dies veniebãt ad dauid · ad auxiliandũ
ei: uſq; dum fieret grandis numerus
quaſi exercitus dei. Iſte quoq; eſt nu-
merus pñcipum exercitus qui venerũt
ad dauid cũ eſſet in hebron: ut transfer-
rent regnũ ſaul ad eũ iuxta verbũ dñi.
Filij iuda portantes clipeum et haſtam
ſex milia octingenti expediti ad preliũ.
De filijs ſymeon: virorũ fortiſſimorũ
ad pugnandum ſeptem milia centum.
De filijs leui: quatuor milia ſexcenti.
Ioiada quoq; princeps de ſtirpe aaron
et cum eo tria milia ſeptingẽti. Sadoch
etiam puer egregie indolis: et domus
patris eius principes viginti duo. De
filijs aũt beniamin fratribus ſaul: tria
milia. Magna enim pars eorũ adhuc
ſequebatur domum ſaul. Porro de fi-
lijs ephraim viginti milia octingenti:
fortiſſimi robore · viri nominati ĩ cogna
tionibus ſuis. Et ex dimidia tribu ma-
naſſe decem et octo milia: ſinguli p no-
mina ſua venerũt ꝛ conſtituerent regẽ
dauid. De filijs quoq; yſachar viri eru-
diti qui nouerant ſingula tempora ad
precipiendum quid facere deberet iſra-
hel: principes ducenti. Omnis aũt reli-
qua tribus · eorũ conſiliũ ſequebatur

Porro de zabulon qui egrediebātur ad
preliū ⁊ ſtabant in acie inſtructi armis
bellicis qūquaginta milia venerūt ī auxi-
liū: nō in corde duplici. Et de neptalim
pñcipes mille: et cū eis inſtructi clipeo
et haſta triginta ⁊ ſeptē milia. De dan
etiā preparati ad preliū: vigintiocto mi-
lia ſexcenti. Et de aſer egrediētes ad pu-
gnam ⁊ in acie prouocantes: quadra-
ginta milia. Trans iordanen autē de
filijs ruben et de gad. et dimidia parte
tribꝫ manaſſe: inſtructi armis bellicis
centum viginti milia. Omnes iſti viri
bellatores expediti ad pugnandū corde
perfecto venerūt in hebron: ut conſti-
tuerent regem dauid ſuper vniuerſum
iſrahel. Sed et omēs reliqui ex iſrahel
vno corde erāt ut rex fieret dauid: fue-
runtqꝫ ibi apud dauid tribus diebus
comedentes et bibētes. Preparauerant
enī eis fratres ſui. Sed ⁊ qui iuxta eos
erant uſqꝫ yſachar et zabulon ⁊ nepta-
lim. afferebant panes in aſinis et ca-
melis et mulis ⁊ bubꝫ ad veſcendū. fa-
rinā palatas vuampaſſam vinū oleū
boues arietes ad omnem copiā. Gau-
dium quippe erat in iſrahel ·xiij·
Iniit aūt conſiliū dauid cū tribunis et
centurionibꝫ et vniūſis principibꝫ: et
ait ad omnē cetū iſrahel. Si placet vo-
bis. et a dño deo noſtro egredietur ſer-
mo quē loquor: mittamus ad fratres
noſtros reliquos in vniūſas regiones
iſrahel. et ad ſacerdotes et leuitas qui
habitant in ſuburbanis vrbiū. ut cō-
gregentur ad nos: et reducam⁹ archā
dei noſtri ad nos. Non enī reqſiuimus
eam in diebꝫ ſaul. Et reſpondit vniū-
ſa multitudo ut ita fieret. Placuerat enī
ſermo omnī pplo. Cōgregauit ergo da-
uid cunctum iſrahel a ſyor egipti uſqꝫ
dum ingrediaris emath: ut adduceret
archam dei de cariathiarim. Et aſcendit
dauid et omīs vir iſrahel ad collem ca-
riathiarim que eſt in iuda: ut afferret
inde archam dñi dei ſedentis ſuper cheru-
bim vbi inuocatū eſt nomē eius. Im-
poſueruntqꝫ archam dei ſup plauſtrū no-
uum de domo aminadab. Oza autē et
fratres eius minabāt plauſtrū. Porro
dauid et vniūſus iſrl ludebāt corā deo
omī virtute. in canticis. et in citharis
et pſalterijs ⁊ timpanis. et cimbalis et
tubis. Cum aūt peruenissent ad aream
chidon. tetendit oza manū ſuā ut ſuſtē-
taret archam: bos quippe laſciuiēs pau-
lulū inclinauerat eā. Iratus eſt itaqꝫ
dñs cōtra ozam. et percuſſit eū eo ꝙ teti-
giſſet archam. et mortuus eſt ibi corā
domino. Cōtriſtatuſqꝫ eſt dauid eo ꝙ
diuiſiſſet dñs ozam: vocauitqꝫ locum
illū diuiſio oze uſqꝫ in pñtem diē. Et
timuit deū tunc temporis dicens. Quo-
modo poſſū ad me introducere archam
dei? Et ob hanc cauſam nō adduxit eā
ad ſe. hoc ē in ciuitatē dauid: ſed auertit
in domū obededom gethei. Manſit ergo
archa dei in domo obededom tribꝫ men-
ſibus: ⁊ benedixit dñs domui eius. et
omnibus que habebat ·xiiij·
Miſit qꝫ hiram rex tyri nuncios ad
dauid. et ligna cedrina et artifi-
ces parietū lignorūqꝫ: ut edificarent ei
domū. Cognouitqꝫ dauid eo ꝙ cōfir-
maſſet eum dñs in regem ſuper iſrahel:
et ſubleuatū ē regnū ſuū ſup pplm ei⁹
iſrahel. Accepit qꝫ dauid alias vxores
in ihrlm: genuitqꝫ filios et filias. Et
hec nomina eorū qui nati ſunt ei in ihe-
ruſalē. Samma ⁊ ſobab nathan et ſa-
lomon iebar ⁊ eliſu ⁊ eliphalech. noga
quoqꝫ et napheg. et iaphie eliſama et

baliada et eliphaleth. Audientes autē
philiſtijm eo q vnctus eſſet dauid in
regem ſuper vniuſum iſrl': aſcenderunt
omēs ut quererēt eum. Quod cū audiſ-
ſet dauid · egreſſus eſt obuiā eis. Por-
ro philiſtijm venientes diffuſi ſūt in val-
le raphaim. Conſuluitq; dauid dñm
dicens. Si aſcendam ad philiſteos · et
ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei
dominus. Aſcende et tradam eos in ma-
nu tua. Cumq; illi aſcendiſſent in baal-
pharaſim · percuſſit eos ibi dauid ꝛ dixit
Diuiſit deus inimicos meos p manum
meam ſicut diuidūtur aque: et idcirco
vocatū eſt nomen loci illi⁹ baalphara-
ſim. Dereliquerūtq; ibi deos ſuos: quos
dauid iuſſit exuri. Alia quoq; vice phili-
ſtijm irruerūt · et diffuſi ſunt in valle.
Cōſuluitq; rurſum dauid deū: et dixit
ei deus. Nō aſcēdas poſt eos: recede ab
eis et venies cōtra illos ex aduerſo pi-
rorum. Cumq; audieris ſonitū gradiētis
in cacumine pirorum: tunc egredieris ad
bellum. Egreſſus ē enī deus ante te ut
percutiat caſtra philiſtijm. Fecit ergo da-
uid ſicut preceperat ei deus: et percuſſit ca-
ſtra philiſtinorum de gabaon uſq; gazera
Diuulgatumq; eſt nomē dauid ī vniuer-
ſis regionibus: et dominus dedit pauorē
eius ſuper omnes gentes · xv ·

Fecit quoq; ſibi domos in ciuitate
dauid: et edificauit locū arche dei
tetenditq; ei tabernaculum. Tunc dixit
dauid. Illicitū eſt ut a quocumq; porte-
tur archa dei: niſi a leuitis quos elegit
dominus ad portandū eam · et ad mini-
ſtrandū ſibi uſq; in eternū. Cōgregauit
q; vniuſum iſrahel in ihrlm · ut afferet
archa dei in locū ſuū quē preparauerat
ei: necnon ꝛ filios aaron ꝛ leuitas. De
filijs caath vriel pñceps fuit ꝛ fratres
eius ducentiuiginti. De filijs merari ·
aſaia pñceps et fratres eius ducentitri-
ginta. De filijs gerſon · iohel et fratres
eius centūtriginta. De filijs eliſaphan
ſemeias princeps ꝛ fratres eius ducenti.
De filijs hebron · elihel princeps et fra-
tres ei⁹ octoginta. De filijs ozihel · ami-
nadab princeps ꝛ fratres eius centum
duodecim. Vocauitq; dauid ſadoch et
abiathar ſacerdotes et leuitas · vrihel:
aſaiam · iohel ſemeiā elihel ꝛ aminadab
et dixit ad eos. Vos qui eſtis pñcipes
familiarum leuiticarū · ſanctificamini cum
fratribus veſtris: et afferte archā dñi dei
iſrahel ad locū qui ei preparatus eſt: ne
ut a principio quia nō eratis preſentes per-
cuſſit nos dñs · ſic et nūc fiat · illicitū
quid nobis agentibus. Sanctificati ſūt
ergo ſacerdotes et leuite · ut portarent
archam domini dei iſrl'. Et tulerūt filij
leui archam dei ſicut preceperat moyſes iu-
xta verbū dñi humeris ſuis in vectibus.
Dixitq; dauid principibus leuitarum · ut cō-
ſtituerent de fratribus ſuis cantores in
organis muſicorū · nablis videlicet et
liris ꝛ cimbalis: ut reſonaret ī excelſis
ſonitus leticie. Conſtitueruntq; leuitas
heman filiū iohel · ꝛ de fratribus ei⁹ aſaph
filiū barachie: de filijs vero merari fra-
tribus eorū · ethan filiū chaſaie et cum
eis fratres eorum. In ſecundo ordine · za-
chariam et ben et iazihel et ſemiramoth
et iehihel · et ani · heliab et banaiam et
maaſiam et mathathiā · et eliphalu et
maceniam ꝛ obededom et iehihel ianito-
res. Porro cantores heman · aſaph · et
ethan · in cimbalis eneis cōcrepantes.
Zacharias aūt et ozihel et ſemiramoth
et iahihel et ani eliab ꝛ maaſias · et ba-
naias · in nablis archana cātabāt. Por-
ro mathathias ꝛ eliphalu et macenias

et obededom · et iehihel ⁊ ozaziu i citha:
ris pro octaua canebant · epinichion·
Chonenias aūt princeps leuitaꝝ ꝓphe:
tie ꝑerat: et ad precinendā melodiam·
Erat quippe valde ſapiēs· Et barachias
et helcana · ianitores arche· Porro ſebe
nias et ioſaphat et nathanael et amaſai
et zacharias ⁊ banaias ⁊ eliezer ſacer:
dotes clangebāt tubis corā archa dei: ⁊
obededom ⁊ ahias erāt ianitores arche·
Igit̄ dauid ⁊ oēs maiores natu iſra:
hel ⁊ tribuni · ierūt ad deportandā archā
federis dn̄i de domo obededom · cū leticia·
Cūq; adiuuiſſet deus leuitas qui porta-
bant archam federis dn̄i: immolabātur
ſeptem thauri ⁊ ſeptem arietes· Porro
dauid erat indutꝰ ſtola biſſina: ⁊ vni-
uerſi leuite q̄ portabāt archā federis cāto-
reſq; ⁊ chonenias pn̄ceps ꝓphetie inter
cātores· Dauid aūt indutꝰ erat ephot
lineo· Vniuerſuſq; iſrahel deducebāt ar-
cham federis dn̄i: in iubilo ⁊ ſonitu bu-
cine et tubis ⁊ cimbalis et nablis et ci:
tharis cōcrepātes· Cunq; puenisset ar-
cha federis dn̄i uſq; ad ciuitatē dauid:
michol filia ſaul ꝓſpiciens p feneſtrā·
vidit regē dauid ſaltantē atq; ludentē:
et deſpexit eū in corde ſuo· xvi·

Attulerūt igit̄ archam dei ⁊ conſti:
tuerunt eam i medio tabernaculi
quod tetenderat ei dauid: et obtulerūt
olocauſta ⁊ pacifica corā deo· Cūq; cō:
pleſſet dauid offerēs olocauſta ⁊ paci:
fica benedixit populo i nomine dn̄i: et
diuiſit vniuerſis per ſingulos a viro
uſq; ad mulierē tortam panis · ⁊ partē
aſſe carnis bubale: ⁊ frixā oleo ſimilā·
Cōſtituitq; coram archa dn̄i de leuitis
qui miniſtrarēt et recordarentur operū
eius · ⁊ glorificarent atq; laudarēt do:
minū deū iſrahel: aſaph principē ⁊ ſcd̄m
eius zachariam· Porro iahihel ⁊ ſemi:
ramoth · ⁊ iehihel · ⁊ mathathiā · ⁊ eli:
ab · ⁊ banaiam · ⁊ obededom · ⁊ iehihel ·
ſup organa pſalterij ⁊ liras: aſaph aūt
ut in cimbalis pſonaret: banaiam ve:
ro ⁊ aziel ſacerdotes · canere tuba iugi-
ter coram archa federis dn̄i· In illo die
fecit dauid principē ad cōfitendum dn̄o
aſaph et fratres eius· Cōfitemini dn̄o
et inuocate nomē eius: notas facite in
populis adinuentiones eius· Cātate ei
et pſallite ei · ⁊ narrate oīa mirabilia
eius: laudate nomē ſanctū eius letetur
cor querentium dn̄m· Querite dominū
et virtutē eius: querite faciē eius ſemp
Recordamini mirabiliū eiꝰ que fecit · ſi:
gnoꝝ illius et iudicioꝝ oris eius· Se:
men iſrl̄ ſerui eiꝰ: filij iacob electi eius·
Ipſe dn̄s deus noſter: in vniuerſa ter:
ra iudicia eius· Recordamini in ſempi:
ternū pacti eiꝰ: ſermonis quē precepit
in mille generationes· Quē pepigit cū
abraham ⁊ iuramēti illius cū yſaac· Et
conſtituit illud iacob in ꝑceptū: et iſra-
hel in pactū ſempiternū dicēs· Tibi da-
bo terrā chanaan · funiculū hereditatis
veſtre· Cum eſſent pauci numero · par:
ui et coloni eius· Et trāſierūt de gente i
gentem: et de regno ad pp̄lm alteꝝ· Nō
dimiſit quēq̄ calumniari eos: ſed in:
crepauit pro eis reges· Nolite tangere
criſtos meos: et in ꝓphetis meis nolite
malignari· Cantate dn̄o omnis terra:
annūciate ex die i diē ſalutare eiꝰ· Nar-
rate in gentibꝫ gloriā eius: ⁊ in cunctis
populis mirabilia eius· Quia magnus
dominꝰ ⁊ laudabilis nimis: ⁊ horribi-
lis ſup oēs deos· Oēs eni dij popu:
loꝝ ydola: dn̄s aūt celos fecit· Cōfeſſio
et magnificētia corā eo fortitudo ⁊ gau:
diū in loco eius· Afferte domino familie

populoꝝ: afferte dño gloriã ⁊ imperiũ:
date dño gloriam nomini eius. Leuate
ſacrificium ⁊ venite in conſpectu eius:
et adorate dñm i decore ſancto. Cõmo-
ueatur a facie eius omnis terra: iſpe eñ
fundauit orbem immobilẽ. Letentur ce-
li ⁊ exultet terra: ⁊ dicant in nationibꝫ
domin⁹ regnauit. Tonet mare ⁊ pleni-
tudo eius: exultẽt agri ⁊ omnia que in
eis ſunt. Tunc laudabũt ligna ſalt⁹
coram dño: quia venit iudicare terrã.
Confitemini dño quoniã bonus: quo-
niã ineternũ miſericordia eius. Et dici-
te: ſalua nos deus ſaluator noſter: ⁊ cõ-
grega nos ⁊ erue de gentibꝫ: ut cõfite-
amur nomini ſancto tuo: ⁊ exultem⁹
in carminibꝫ tuis. Benedict⁹ dñs deus
iſrahel ab eterno uſqꝫ ineternũ: ⁊ dicat
oĩs pplus amẽ et ymnũ deo. Dereliquit
itaqꝫ ibi corã archa federis dñi aſaph ⁊
fratres eius: ut miniſtrarẽt in cõſpectu
arche iugiter per ſingulos dies ⁊ vices
ſuas. Porro obededom ⁊ fratres ei⁹ ſex-
agintaocto ⁊ obededom filium ydithun
et oſa · cõſtituit ianitores. Sadoch aũt
ſacerdotem et fratres eius ſacerdotes co-
ram tabernaculo dñi inexcelſo quod e-
rat in gabaon: ut offerrent olocauſta
dño ſuper altare olocauſtomatis iugi-
ter mane ⁊ veſpere: iuxta omĩa que ſcri-
pta ſunt in lege domini quam precepit
iſraheli. Et poſt eũ: heman · ⁊ ydithum
et reliquos electos · vnumquenqꝫ vo-
cabulo ſuo ad confitendum domino
quoniam in eternum miſericordia eius
Heman q̃ꝫ et ydithun canentes tuba ⁊
quatientes cimbala · et omĩa muſicorũ
organa ad canendum dño. Filios autẽ
ydithun fecit eſſe portarios. Reuerſuſqꝫ
eſt omĩs popul⁹ in domũ ſuã: et dauid
ut bñdiceret etiam domui ſue. xvij

Cum aũt habitaret dauid ĩ domo
ſua: dixit ad nathan pphetã. Ec-
ce ego habito in domo cedrina: archa
autem federis domini ſub pellibus eſt.
Et ait nathan ad dauid. Omnia que ĩ
corde tuo ſunt fac: dominus enim tecũ
eſt. Igitur nocte illa factus eſt ſermo
domini ad nathan dicens. Vade et loq̃-
re dauid ſeruo meo. Hec dicit domin⁹
Non edificabis tu michi domũ ad ha-
bitandum. Neqꝫ eñ manſi in domo ·
ex eo tempore quo eduxi iſrahel de terra
egipti uſqꝫ ad hanc diem: ſed fui ſemp
mutãs loca tabernaculi · et in tentorio
manẽs cũ omĩ iſrahel. Numquid locu-
tus ſum ſaltẽ vni iudicũ iſrahel quib⁹
p̃ceperam ut paſcerẽt pplm meũ · et dixi
quare non edificaſti michi domũ cedri-
nam? Nũc itaqꝫ ſic loqueris ad ſeruũ
meũ dauid. Hec dicit dñs exercituum
Ego tuli te cũ in paſcuis ſequereris gre-
gem · ut eſſes dux populi mei iſrahel: ⁊
fui tecum quocũqꝫ perrexiſti: ⁊ interfeci
omẽs inimicos tuos corã te: feciqꝫ tibi
nomen quaſi vnius magnorum qui
celebrantur in terra. Et dedi locum po-
pulo meo iſrahel. Plantabitur et ha-
bitabit in eo · et vltra non commoue-
bitur nec filij iniquitatis atterẽt eos ſi-
cut a principio · ex diebus quib⁹ dedi
iudices pplo meo iſrl: et humiliaui vni-
uerſos inimicos tuos. Annũcio ergo tibi
quod edificaturus ſit tibi dñs domũ.
Cũqꝫ impleueris dies tuos ut vadas
ad p̃res tuos: ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt
te quod erit de filijs tuis · et ſtabiliam
regnũ eius. Ipſe edificabit michi do-
mũ ⁊ firmabo ſoliũ eius uſqꝫ ineternũ
Ego ero ei in patrẽ · ⁊ iſpe erit michi in
filiũ: ⁊ miſericordiã meã non auferam
ab eo ſicut abſtuli ab eo q̃ ante te fuit.

Et ſtatuā eū in domo mea · et in regno
meo uſqꝫ in ſempiternū: ⁊ thron⁹ ei⁹
erit firmiſſimus imppetuū. Juxta oīa
verba hec · et iuxta vniuerſam viſionē
iſtā: ſic locutus eſt nathan ad dauid.
Cumqꝫ veniſſꝫ rex dauid et ſediſſꝫ corā
dn̄o: dixit. Quis ego ſum dn̄e deus ·
et que domu⁹ mea · ut preſtares michi
talia? Sed ⁊ hoc paꝝ viſum ē in con-
ſpectu tuo. Ideoqꝫ locutus es ſuper do-
mū ſerui tui etiā in futuꝝ: et feciſti me
ſpectabilē ſup omnes homines. Dn̄e
deus me⁹ qd vltra addere poteſt dauid
cum ita glorificaueris ſeruū tuū et co-
gnoueris eum? Domine ꝓpter famulū
tuū iuxta coꝛ tuū feciſti omnē magnifi-
centiam hāc: ⁊ nota eſſe voluiſti vniuer-
ſa magnalia. Domine non eſt ſimilis
tui: ⁊ non ē alius deus abſqꝫ te ex omi-
bus quos audiuimus auribus nr̄is.
Quis enim ē ali⁹ ut pp̄ls tuus iſrl̄ · gēs
vna ī terra ad quā perrexit deus ut libe-
raret ⁊ faceret populū ſibi: et magni-
tudine ſua atqꝫ terroꝛibꝫ eiceret natio-
nes a facie ei⁹ quē de egipto liberarat?
Et poſuiſti populū tuū iſrl̄ tibi ī popu-
lum uſqꝫ in eternū: ⁊ tu dn̄e factus es
deus eius. Nūc igit̄ dn̄e ſermo quē lo-
cutus es famulo tuo ⁊ ſuper domū eiu⁹
cōfirmetur imppetuū: ⁊ fac ſicut locu-
tus es: permaneatqꝫ et magnificet̄ no-
men tuū uſqꝫ in ſempiternū: et dicat̄
domin⁹ exercituū deus iſrahel · et dom⁹
dauid ſerui ei⁹ permanēs corā eo. Tu
enim dn̄e deus meus reuelaſti auriculā
ſerui tui · ut edificares ei domū: et id-
circo inuenit ſeruus tuus fiduciam ut
oꝛet corā te. Nūc ergo dn̄e tu es de⁹ ⁊
locut⁹ es ad ſuū tuū tanta beneficia: ⁊
cepiſti benedicere domui ſerui tui ut ſit
ſemper coꝛam te. Te enim domine be-
nedicēte · bn̄dicta erit in ppetuū. xviij.
Factū eſt aūt poſt hec ut percuteret
dauid philiſtijm ⁊ humiliaret e-
os: ⁊ tolleret geth ⁊ filias ei⁹ de manu
philiſtijm: percuteretqꝫ moab et fierēt
moabite ſerui dauid · offerentes ei mu-
nera. Eo tēpoꝛe percuſſit dauid etiā ada-
dezer regē ſoba regionis emath: qn̄ do
perrexit ut dilataret imperiū ſuū uſqꝫ
ad flumen eufraten. Cepit ergo dauid
mille quadrigas eius ⁊ ſeptē milia e-
quitū ac viginti milia viroꝝ peditū.
Subneruauitqꝫ omēs equos curruū:
exceptis centū quadrigis quas reſerua-
uit ſibi. Superuenit aūt ⁊ ſirus dama-
ſcenus: ut auxiliū pberet adadezer regi
ſoba. Sed ⁊ hui⁹ percuſſit dauid vi-
ginti duo milia viroꝝ. Et poſuit mili-
tes ī damaſco: ut ſiria quoqꝫ ſeruiret
ſibi et offerret munera. Adiuuitqꝫ do-
minus eū in cunctis ad que perrexerat
Tulit qꝫ dauid pharetras aureas quas
habuerāt ſui adadezer ⁊ attulit eas ī ihe-
rusalē: necnō de thebath ⁊ chun · vrbi-
bus adadezer eris plurimū: de quo fe-
cit ſalomon mare eneū et columnas ·
et vaſa enea · Quod cū audiſſet thou
rex emath · percuſſiſſe videlicet dauid
omnē exercitū adadezer regis ſoba: mi-
ſit ad uram filiū ſuū ad regē dauid · ut
poſtularet ab eo pacē: ⁊ cōgratularet̄
ei eo quod percuſſiſſꝫ ⁊ expugnaſſꝫ ada-
dezer. Aduſarius quippe erat thou a-
dadezer. Sed ⁊ oīa vaſa aurea ⁊ ar-
gentea et enea cōſecrauit dauid rex do-
mino · cū argento et auro qd̄ tulerat ex
vniuerſis gentibꝫ: tā de ydumea ⁊ moab
et filijs āmon · ꝗ de philiſtijm ⁊ ame-
lech. Abiſai vero fili⁹ ſaruie percuſſit e-
dom in valle ſalinaꝝ decē ⁊ octo milia
et cōſtituit in edom preſidiū · ut ſeruiret

ydumea dauid. Saluauitq; dñs dauid
in cunctis ad que perrexerat. Regna-
uit ergo dauid ſuper vniuerſum iſrahel
et faciebat iudiciũ atq; iuſticiã cũcto po-
pulo ſuo. Porro ioab fili⁹ ſaruie erat
ſuper exercitũ: ⁊ ioſaphat fili⁹ abilud
a cõmẽtarijs. Sadoch aũt filius achi-
tob. ⁊ abimelech fili⁹ abiathar ſacerdo-
tes: et ſuſa ſcriba. Banaias q̃z fili⁹ io-
iade ſup legiones cerethi ⁊ felethi. Por-
ro filij dauid primi ad manum regis.
xix.
Accidit aũt ut moreretur
Naas rex filiorũ ãmon: et regna-
ret anon filius ei⁹ pro eo. Dixitq; da-
uid. Faciã miſericordiã cũ anõ filio na-
as. Preſtitit em̃ michi pater eius grati-
am. Miſitq; dauid nuncios ad cõſolã-
dum eum ſuper morte patris ſui. Qui
cũ perueniſſent in terram filiorũ ãmon.
ut conſolarentur anon: dixerunt prin-
cipes filiorũ ãmon ad anon. Tu forſitã
putas quod dauid honoris cauſa i pa-
trem tuũ miſerit qui cõſolarent te: nec
animaduertis qd ut explorent et inueſti-
gent et ſcrutent terrã tuã. venerit ad te
ſerui ei⁹. Igit anon pueros dauid decal-
uauit ⁊ raſit: ⁊ p̃cidit tunicas eorũ a na-
tibus uſq; ad pedes ⁊ dimiſit eos. Qui cũ
abiſſent ⁊ h̃ mãdaſſet dauid. miſit in oc-
curſũ eorũ. Grandem em̃ cõtumeliam ſu-
ſtinuerunt: ⁊ p̃cepit ut manerent in ihe-
richo donec creſceret barba eorũ. et tũc
reuerterẽtur. Videntes aũt filij ãmon qd
iniuriã feciſſent dauid. tam anon quã
reliquus popul⁹: miſerũt mille talẽta
argenti. ut cõducerẽt ſibi de meſopota-
mia ⁊ de ſiria maacha et de ſoba curr⁹ et
eqtes. Conduxerũtq; triginta duo mi-
lia curruum: et regẽ maacha cũ populo
eius. Qui cum veniſſent. caſtrametati
ſunt e regione medaba. Filij q̃z ãmon
congregati de vrbibus ſuis. venerũt ad
bellum. Quod cum audiſſet dauid: mi-
ſit ioab et omnem exercitum virorũ for-
tium. Egreſſiq; filij ãmon: direxerunt
aciem iuxta portã ciuitatis. Reges aũt
qui ad auxiliũ ei⁹ venerant ſeparatim i
agro ſteterũt. Igitur ioab intelligẽs
bellũ ex adũſo ⁊ poſt tergũ contra ſe fi-
eri: elegit viros fortiſſimos de vniũſo
iſrahel. et perrexit cõtra ſirũ. Reliquam
aũt partẽ populi dedit ſub manu abiſai
fratris ſui: ⁊ perrexerũt cõtra filios ãmõ
Dixitq;. Si vicerit me ſirus auxilio e-
ris michi: ſi aũt ſuperauerĩt te filij ãmõ
ero tibi in p̃ſidiũ. Cõfortare et agam⁹
viriliter ꝓ populo noſtro. ⁊ ꝓ vrbibus
dei noſtri. Dñs aũt qd in cõſpectu ſuo
bonũ eſt faciat. Perrexit ergo ioab et
popul⁹ qui cũ eo erat cõtra ſirũ ad pre-
liũ: ⁊ fugauit eos. Porro filij ãmon vi-
dentes quod fugiſſet ſirus. ipi q̃z fuge-
runt. abiſai fratrẽ eius: et ingreſſi ſũt
ciuitatẽ. Reuerſusq; eſt etiã ioab in ihe-
ruſalem. Videns aũt ſirus qd cecidiſſet
coram iſrahel: miſit nuncios. et addu-
xit ſirum q̃ erat tranſfluuiũ. Sophat
autẽ p̃ncipes milicie adarezer erat dux
eorum. Quod cum annunciatum eſſet
dauid: congregauit vniuerſum iſrahel
et tranſiuit iordanem: irruitq; in eos ⁊
direxit ex aduerſo aciem. illis contra
pugnantibus. Fugit autem ſirus iſra-
hel. Et interfecit dauid de ſiris. ſeptem
milia curruum et quadraginta milia
peditum: et ſophat exercitus principem
Videntes aũt ſerui adarezer ſe ab iſra-
hel eſſe ſuperatos: tranſfugerunt ad da-
uid et ſeruierunt ei. Noluitq; vltra ſi-
ria auxiliũ p̃bere filijs ãmon. xx.
Factum eſt autem poſt anni circu-
lum eo tempore quo ſolẽt reges

ad bella procedere · cõgregauit ioab ex=
ercitum ⁊ robur militie: ⁊ vaſtauit ter=
ram filiorꝫ ammon. Perrexitq; et obſe-
dit rabba. Porro dauid manebat ī ihe-
ruſalē quādo ioab percuſſit rabba · ⁊ de=
ſtruxit eā. Tulit autē dauid coronam
melchon de capite eius · ⁊ inuenit in ea
auri pondo talentū ⁊ p̄cioſiſſimas gem-
mas: fecitq; ſibi inde diadema. Manubi-
as quoq; vrbis plurimas tulit: popu-
lum aūt qui erat ī ea eduxit · et fecit ſu=
per eos tribulas · et trahas · et ferrata
carpenta trāſire: ita ut diſſecarentur et
cōtererent. Sic fecit dauid cūctis vr=
bibꝫ filiorꝫ ammon: et reuerſus eſt cū
omni populo ſuo in iheruſalē. Poſt hec
initū eſt bellum in gazer aduſum phi=
liſteos: in quo percuſſit ſobochai uſathi-
tes ſaphai de genere raphaim et humi=
liauit eos. Aliud quoq; bellū geſtū eſt
aduerſus philiſteos: in quo percuſſit a=
deodatus filiꝰ ſaltus bethleemites fra-
trē goliath gethei cuiꝰ haſte lignū q̄ſi
liciatoriū texētiū. Sed ⁊ aliud bellū ac-
cidit in geth: ī quo fuit homo longiſ=
ſimus ſenos habens digitos id eſt ſi-
mul viginti quatuor: qui et ipſe de ra=
phaim fuerat ſtirpe generatꝰ. Hic bla-
ſphemauit iſrahel: et percuſſit eū ionathā
filius ſamaa fratris dauid. Hij ſūt fi=
lij rapha in geth: qui ceciderunt in ma=
nu dauid et ſeruorꝫ eius. xxi.

Conſurrexit aūt ſathan cōtra iſrl':
et incitauit dauid ut numeraret
iſrl'. Dixitq; dauid ad ioab et ad prin-
cipes p̄pli. Ite et numerate iſrl' a berſa=
bee uſq; dan: et afferte michi numerū
ut ſciam. Reſponditq; ioab. Augeat
dn̄s populū ſuum centuplū quā ſunt
Nōne dn̄e mi rex · oēs ſerui tui ſūt?
Quare hoc querit dn̄s meus quod in
peccatū reputetur iſraheli? Sed ſermo
regis magis preualuit. Egreſſuſq; eſt
ioab et circuiuit vniuerſū iſrahel ⁊ reuer-
ſus eſt iheruſalem. Deditq; dauid nu=
merꝫ eorꝫ quos circuierat: ⁊ inuentꝰ eſt
ōmis numerus iſrahel mille milia ⁊ cē=
tum milia virorꝫ educētiū gladiū. De
iuda aūt · quadringenta ſeptuaginta
milia bellatorꝫ. Nam leui et beniamin
non numerauit: eo quod inuitus exe-
quereť regis imperiū. Diſplicuit autē
deo quod iuſſum erat: ⁊ percuſſit iſrahel
Dixitq; dauid ad deum · peccaui nimis
ut hoc facerē. Obſecro aufer iniq̄tatem
ſerui tui: q̄a inſipiēter egi. Et locutus
eſt dominꝰ ad gad videntē dauid dicēſ
Vade et loq̄re ad dauid · et dic ei. Hec
dicit dn̄s. Triū tibi optionē do: vnū
quod volueris elige ut faciā tibi. Cū-
q; veniſſet gad ad dauid · dixit ei Hec
dicit dn̄s. Elige quod volueris. Aut
tribꝫ annis peſtilentiā · aut tribꝫ menſi-
bus fugere te hoſtes tuos et gladiū e=
orum nō poſſe euadere: aut tribus die-
bus gladium domini ⁊ mortē verſari
in terra · et angelū dn̄i interficere in vni-
uerſis finibꝫ iſrahel. Nunc igitur vide
quid reſpōdeam ei qui miſit me. Et di=
xit dauid ad gad · Ex omī parte me an-
guſtie premūt. Sed melius michi eſt
ut incidā in manus dn̄i quia multe ſūt
miſerationes eiꝰ · quā in manus hoim
Miſit ergo dn̄s peſtilentiā in iſrahel: et
ceciderūt de iſrahel ſeptuaginta milia vi-
rorum. Miſit quoq; angelū in iheruſa-
lem: ut percuteret eam. Cumq; percutere=
tur · vidit dominꝰ et miſertus eſt ſuper
magnitudinē mali: et imperauit ange=
lo qui percutiebat. Sufficit iam: ceſſet
manus tua. Porro angelus dn̄i ſtabat
iuxta areā ornan iebuſei: leuāſq; dauid

oculos ſuos · vidit angelū domini ſtā=
tē inter celū et terrā: et euaginatū gla=
dium in manu eius · et verſum contra
iheruſalem: ⁊ ceciderunt tam ipſe ꝙ ma=
iores natu veſtiti cilicijs proni in terrā
Dixitq; dauid ad deum. Nonne ego ſū
q̇ iuſſi ut numeraret̄ ppl's ? Ego q̇ pec=
caui: ego q̇ malum feci · Iſte grex qđ
commeruit ? Domine deus meus vertat̄
obſecro man⁹ tua in me · et ī domū pa-
tris mei: ppl's aūt tuus nō percuciatur
Angelus aūt domini precepit gad ut
diceret dauid: ut aſcenderet extrueretq;
altare domino deo ī area ornan iebuſei ·
Aſcendit ergo dauid iuxta ſermonem
gad: quē locutus ei fuerat ex nomine
dñi. Porro ornan cum ſuſpexiſſet ⁊ vi=
diſſet angelum quatuorq; filij eius cū
eo: abſconderūt ſe. Nam eo tempore te-
rebant in area triticū. Igitur cum ve=
niret dauid ad ornan ↄſpexit eū ornan:
et proceſſit ei obuiam de area ⁊ adorauit
eū pronus in terram. Dixitq; ei dauid.
Da michi locū aree tue · ut edificem in
ea altare domino ita ut quātum valet
argentū accipias: et ceſſet plaga a po=
pulo. Dixit aūt ornan ad dauid. Tol=
le ⁊ faciat domin⁹ meus rex quodcūq;
ei placet. Sed ⁊ boues do ī olocauſtū
et tribulas in ligna: ⁊ triticū in ſacrifi=
cium: omnia libens p̄bebo. Dixitq; ei
rex dauid · Nequaquā ita fiet: ſed ar=
gentum dabo quantum valet. Neq;
enim tibi auferre debeo: ⁊ ſic offerre do
mino olocauſta gratuita. Dedit ergo
dauid ornā pro loco ſiclos auri iuſti=
ſſimi ponderis ſexcentos: ⁊ edificauit ibi
altare domino: obtulitq; olocauſta et
pacifica: et inuocauit deū et exaudiuit
eum in igne de celo ſuper altare olocau=
ſti. Precepitq; domin⁹ angelo ⁊ con=
uertit gladiū ſuum in vaginā. Protin⁹
ergo dauid videns qđ exaudiſſet eū do=
minus in area ornā iebuſei: immolauit
ibi · victimas. Tabernaclm autem dñi
quod fecerat moyſes in deſerto · ⁊ alta=
re olocauſtoꝝ ea tēpeſtate erat in excel=
ſo gabaon: ⁊ nō p̄ualuit dauid ire ad
altare ut ibi obſecraret deū. Nimio eīn
fuerat timore perterritus · videns gladi=
um angeli domini.

XXII.

Dixitq; dauid. Hec ē domus dei et
hoc altare in olocauſtū iſrl'. Et
precepit ut congregarentur omnes ꝓ-
ſeliti de terra iſrahel: et ↄſtituit ex eis
latomos ad cedendos lapides et polien=
dos · ut edificaretur domus dei. Ferrum
quoq; plurimū ad clauos ianuarū · et
ad commiſſuras atq; iuncturas prepa=
uit dauid: ⁊ eris pond⁹ innumerabile
Ligna q̄q; cedrina nō poterant eſtimari:
q̄ ſydonij et tirij deportauerūt ad dauid
Et dixit dauid. Salomon filius meus
puer paruulus ē ⁊ delicat⁹. Dom⁹ aūt
quam edificare volo dño talis eſſe de=
bet: ut ī cūctis regionibus nominetur
Preparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hāc
cauſā ante mortē ſuam oīs p̄parauit
impēſas. Vocauitq; ſalomonē filiū ſuū
et precepit ei ut edificaret domū domi=
no deo iſrahel. Dixitq; dauid ad ſalo=
monem. Fili mi: voluntatis mee fuit
ut edificarē domū nomini dñi dei mei:
ſed fact⁹ ē ſermo domini ad me dicens
Multū ſāguinem effudiſti et plurima
bella bellaſti: non poteris edificare do=
mū nomini meo · tanto effuſo ſangui=
ne coram me. Filius qui naſcētur tibi:
erit vir quietiſſimus. Faciam enim eū
requieſcere ab oībus inimicis ſuis p cir=
cuitū: ⁊ ob hāc cauſā pacific⁹ vocabit̄
et pacē ⁊ otiū dabo ī iſrl' cūctis dieb; ei⁹

Ipſe edificabit domū nomini meo: et
ipſe erit michi in filiū ⁊ ego ero illi i pa-
trem: firmaboqꝫ ſolium regni eius ſu-
per iſrahel in eternū. Nunc ergo fili mi
ſit domin⁹ tecum. et proſperare ⁊ edifi-
ca domū dn̄o deo tuo: ſicut locutus eſt
de te. Det qꝫ tibi dn̄s prudētiā ⁊ ſenſū:
ut regere poſſis iſrl̄. et cuſtodire legē
dn̄i dei tui. Tūc enim proficere poteri⁹:
ſi cuſtodieris mandata ⁊ iudicia q̄ pre-
cepit dn̄s moyſi ut doceret iſrahel. Con-
fortare ⁊ viriliter age: ne timea⁹ neqꝫ
paueas. Ecce ego ī pauptate mea pre-
paraui impenſas dom⁹ dn̄i auri talenta
centū milia: et argenti mille milia talē-
toꝝ: eris vero et ferri non eſt pondus:
vincitur enim numer⁹ magnitudine.
Ligna et lapides ꝑparaui ad vniuerſa
impēdia. Habes qꝫ plurimos artifices
latomos. et cemētarios. artificeſqꝫ li-
gnoꝝ. et omniū artium. ad faciendū o-
pus prudentiſſimos. in auro ⁊ argēto
et ere ⁊ ferro. cui⁹ non ē numer⁹. Sur-
ge igitur et fac: et erit dn̄s tecū. Pre-
cepit quoqꝫ dauid cunctis principibu⁹
iſrahel. ut adiuuarēt ſalomonē filium
ſuū: cernitis inquiens quod dn̄s deus
veſter vobiſcum ſit. et dederit vobis re-
quiem per circuitū. ⁊ tradiderit omnes
inimicos vr̄os in man⁹ veſtras: ⁊ ſub-
iecta ſit terra coram dn̄o ⁊ corā popu-
lo eius. Prebete igitur corda veſtra et
animas veſtras. ut queratis dn̄m deū
veſtrū: et cōſurgite ⁊ edificate ſanctu-
ariū domino deo: ut introducatur ar-
cha federis dn̄i et vaſa dn̄o cōſecrata ī
domū que edificat̄ nomini dn̄i. xxiii.
Igitur dauid ſenex et plenus dierū re-
gem cōſtituit ſalomonē filiū ſuū ſup
iſrahel: et cōgregauit om̄es principes
iſrl̄ ⁊ ſacerdotes atqꝫ leuitas. Numera-
tiqꝫ ſūt leuite a viginti annis ⁊ ſupra
et inuenta ſunt triginta octo milia vi-
roꝝ. Ex hijs electi ſunt ⁊ diſtributi in
miniſterium domus dn̄i vigintiquatu-
or milia: prepoſitoꝝ autē et iudicū ſex
milia. Porro quatuor milia ianitores
et totidem pſaltes canentes dn̄o in or-
ganis. que fecerat ad canēdū: ⁊ diſtri-
buit eos dauid per vices filioꝝ leui ger-
ſom videlicet et caath et merari. Filij
gerſom leedan ⁊ ſemei. Filij leedan prī-
cipes. iehihel. ⁊ zethan ⁊ iohel tres. Fi-
lij ſemei ſalomith ⁊ ozihel ⁊ aran tres.
Iſti principes familiaꝝ leedan. Porro
filij ſemei. leeth. ⁊ ziza ⁊ yaus ⁊ baria
Iſti filij ſemei quatuor. Erat autē le-
eth prior. ziza ſcd̄s. Porro yaus et ba-
ria non habuerūt plurimos filios: et
idcirco in vna familia vnaqꝫ domo cō-
putati ſunt. Filij caath. amram ⁊ yſa-
ar hebron ⁊ ozihel quatuor. Filij amrā
aaron ⁊ moyſes. Separatuſqꝫ ē aaron
ut miniſtraret in ſancta ſanctoꝝ. ipſe ⁊
filij eius in ſempiternū: ⁊ adoleret incē-
ſum dn̄o ſecūdū ritū ſuum: ac benedi-
ceret nomini eius in ꝑpetuū. Moyſi qꝫ
hominis dei filij annumerati ſunt in tri-
bu leui. Filij moyſi gerſom et eliezer.
Filij gerſom ſubuhel prim⁹. Fuerunt
autē filij eliezer roobia primus: ⁊ non
erāt eliezer filij alij. Porro filij roobia
multiplicati ſunt nimis. Filij yſaar ſa-
lomith prim⁹. Filij hebron ieriau pri-
mus amarias ſecūdus. iaziel tercius.
iheccmaan quartus. Filij ozihel micha
primus. ieſia ſecundus. Filij merari.
mooli ⁊ muſi. Filij mooli. eleazar ⁊ cis
Mortuus eſt autē eleazar. et non ha-
buit filios ſed filias: acceperūtqꝫ eas fi-
lij cis fratres earum. Filij muſi mooli
et eder ⁊ ierimuth tres. Hij filij leui in

cognationibus et familijs ſuis. prīci-
pes ꝑ uices ⁊ numerū capitū ſingulorū ·
qui faciebāt opa miniſterij dom⁹ dñi a
viginti ānis ⁊ ſupra. Dixit em̄ dauid.
Requiem dedit dñs deus iſrahel popu-
lo ſuo · et habitationem iheruſalem
uſq; in eternum: nec erit officij leuita-
rū ut ultra portēt tabernaculū · et omīa
vaſa eius ad miniſtrandū. Iuxta pre-
cepta quoq; dauid nouiſſima ſuppu-
tabit̄ numerus filiorum leui · a vigin-
ti ānis et ſupra: et erunt ſub manu fi-
liorum aaron. in cultum domus domi-
ni in veſtibulis et in exedris · et in loco
purificationis ⁊ in ſanctuario ⁊ i vni-
uerſis operibus miniſterij tēpli dñi.
Sacerdotes aūt ſuper panes ꝓpoſitio-
nis ⁊ ad ſimile ſacrificiū · ad lagana ⁊
azima. ⁊ ſartaginē · et ad torrendum:
⁊ ſuper om̄e pondus atq; menſuram.
Leuite vero ut ſtent mane ad ꝯfitēdū
et canendū dño: ſimiliterq; ad veſpe-
rā tam in oblatione olocauſtoꝝ dñi
q̄ȝ ſabbatis ⁊ kalendis ⁊ ſolemnitati-
bus reliquis · iuxta numerū ⁊ ceremo-
nias vniuſcuiuſq; rei · iugiter corā do-
mino: ⁊ cuſtodiāt obſuacōnes taber-
naculi federis · et ritū ſanctuarij · ⁊ obſ-
uationem filiorū aaron fratrū ſuoꝝ:
miniſtrent in domo dñi. xxiiij

Porro filijs aaron hee ꝑtiōnes
erant. Filij aaron nadab et abiu
et eleazar ⁊ ythamar. Mortui ſūt aūt
nadab et abiu āte patrem ſuum abſq;
liberis: ſacerdotioq; functus eſt eleazā
et ythamar. Et diuiſit eos dauid · id
eſt ſadoch de filijs eleazari et abimelech
de filijs ythamar ſecundum vices ſuas
et miniſterium: inuentiq; ſunt multo
plures filij eleazar in principib; viris
quam filij ythamar. Diuiſit autē eis
hoc eſt filijs eleazar principes ſedecim:
et filijs ythamar ꝑ familias et domos
ſuas octo. Porro diuiſit vtraſq; inter
ſe ⁊ familias ſortibus. Erāt em̄ princi-
pes ſanctuarij ⁊ principes domus dei: tā
de filijs eleazar q̄ȝ de filijs ythamar. De-
ſcripſitq; eos ſemeias fili⁹ nathanael
ſcriba leuites · corā rege ⁊ principib;
et ſadoch ſacerdote et abimelech filio
abiathar · principibus q̄ȝ familiarum
ſacerdotaliū ⁊ leuiticarum vnā domū q̄
ceteris ꝑerat eleazar · et alterā domū q̄
ſub ſe habebat ceteros ythamā. Exiuit
aūt ſors pma ioiarib · ſecunda iedeie · ter-
cia harim · q̄rta ſeorim · quīta melchia
ſexta maiman · ſeptīa accos · octaua
abia · nona iheſu · decima ſechenia · vn-
decima eliaſib · duodecima iacim · tredeci-
ma · hoppha. decimaquarta iſbaal · deci-
maquinta belga · decimaſexta emmer ·
decimaſeptima ezir · decimaoctaua aph-
phes · decimanona apheceia · viceſima
ezechiel: viceſimaprima iachim · viceſi-
maſecūda gamul · viceſimatercia dala-
iau · viceſima quarta mazziau. Hee
vices eorū ſecundum miniſteria ſua ut
ingrediant̄ domū dei · et iuxta ritū ſuū
ſub manu aaron patris eoꝝ: ſicut ꝑce-
perat dñs deus iſrł. Porro filioꝝ leui q̄
reliq̄ fuerāt de filijs amram · erat ſuba-
hel: ⁊ de filijs ſubahel iedeia. De filijs q̄ȝ
roobie pnceps ieſias. Yſaaris vero fili⁹
ſalemoth · filiuſq; ſalemoth · filiuſq;
ei⁹ · ieriau pm⁹ amarias ſcōs · iaziehel
terci⁹ iechmoan · q̄rtus. Fili⁹ oziehel mi-
cha · fili⁹ micha ſamir · frater micha ie-
ſia: filiuſq; ieſie zacharias. Filij merari
mooli · et muſi · filius oſian · benon:
fili⁹ q̄ȝ merari ozian: ⁊ ſoem ⁊ zachur ⁊
hebri. Porro mooli. Fili⁹ eleazar: q nō
habebat liberos. Fili⁹ vero cis ieramihel

Filij muſi mooli · eter et ierimoth.
Iſti filij leui ſcd̄m domꝰ familiaꝝ ſuaꝝ
Miſerūtq; et ipſi ſortes contra fratres
ſuos · filios aaron corā dauid rege · et
ſadoch ⁊ abimelech ⁊ principibꝫ fami-
liaꝝ ſacerdotaliū ⁊ leuiticaꝝ: tā maiores
q̄ minores om̄es ſors eq̄liter diuidebat
Igitur dauid et magiſtratus xxv·
exercitus ſegregauerūt in miniſteriū fi-
lios aſaph · et heman · et yditħun: qui
ꝓphetarent in citharis · ⁊ pſalterijs et
cimbalis · ſecundū numeꝝ ſuū · dedica-
to ſibi officio ſeruiētes De filijs aſaph
zachur ⁊ ioſeph et nathania ⁊ aſarela:
filij aſaph ſub manu aſaph ꝓphetan-
tes iuxta regem. Porro yditħun · gode-
lias ſori ieſeias ⁊ ſabias ⁊ mathatias ·
ſex ſub manu patris ſui yditħun: q̄ in
cithara ꝓphetabat ſup cōfitentes ⁊ lau-
dantes dn̄m. Heman quoq; filij hemā
bocciau mathanu ozihel ſubuhel ⁊ ihe-
rimoth ananias · anani · eliatha · geddel-
thi · et romethiezer · et ieſbaccaſa · mel-
lothi · othir · mozioth. Om̄es iſti filij
heman videntes regis in ſermonibꝫ dei
ut exaltaret cornu. Deditq; deus hemā
filios quatuordecim et filias tres. Uni-
uerſi ſub manu patris ſui ad cantandū
in templo dn̄i diſtributi erāt in cimba-
lis pſalterijs et citharis · in miniſteria
domꝰ dn̄i iuxta regem: aſaph videlicet
et yditħun et heman. Fuit aūt nume-
rus eoꝝ cū fratribꝫ ſuis qui erudiebāt
canticū dn̄i cūcti doctores ducenti octo-
gintaocto. Miſerūtq; ſortes per vices
ſuas · ex equo tam maior q̄ minor · do-
ctus pariter ⁊ indoctus. Egreſſaq; eſt
ſors prima ioſeph q̄ erat de aſaph: ſe-
cunda godolie · ipſi ⁊ filijs eius et fra-
tribus eius duodecim: tercia zachur et
filijs ⁊ fratribꝫ eius duodecim: quarta
yſari · filijs et fratribꝰ eius duodecim:
quinta nathanie filijs eius et fratribꝫ
eius duodecim: ſexta bocciau filijs ⁊ fra-
tribus eius duodecim: ſeptima iſrehela
filijs et fratribꝫ eius duodecim: octaua
yſaie filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ duodecim: no-
na mathanie filijs ⁊ fratribꝫ eius duo-
decim: decima ſemeie filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ
duodecim: vndecima eſrahel filijs ⁊ fra-
tribus eius duodecim: duodecima aſa-
bie filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ duodecim: tercia-
decima ſubahel filijs et fratribꝫ eius du-
odecim: quartadecima mathatie filijs ⁊
fratribꝫ eius duodecim: q̄ntadecima ihe-
rimoth filijs ⁊ fratribꝫ eius duodecim:
ſextadecima ananie filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ
duodecim: ſeptimadecima ieſbocaſe filijs
et fratribꝫ eiꝰ duodecim: octauadecima
anani filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ duodecim: no-
nadecima mellothi filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ
duodecim: viceſima eliatha filijs et fra-
tribus eius duodecim: viceſima prima
othir filijs ⁊ fratribꝫ eius duodecim: vi-
ceſima ſecūda godollathi filijs ⁊ fratri-
bus eiꝰ duodecim: viceſima tercia azihd
filijs ⁊ fratribꝫ eiꝰ duodecim: viceſima
quarta romamthiezer filijs et fratri-
bus duodecim. xxvi.

Diuiſiones aūt ianitoꝝ de choritis
meſellemia filius chore: de filijs
aſaph filij meſellemie · zacharias p̄mo-
genitus iadihel ſecūdus · zabadias ter-
cius · iathanael quartus · abilam quin-
tus · iohannan ſextus · helionai ſepti-
mus. Filij aūt obededom · ſemeias pri-
mogenitus · iozabad ſecundus · iohaa
tercius · ſachar q̄rtus · nathanahel quī-
tus · amihel ſextus · yſachar ſeptimus ·
phollathi octauus · quia benedixit illi
dominꝰ. Semeie aūt filio eius nati ſūt
filij p̄fecti familiaꝝ ſuaꝝ: erant eū viri

foꝛtiſſimi. Filij ergo ſemeie othni et ra-
phael · et obediel zabad et fratres eius
viri foꝛtiſſimi : heliu q̄ꝫ et ſamachias.
Omnes hij de filijs obededom ip̄i et filij
et fratres eoꝝ foꝛtiſſimi ad miniſtrādū
ſexagintaduo de obededom. Poꝛro meſel-
lamie filij et fratres eoꝝ robuſtiſſimi de-
cem ⁊ octo. Heboſa aūt id ē de filijs me-
rari ſemri pꝛinceps. Non em̄ habuerat
pꝛimogenitū: et idcirco poſuerat eū pa-
ter ei⁹ i pꝛincipē. Helchias ſcd̄s · tabeli-
as tercius · zacharias quart⁹. Omnes
hij filij et fratres hoſa tredecim. Hij di-
uiſi ſūt in ianitoꝛes : ut ſemꝑ pꝛincipes
cuſtodiarū ſicut ⁊ fratres eoꝛum mini-
ſtrarent in domo dn̄i. Miſſe ſunt ergo
ſoꝛtes ex equo · ⁊ paruis ⁊ magnis per
familias ſuas in vnamquāq; poꝛtarū.
Cecidit ergo ſoꝛs oꝛientalis ſelemie.
Poꝛro zacharie filio ei⁹ viro pꝛudentiſ-
ſimo et erudito · ſoꝛtito obtigit plaga
ſeptentrionalis. Obededom vero ⁊ filijs
eius ad auſtrū in qua parte dom⁹ erat ſe-
nioꝛum conciliū: ſephphima ⁊ hoſa ad
occidentem iuxta poꝛtā que ducit ad viā
aſcenſionis · cuſtodia cōtra cuſtodiam
Ad oꝛientem vero leuite ſex ⁊ ad aqui-
lonem quatuoꝛ per diem · atq; ad meri-
diem ſimiliter in die quatuoꝛ: et vbi e-
rat conſilium bini et bini. In cellulis
quoq; ianitorum · ad occidentem quatu-
oꝛ in via : biniq; per cellulas. Hee ſūt
diuiſiones ianitorum filiorum choꝛe et
merari. Poꝛro achias erat ſuper theſau-
ros domos domini · et vaſa ſanctoꝛum
Filij quoq; dan filij gerſonni. De ledan
princeps familiarum · ledan ⁊ gerſon-
ni iehieli: filij iehieli zathan ⁊ iohel fr̄s
eius ſuper theſauros domos domini am-
ramitis et yſaaritis et hebronitis et ho-
zihelitibꝫ. Subahel aūt filius gerſom

filij moyſi prepoſitus theſauris : frater
quoq; eius eliezer cuius filius raabia ·
et huius filius yſaias · et huius fili⁹ io-
ram · huius quoq; filius zechri · ⁊ hui⁹
filius ſelemith. Ip̄e ſelemith ⁊ fratres
eius ſuper theſauros ſanctoꝛū · que ſan-
ctificauit dauid rex et pꝛincipes famili-
arum et tribuni et centuriones · et du-
ces exercitus · de bellis et manubijs pre
liorum · que conſecrauerāt ad inſtaura-
tionem · et ſuppellectilem templi domini
Hec autem vniūſa ſanctificauit ſamu-
hel videns et ſaul filius cis · et abner fi-
lius ner · et ioab filius ſaruie: omniſq;
ſanctificauerant ea ꝑ manum ſalemith
et fratrem eius . Saraitis vero pꝛeerat
conenias et filij ei⁹ ad opa foris ſec⁹ ſu-
ꝑ iſrl̄ ad docēdū ⁊ iudicādū eos Poꝛro
de hebronitis aſabias et fratres ei⁹ viri
foꝛtiſſimi mille ſeptingenti pꝛeerant iſ-
raheli · trans ioꝛdanem cōtra occidentē
in cunctis operibꝫ dn̄i · ⁊ in miniſterium
regis. Hebꝛonitarum autem pꝛinceps
fuit hieria : ſecundum familias et cog-
nationes eoꝝ. Quadrageſimo anno
regni dauid recenſiti ſūt et inuēti ſūt vi-
ri foꝛtiſſimi iazer galaad : fratreſq; e-
ius robuſtioꝛis etatis duo milia ſeptin-
genti pꝛincipes · familiarum. Pꝛepoſuit
aūt eos dauid rex rubenitis et gadditis
et dimidie tribui manaſſe : in om̄e mi-
niſterium dei et regis. · xxvij ·

Filij autem iſrahel ſecundum nu-
merum ſuum pꝛincipes familiaꝝ
tribuni ⁊ centuriones · ⁊ p̄fecti qui mi-
niſtrabant regi iuxta turmas ſuas · in-
gredientes et egredientes per ſingulos
menſes in anno : viginti quatuoꝛ mili-
bus ſinguli pꝛeerant. Pꝛime turme in
pꝛimo menſe iſboam pꝛeerat filius zab-
dihel : et ſub eo viginti quatuoꝛ milia.

De filijs phares: princeps cũctoꝝ prin-
cipum in exercitu mense primo. Secũ-
di mensis habebat turmam dudiaobi-
tes ⁊ post ſe alter nomine macelloth:
qui regebat partem exercit⁹ vigintiqua-
tuor miliũ. Dux quoq; turme tercie in
menſe tercio erat banaias filius ioiade
ſacerdos: ⁊ ĩ diuiſione ſua vigintiqua-
tuor milia. Ipſe eſt banaias fortiſſi-
mus inter triginta: et ſuper triginta.
Preerat aũt turme ipſius amizadab fi-
lius eius. Quartus menſe quarto aſa-
hel frater ioab. et zabadias filius eius
poſt eum: ⁊ in turma eius vigintiqua-
tuor milia. Quint⁹ menſe quinto prĩ-
ceps ſamaoth iezerites: ⁊ ĩ turma ei⁹
vigintiquatuor milia. Sextus menſe
ſexto hira filius acces thecuites: ⁊ ĩ tur-
ma eius vigintiquatuor milia. Septi-
mus menſe ſeptimo helles phallonite⁹
de filijs ephraim: et in turma eius vigi-
tiquatuor milia. Octauus menſe octa-
uo ſobochai uſathites de ſtirpe zarai: et
in turma eius vigintiquatuor milia.
Nonus menſe nono abiezer anathoti-
tes de filijs iemini: et in turma eius vi-
gintiquatuor milia. Decim⁹ menſe de-
cimo marai et ipſe nethophatites de ſtir-
pe zarai: ⁊ in turma ei⁹ vigintiquatu-
or milia. Undecimus menſe undecimo
banaias pharathonites de filijs ephra-
im: ⁊ ĩ turma eius vigintiquatuor mi-
lia. Duodecimus menſe duodecimo hol-
dai nethophatites de ſtirpe gothoniel: ⁊
in turma eius vigintiquatuor milia.
Porro tribub⁹ preerãt in iſrahel. rube-
nitis. dux eliezer filius zechri: ſymeoni-
tis: dux ſaphadias filius macha: leui-
tis aſabias filius chamuel: aaronitis.
ſadoch: iuda. heliu frater dauid: yſach-
ar. amri filius michael: zabulonitis.
ieſmaias filius abdie: neptalitib⁹. ieri-
moth filius oziel: filijs ephraim oſee fi-
lius ozaziu. dimidie tribui manaſſe.
iohel filius phadaie: et dimidie tribui
manaſſe ĩ galaad. iaddo filius zacharie
beniamin aũt iaſihel filius abner: dan
vero ezriel filius ieroam. Hij princip⁹
filioꝝ iſrahel. Noluit aũt dauid nume-
rare eos a viginti ãnis inferius: quia
dixerat dñs ut multiplicaret iſrahel q̃ſi
ſtellas celi. Joab fili⁹ ſaruie ceperat nu-
merare nec cõpleuit q̃a ſup hoc ira dei
irruerat in iſrahel: et idcirco numerus
eoꝝ qui fuerãt recenſiti non eſt relatu⁹
in faſtos regis dauid. Sup theſauros
aũt regis fuit azmoth fili⁹ adihel: hijs
aũt theſauris qui erant in urbib⁹ ⁊ in
vicis et in turrib⁹ preſidebat ionathan
filius ozie. Operi aũt ruſtico et agrico-
lis qui exercebãt terram preerat ezri fili-
us chelub: vineaꝝ q; cultorib⁹ ſemeias
romathites: cellis aũt vinarijs zabdi-
as aphonites. Nam ſuper olueta et fi-
ceta q̃ erant in campeſtrib⁹ balanan ge-
derites: ſuper apothecas aũt olei ioas.
Porro armentis que paſcebãtur in ſa-
rona prepoſitus fuit ſetrai ſaronites:
et ſuper boues in vallib⁹ ſaphat filius
adli. ſup camelos vero ubil hiſmahe-
lites: et ſup aſinos. iadias meronati-
tes: ſuper oues quoq; iaziz agarenus.
Omnes hij principes ſubſtantie regis
dauid. Jonathan aũt patruus dauid
cõſiliarius vir prudens ⁊ litterat⁹: ipſe
et iahihel filius achamoni erãt cũ filij⁹
regis. Achitophel etiã cõſiliari⁹ regis:
et chuſi arachites amicus regis. Poſt
achitophel fuit ioiada filius banaie. et
abiathar. Princeps autem exercitus
regis erat ioab. xxviii.

Conuocauit igitur dauid omnes

principes iſrahel · duces tribuum ⁊ pre-
poſitos turmarū · qui miniſtrabāt regi
tribunos quoq; et centuriones et qui
preerant ſubſtantie et poſſeſſionibus
regis : filioſq; ſuos cum eunuchis et po-
tentes et robuſtiſſimos quoſq; in exer-
citu iheruſalem. Cumq; ſurrexiſſet rex
et ſteriſſet ait. Audite me fratres mei :
et populus meus. Cogitaui ut edifica-
rem domum ī qua requieſceret archa fe-
deris dñi ⁊ ſcabellum pedum domini dei
noſtri : et ad edificandū omīa ꝑpara-
ui. Deus aūt dixit michi. Non edifica-
bis domum nomini meo · eo ꝙ ſis vir
bellator ⁊ ſanguinem fuderis : ſed ⁊ ele-
git dñs deus iſrahel me de vniuerſo do-
mo patris mei : ut eſſem rex ſup iſrł in
ſempiternū. De iuda em̄ elegit pn̄cipes
Porro de domo iuda domū pr̄is mei : et
de filijs pr̄is mei placuit ei ut me elige-
ret regem ſup cunctū iſrahel : ſed et de fi-
lijs meis · filios em̄ michi multos dedit
dñs : elegit ſalomonē filiū meū ut ſede-
ret in trono regni dñi ſup iſrł : dixitq;
michi. Salomō fili⁹ tuus edificabit do-
mū meam ⁊ atria mea. Ipm̄ em̄ elegi
michi in filiū · et ego ero ei in patrē : et
firmabo regnū ei⁹ uſq; ī eternū ſi perſe-
ueraucrit facere precepta mea ⁊ iudicia
ſicut ⁊ hodie. Nunc ergo corā vniūſo
cetu iſrł audiente deo noſtro cuſtodite
et ꝑquirite cuncta mādata domini dei no-
ſtri ut poſſideatis terrā bonā ⁊ relinqua-
tis eam filijs nr̄is poſt vos uſq; in ſem-
piternū. Tu autē ſalomon fili mi ſcito
deū patris tui : et ſerui ei corde perfecto ⁊
animo volūtario. Omnia enim corda
ſcrutatur dñs : et vniuerſas mentium
cogitationes intelligit. Si quefieris
eum inuenies : ſi autem dereliqueris eū
proiciet te in eternum. Nunc ergo qꝛ
elegit te dominus ut edificares domū
ſanctuarij : confortare et perfice. Dedit
autē dauid ſaloni^o^mi filio ſuo deſcriptio-
nem porticus ⁊ templi ⁊ cellariorꝫ et ce-
naculi et cubiculorꝫ in aditis et domus
ꝓpiciationis · necnō ⁊ omnium que co-
gitauerat atriorꝫ ⁊ exedrarū per circui-
tū in theſauros domus dñi et in theſau-
ros ſanctorū : diuiſionumq; ſacerdotali-
um et leuiticarū in omīa opera dom⁹ do-
mini et in vniuerſa vaſa miniſterij tē-
pli domini : aurum inpondere per ſingu-
la vaſa miniſterij : argenti qꝫ pondus ꝓ
vaſorum et operū diuerſitate : ſed et in
candelabra aurea et ad lucernas · aurū
pro menſura vniuſcuiuſq; candelabri
et lucernarū : ſimiliter et in candelebra
argentea ⁊ in lucerna eorum pro diuſi-
tate menſure · pondus argēti tradidit.
Aurū quoq; dedit ī mēſas ꝓpoſitionis
pro diuerſitate menſarum : ſimiliter et
argētum in alias menſas argenteaas.
Ad fuſcinulas quoq; fialas et thuribu-
la ex auro puriſſimo · et leūculos aure-
os pro qualitate menſure pond⁹ diſtri-
buit · in leunculum ⁊ leunculū : ſimiliter
et in leones argenteos diuerſum argēti
pondus ſeperauit. Altari autem in quo
adoletur incenſum · aurum puriſſimū
dedit : ⁊ ut ex ipō fieret ſimilitudo qua-
drige cherubin extendentiū alas ⁊ velā-
tium archā federis dñi. Omnia inquit
venerunt ſcripta manu domine ad me :
ut intelligerē vniuerſa opa exemplaris
Dixit qꝫ dauid ſalomoni filio ſuo. Vi-
riliter age et confortare et fac : ne time-
as ⁊ ne paucas. Dominus em̄ de⁹ me⁹
tecum erit : ⁊ non dimittet te nec dereliṅ-
quet : donec ꝑficias omē opus miniſte-
rij domus dñi : Ecce diuiſiones ſacerdo-
tum et leuitarum in omē miniſterium

domꝰ dñi aſſiſtūt tibi ⁊ pati ſūt: et no-
uerūt tā pñcipes q̄ ipſi oīa p̄cepta tua
Locutuſq; eſt dauid rex .xxix.
ad omnē eccleſiam. Salomonē
filiū meū vnū elegit dñs adhuc puerū
et tenellū. Opus enī grande eſt: neq; e-
nim homini p̄parat̄ habitatio · ſed deo
Ego enī totis viribꝰ meis p̄paraui impē-
ſas domꝰ dñi dei mei: aurū ad vaſa au-
rea et argentū in argentea · es in enea ·
ferrū ī ferrea · ligna ad lignea · lapides
onichinos et quaſi ſtibinos et diuer-
ſorum colorū omnēq; p̄cioſū lapidem ⁊
marmor parium habūdantiſſime: ⁊ ſu-
per hec q̄ obtuli in domū dei mei · de pecu-
lio meo aurū et argentū do in templum
dei mei: exceptis hijs q̄ p̄paraui in edem
ſanctā tria milia talenta auri de auro o-
phir: et ſeptem milia talentorū argenti
probatiſſimi ad deaurādas parietes tē-
pli: ⁊ vbicūq; opus eſt aurū de auro ⁊
vbicūq; opus eſt argentū de argento.
Opera fiant p manus artificū: ⁊ ſi quis
ſpōte offert impleat manū ſuā hodie:
et offerat quod voluerit dño. Polliciti
ſūt itaq; principes familiarū et proceres
tribuū iſrahel · tribuni q̄z et cēturiones
et principes principū poſſeſſionū regiſ.
dederūtq; in opera domus dñi auri talē-
ta quinq; milia ⁊ ſolidos decē milia ar-
genti talenta decem milia et eris talenta
decem et octo milia: ferri q̄z centū milia
talentorū: et apud quēcūq; inuenti ſūt
lapides dederūt in theſauros domus dñi
per manū iehihel gerſonitis. Letatuſq;
eſt populus cū vota ſpōte pmitteret:
quia corde toto afferebāt ea domino.
Sed et dauid rex letatꝰ eſt gaudio ma-
gno: ⁊ bñdixit dño corā vniūſa mul-
titudine et ait. Benedictus es dñe deꝰ
iſrahel patris noſtri: ab eterno ī eternū
Tua eſt dñe magnificētia et potentia ⁊
gloria atq; victoria: et tibi laus. Cū-
cta enī q̄ in celo ſūt et in terra · tua ſūt.
Tuū dñe regnū: et tu es ſuper omnes
principes. Tue diuitie: ⁊ tua eſt gloria
tu dominaris omniū. In manu tua vir-
tus et potētia: in manu tua magnitudo
et imperiū omniū. Nunc igit̄ deus no-
ſter cōfitemur tibi: ⁊ laudamꝰ nomen
tuum inclitū. Quis ego ⁊ quis popu-
lus meus: ut poſſimus hec tibi vniuer-
ſa promittere? Tua ſunt oīa: ⁊ que
de manu tua accepimus dedimus tibi.
Peregrini enī ſumus coram te et aduc-
ne: ſicut oēs patres noſtri. Dies no-
ſtri quaſi vmbra ſuper terrā: et nulla ē
mora. Domine deus noſter omnis hec
copia quā parauimꝰ ut edificaret̄ domꝰ
nomini ſancto tuo de manu tua ē: ⁊ tua
ſunt oīa. Scio deus meus quod pro-
bes corda ⁊ ſimplicitatē diligas: vnde
et ego in ſimplicitate cordis mei letus
obtuli vniūſa hec: ⁊ populū tuū q̄ hic
repertus eſt vidi cū ingenti gaudio tibi
offerre donaria. Domine deus abrahā
et yſaac et iſrahel patrū noſtrorū cuſtodi
in eternū hanc voluntatē cordis eorū: et
ſemper in venerationē tui mens iſta per-
maneat. Salomon q̄z filio meo da cor
perfectum · ut cuſtodiat mandata tua ⁊
teſtimonia tua et cerimonias tuas ⁊ fa-
ciat vniuerſa: et edificet edem cuius im-
pēſas paraui. Precepit aūt dauid vni-
ūſe eccleſie. Bñdicite dño deo nr̄o. Et
benedixit oīs eccleſia dño deo patrū
ſuorū: et inclinauerūt ſe et adorauerunt
deum: ⁊ deinde regem. Immolauerūtq;
victimas dño: ⁊ obtulerunt olocauſta
die ſequenti thauros mille arietes mil-
le agnos mille cū libaminibus ſuis · et
vniuerſo ritu abundantiſſime in oēm

iſrahel. Et comederūt et biberunt corā
domino ī die illo cū grādi leticia: et vn-
xerunt ſecūdo ſalomonem filiū dauid.
Vnxerunt aūt eū domino in principem
et ſadoch in pontificem. Seditq; ſalo-
mon ſuper ſoliū domini in regem p da-
uid patre ſuo ⁊ cūctis placuit: ⁊ paruit
illi omnis iſrahel. Sed ⁊ vniuerſi prin-
cipes et potentes ⁊ cūcti filij regis dauid
dederunt manū: ⁊ ſubiecti fuerunt ſalo-
moni regi. Magnificauit ergo dominꝰ
ſalomonem ſup omnē iſrl': et dedit illi
gloriam regni qualem nullus habuit
ante eum rex iſrahel. Igitur dauid fili-
us yſai regnauit ſuper vniuerſum iſrl'
et dies quibꝰ regnauit ſuper iſrahel fue-
runt quadraginta anni. In hebron re-
gnauit ſeptē annis et ī iheruſalē annis
triginta tribus: et mortuꝰ ē ī ſenectute
bona plenus dierꝝ. et diuitijs ⁊ gloria
et regnauit ſalomon filius eius pro eo
Geſta autem regis priora ⁊ nouiſſima
ſcripta ſunt in libro ſamuhel videntis
et in libro nathan prophete atq; in vo-
lumine gad videntis: vniūſiq; regni eiꝰ.
et fortitudinis ⁊ temporū que trāſierūt
ſub eo ſiue in iſrahel. ſiue in cunctis re-
gnis terrarum. Explicit liber primus.
Incipit liber paralipomenon. ſecūdus.

COnfortatus eſt ergo
ſalomō filius dauid
in regno ſuo: et domi-
nus erat cū eo: et ma-
gnificauit eum in ex-
celſū. Precepitq; ſalo-
mon vniuerſo iſraheli. tribunis ⁊ cētu-
rionibꝰ ⁊ ducibus ⁊ iudicibꝰ omis iſrl'
et principibꝰ familiarꝝ: ⁊ abijt cum vni-
uerſa multitudine in excelſū gabaon.
vbi erat tabernaculum federis domini:
quod fecit moyſes famulus dei in ſolitu-
dine. Archam autem dei adduxerat da-
uid de cariathiarim ī locum quē prepa-
rauerat ei. ⁊ vbi fixerat illi tabernaclm
hoc eſt in iheruſalem. Altare quoq; e-
neū qđ fabricatus fuerat beſeleel filiꝰ
vri filij vr ibi erat corā tabernaculo do-
mini: qđ ⁊ requiſiuit ſalomō ⁊ omis ec-
cleſia. Aſcenditq; ſalomon ad altare
eneum coram tabernaculo federis dñi:
et obtulit in eo mille hoſtias. Ecce aūt
in ipa nocte apparuit ei deus dicēs. Po-
ſtula qđ vis ut dem tibi. Dixitq; ſalo-
mon deo. Tu feciſti cū dauid patri meo
miſericordiā magnā: ⁊ conſtituiſti me
regē p eo. Nūc ergo dñe deꝰ. impleat
ſermo tuus quē pollicitus es dauid pa-
tri meo. Tu eñ me feciſti regem ſup po-
pulū tuum multū: qui tam innumera-
bilis eſt quā puluis terre. Da michi ſa-
pientiam ⁊ intelligentiam. ut ingredi-
ar ⁊ egrediar coram pplo tuo. Quis eñ
poteſt hūc pplm tuū digne q̄ tā grādis
eſt iudicare? Dixit aūt deꝰ ad ſalomo-
nē. Quia hoc magis placuit cordi tuo
et non poſtulaſti diuitias et ſbſtantiā et
gloriā. neq; aniās eoꝝ q̄ te oderāt. ſed
nec dies vite plurimos: petiſti aūt ſapi-
entiā ⁊ ſcientiā. ut iudicare poſſis pplm
meū ſup quem conſtitui te regem. ſapi-
entia ⁊ ſcientia data ſunt tibi. Diuitias
autem et ſubſtantiam et gloriam dabo
tibi: ita ut nullus in regibꝰ nec ante te
nec poſt te fuerit ſimilis tui. Venit er-
go ſalomon ab excelſo gabaon in ihe-
ruſalem coram tabernaculo federis: et
regnauit ſuper iſrahel. Congregauitq;
ſibi currus et equites: et facti ſūt ei mil-
le quadringenti currus et duodecim mi-
lia eqtum: et fecit eos eſſe in vrbibus
quadrigarum et cum rege ī iheruſalem

Prebuitqꝫ rex argẽtum et auꝝ in iheru-
ſalem quaſi lapides : et cedros quaſi ſi-
comoros que naſcũtur in campeſtribꝫ
multitudine magna. Adducebant aũt
ei equi de egipto de choa a negociatori-
bus regis: qui ibant et emebãt precio
quadrigam equoꝝ ſexcentis argenteis
et equũ centũ quinquaginta. Similit
de vniuerſis regnis cetheorum et a re-
gibꝫ ſirie emptio celebrabatur. ij.

Decreuit aũt ſalomon edificare do-
mũ nomini dñi : et palatiũ ſibi.
Et numerauit ſeptuaginta milia viro-
rum portantiũ humeris : et octoginta
milia qui cederẽt lapides in montibꝫ: ꝑpo-
ſitoſqꝫ eoꝝ tria milia ſexcentos. Miſit
quoqꝫ ad hiram regẽ tyri dicẽs. Sicut
egiſti cũ dauid patri meo ⁊ miſiſti ei li-
gna cedrina ut edificaret ſibi domũ in
qua et habitauit: ſic fac mecũ ut edifi-
cem domũ nomini dñi dei mei ⁊ cõſecrẽ
eam: ad adolendũ incenſũ corã illo ⁊ fu
migãda aromata ⁊ ad ꝓpoſitionẽ pa-
num ſempiternam ⁊ ad olocauſtoma-
ta mane et veſpere. ſabbatis quoqꝫ et
neomenijs ⁊ ſolemnitatibꝫ dñi dei no-
ſtri in ſempiternũ que mãdata ſũt iſrl'i
Domꝰ em̃ quã edificare cupio magna ẽ
Magnꝰ eſt em̃ deus noſter: ſuper om̃es
deos. Quis ergo poterit ꝑualere ut edifi-
cet ei dignã domũ? Si celũ ⁊ celi celoꝝ
capere eũ nequeũt: quãtus ego ſum ut
poſſim edificare ei domũ? Sed ad hoc
tantũ: ut adoleatur incenſũ corã illo.
Mitte igitur michi virũ eruditũ qui no-
uerit operari ĩ auro ⁊ argento ere ⁊ fer-
ro purpura coccino et iacincto et qui
ſciat ſculpere celaturas: cũ hijs artifici-
bus quos mecũ habeo in iudea ⁊ in ihe-
ruſalẽ quos ꝓparauit dauid pater me-
us. Sed et ligna cedrina mitte michi
et arthiutina et pinea de libano. Scio
em̃ ꝙ ſerui tui nouerint cedere ligna de
libano. Et erũt ſerui mei cũ ſeruis tuis:
ut parẽtur michi ligna plurima. Do-
mus em̃ quã cupio edificare magna ẽ
nimis ⁊ inclita. Preterea operarijs qui
ceſuri ſunt ligna ſeruis tuis dabo in ci-
baria tritici choros viginti milia: ⁊ or-
dei choros totidẽ: olei quoqꝫ ſata vigin-
ti milia. Dixit aũt hiram rex tyri p lit-
teras quas miſerat ſalomoni. Quia di-
lexit dñs populũ ſuũ: idcirco te regna-
re fecit ſuper eũ. Et addidit dicẽs. Be-
nedictus dñs deus iſrahel qui fecit celũ ⁊
terrã: qui dedit dauid regi filiũ ſapien-
tem ⁊ eruditũ ⁊ ſenſatũ atqꝫ prudentẽ:
ut edificaret domũ dño ⁊ palaciũ ſibi
Miſi ergo tibi viꝝ prudentẽ ⁊ ſcientiſſi-
mum hiram patrẽ meũ filiũ mulieris
de filiabꝫ dan cuius pater fuit tyrius:
qui nouerit operari in auro ⁊ argento
ere ⁊ ferro ⁊ marmore ⁊ lignis: in pur-
pura quoqꝫ ⁊ iacincto ⁊ biſſino ⁊ coc-
cino: ⁊ qui ſciat celare omnẽ ſculpturã
et adinuenire prudenter quodcũqꝫ in o-
pere neceſſariũ eſt: cũ artificibꝫ tuis et cũ
artificibꝫ dñi mei dauid patris tui. Tri-
ticũ ergo ⁊ ordiũ ⁊ oleum ⁊ vinũ que
pollicitus es domine mi mitte ſeruis tu-
is. Nos aũt cedemus ligna de libano
quot neceſſaria habueris: et applicabi-
mus ea ratibus per mare in ioppe: tuũ
aũt erit transferre ea in iheruſalẽ. Nu-
merauit igitur ſalomon omnes viros
proſelitos qui erant ĩ terra iſrahel poſt
dinumerationẽ quã dinumerauit pa-
ter eius: ⁊ inuenti ſunt centũquinqua-
ginta milia ⁊ tria milia ſexcenti. Fecitqꝫ
ex eis ſeptuaginta milia qui humeris o-
nera portarent : et octoginta milia qui
lapides de mõtibꝫ cederẽt : tria aũt milia

et ſexcẽtos prepoſitos oprū populi. iii
ET cepit ſalomō edificare domū
domini in iheruſalem ī mōte mo-
ria qui demonſtratꝰ fuerat dauid patri
eius: in loco quem parauerat dauid in
area ornan iebuſei. Cepit aūt edificare
menſe ſecundo: anno quarto regni ſui.
Et hec ſunt fundamenta que iecit ſalo-
mon ut edificaret domū dei. longitudi-
nis. cubitos in mēſura prima ſexagīta
latitudinis cubitos viginti. Porticum
vero ante frontem q̄ tendebatur in lon-
gum. iuxta menſurā latitudinis domꝰ.
cubitorum viginti. Porro altitudo cen-
tum viginti cubitorū erat. Et deaurauit
eā intrinſecus auro mūdiſſimo. Domū
q̄z maiorem texit tabulis ligneis abie-
gnis: et laminas auri obrizi affixit ꝑ
totū. Sculpſitq̄z in ea palmas: ⁊ qua-
ſi catenulas ſe inuicem complectentes.
Strauit quoq̄z pauimentū templi preci-
oſiſſimo marmore: decore multo. Por-
ro aurū erat probatiſſimū. de cuius la-
minis texit domū et trabes eiꝰ et poſtes
et parietes et oſtia: et celauit cherubim
in parietibꝫ. Fecit q̄z domum ſancti ſan-
ctorum: longitudinē iuxta latitudinē
domus cubitoꝝ viginti: ⁊ latitudinem
ſimiliter viginti cubitorū. Et laminis
aureis texit eam quaſi talentis ſexcētis
ſed et clauos fecit aureos: ita ut ſingu-
li claui ſiclos quinquagenos appēderēt
Cenacula quoq̄z texit auro. Fecit etiam
ī domo ſancti ſanctoꝝ cherubim duos
opere ſtatuario: et texit eos auro. Ale
cherubim viginti cubitis extendebātur
ita ut vna ala haberet cubitos quīq̄z et
tangeret parietē domus: ⁊ altera qn̄q̄z
cubitos habens. alam tangeret alteriꝰ
cherub. Similiter cherub alterius ala.
quinq̄z habebat cubitos. et tangebat
parietem: ⁊ ala eius altera quinq̄z cubi-
torum. alam cherub alterius continge-
bat. Igitur ale vtriuſq̄z cherub expan-
ſe erant: ⁊ extendebantur per cubitos vi-
ginti. Ipſi autem ſtabant erectis pedi-
bus: et facies eorum erāt verſe ad exte-
riorem domū. Fecit quoq̄z velum ex ia-
cincto purpura coccino et biſſo: et in-
texuit ei cherubim. Ante fores etiam tē-
pli duas columnas: que triginta ⁊ qn̄-
q̄z cubitos habebant altitudinis. Por-
ro capita earum quinq̄z cubitorum: nec
non et quaſi catenulas in oraculo: et
ſuppoſuit eas capitibus columnarum
Malagranata etiam centum: que cate-
nulis interpoſuit. Ipſas q̄z columnas
poſuit in veſtibulo templi: vnam a dex-
tris et alterā a ſiniſtris. Eam que a dex-
tris erat vocauit iachin: ⁊ que ad leuā
vocauit booz. iiii
FEcit quoq̄z altare eneum viginti
cubitorum longitudinis ⁊ vigin-
ti cubitoꝝ latitudinis et decem cubitoꝝ
altitudinis. Mare etiam eneū fuſile de-
cem cubitis a labio uſq̄z ad labiū: rotū-
dum ꝑ circuitū. Quinq̄z cubitos habe-
bat altitudinis: et funiculus triginta
cubitorum ambiebat gyrum eiꝰ. Si-
militudo quoq̄z boum erat ſubter illud
Et decem cubitis quedam extrinſecus ce-
lature: quaſi duobus verſibꝫ aluum
maris circuibant. Boues autem erant
fuſiles: et ipſum mare ſuper duodecim
boues impoſitum erat: quorum tres
reſpiciebant ad aquilonem. et alii tres
ad occidentem. Porro tres alii meridiē
et tres qui reliqui erāt orientē: habētes
mare ſuppoſitū. Poſteriora aūt boum
erant intrinſecus ſub mari. Porro va-
ſtitas eiꝰ habebat menſuram palmi: et
labiū illiꝰ erat quaſi labiū calicis uel

repandi lilij: capiebatq; tria milia me-
tretas. Fecit q̄z cōcas decē ⁊ posuit qn̄:
q; a dextris ⁊ quinq; a sinistris: ut laua-
rent in eis omnia q̄ in olocaustū obla-
turi erāt. Porro in mari sacerdotes la:
uabantur. Fecit aūt ⁊ candelabra aurea
decē secundū speciē quā iusserat fieri: et
posuit ea in tēplo qn̄q; a dextris ⁊ qn̄q;
a sinistris. Necnō ⁊ mensas decē et po:
suit eas in tēplo quinq; a dextris ⁊ qui-
q; a sinistris. Fialas quoq; aureas cen-
tum. Fecit etiā atriū sacerdotū ⁊ basili:
cam grandē: et ostia in basilica q̄ texit
ere. Porro mare posuit in latere dextro
cōtra orientē ad meridiē. Fecit aūt hi:
ram lebetas ⁊ creagras ⁊ fialas. ⁊ com-
pleuit omne opus regis in domo dei.
Hoc est colūnas duas ⁊ epistilia. ⁊ ca-
pita. ⁊ quasi quedā retiacula. que capi-
ta tegerēt sup epistilia. Malagranata
q̄z quadraginta ⁊ retiacula duo. ita ut
bini ordines malagranatorū singulis
retiaculis iūgerent: q̄ ꝓtegerēt epistilia
et capita colūnarū. Bases etiā fecit. et
concas. quas supposuit basibꝫ: mare
vnū. boues q̄z duodecī sub mari ⁊ lebe:
tas ⁊ creagras ⁊ fialas. Omnia vasa fe-
cit salomoni hirā pater ei⁹ in domo do-
mini. ex ere mundissimo. In regione
iordanis fudit ea rex in argillosa ter:
ra: inter sochot ⁊ saredata. Erat autē
multitudo vasorū innumerabilis: ita
ut ignoraret̄ pōdus eris. Fecitq; salo:
mō oīa vasa dom⁹ dei: ⁊ altare aureū et
mensas. et sup eas panes ꝓpositionis
Cādelabra quoq; cū lucernis suis ut lu-
cerēt ante oraculū iuxta ritū ex auro pu-
rissimo. et florentia quedā et lucernas.
et forcipes aureos. Omnia de auro mun-
dissimo facta sūt. Thimeamatria quo-
q; ⁊ thuribula ⁊ fialas ⁊ mortariola.
ex auro purissimo. Et ostia celauit tē-
pli interioris id ē in sancta sanctorū: et
ostia tēpli forinsecus aurea. Sicq; com-
pletum est omne opus quod fecit salo-
mon in domo domini. v.

Intulit igitur salomon omnia que vo-
uerat dauid pater suus. argentū ⁊ aurū
et vniūsa vasa posuit in thesauris do:
mus dn̄i. Post que cōgregauit maio:
res natu israhel et cunctos principes tri-
buū. et capita familiarū de filijs israhel
in iherusalem: ut adducerēt archā fede:
ris dn̄i de ciuitate dauid que est in syō.
Venerunt itaq; ad regem omnes viri
isrl: in die solemni mensis septimi. Cū-
q; venissēt cuncti seniorū israhel. porta:
uerūt leuite archam: ⁊ intulerūt eā. et
omnē paraturā tabernaculi. Porro va-
sa sanctuarij q̄ erāt in tabernaculo por:
tauerūt sacerdotes cū leuitis. Rex autē
salomon ⁊ vniūsus cetus israhel ⁊ oēs
qui fuerūt cōgregati: ante archam im:
molabāt arietes ⁊ boues absq; vllo nu-
mero. Tāta enī erat multitudo victima-
rum. Et intulerūt sacerdotes archam fe-
deris dn̄i in locū suū id ē ad oraculū tē-
pli in sancta sanctorū subter alas cheru:
bim: ita ut cherubin expanderēt alas su-
as sup locū in quo posita erat archa: ⁊
ipsam archam tegerēt cū vectibꝫ suis.
Vectium aūt quibꝫ portabatur archa.
quia paululū longiores erant. capita
parebāt āte oraculū Si vero quis pau-
lulū fuisset extrinsecus: eos videre nō
poterat. Fuit itaq; archa ibi usq; ī pre-
sentem diem. Nichilq; erat aliud ī ar:
cha nisi due tabule quas posuerat mo-
yses i oreb: quādo legē dedit dn̄s filijs
israhel egredientibus ex egipto. Egres-
sis aūt sacerdotibus de sanctuario. oēs
enī sacerdotes qui ibi potuerāt inueniri

ſanctificati ſunt: nec adhuc in illo tpe
vices et miniſterioꝝ ordo inter eos diui-
ſus erat. Tam leuite q̄ cantores · id ē
et q̄ ſub aſaph erāt · et q̄ ſub heman · et
q̄ ſub ydithim · filij et frēs eorū veſtiti
biſſinis · cimbalis · et pſalterijs · ⁊ cytha-
ris · concrepabāt ſtātes ad orietalē plagā
altaris: et cū eis ſacerdotes cētūuiginti
canentes tubis. Igitur cūctis pariter
et tubis et voce et cimbalis ⁊ organis ·
et diuerſi generis muſicoꝝ cōcinentibꝰ
et vocem in ſublime tollentibꝰ · longe
ſonitus audiebatur: ita ut cū dn̄m lau-
dare cepiſſent ⁊ dicere · cōfitemini dn̄o
quoniā bonꝰ quoniā ī eternū miſericor-
dia eius · impleretur domꝰ dei nube: ne
poſſent ſacerdotes ſtare ⁊ miniſtrare ꝓ-
pter caliginem. Compleuerat eīn glo-
ria domini domum dei. · vi ·

Tūc ſalomon ait. Dn̄s pollicitꝰ
eſt · ut habitaret in caligine: ego
autem edificaui domum nomini eius:
ut habitaret ibi in ꝑpetuum. Et cōuer-
tit rex faciem ſuam: et benedixit vniuer-
ſe multitudini iſrahel. Nā omīs turba
ſtabat intenta et ait. Benedictus dn̄s
deus iſrahel: qui qđ locutus eſt dauid
patri meo · opere compleuit dicens. A
die qua eduxi pplm meū de terra egipti ·
non elegi ciuitatem de cunctis tribubꝰ
iſrahel ut edificaretur in ea domus no-
mini meo: neq; elegi quenq̄ alium vi-
rum ut eſſet dux in populo meo iſrahel
ſed elegi iheruſalē ut ſit nomē meū ī ea
et elegi dauid ut conſtituerem eum ſu-
per populum meū iſrahel. Cūq; fuiſſet
voluntatis dauid patris mei ut edifica-
ret domum nomini domini dei iſrahel:
dixit dominus ad eum. Quia hec fuit
voluntas tua ut edificares domum no-
mini meo: bene qđē feciſti huiuſcemodi
habere voluntatem: ſed non tu edifica-
bis michi domum. Veruntamen filius
tuus qui egredietꝰ de lumbis tuis: ipſe
edificabit domum nomini meo. Com-
pleuit ergo dn̄s ſermonē ſuū quem lo-
cutus fuerat: et ego ſurrexi pro dauid
patre meo · et ſedi ſup thronū iſrahel ſi-
cut locutꝰ eſt dn̄s: et edificaui domum
nomini dn̄i dei iſrł · ⁊ poſui in ea archā
in qua eſt pactum dn̄i qđ pepigit cum
filijs iſrahel. Stetit ergo coram altare
dn̄i ex aduerſo vniuerſe multitudinis
iſrahel: et extēdit manꝰ ſuas. Siquidē
fecerit ſalomō baſim eneam ⁊ poſuerat
eam in medio baſilice: habentem: qn̄q;
cubitos longitudinis et quinq; latitu-
dinis · ⁊ tres cubitos altitudinis. Ste-
titq; ſuper eā: ⁊ deinceps flexis genibꝰ
contra vniuerſam multitudinem iſrł:
et palmis ī celum leuatis ait. Domine
deus iſrahel · non eſt ſimilis tui deus in
celo ⁊ in terra · qui cuſtodis pactū et mi-
ſericordiā cū ſeruis tuis · qui ambulāt
corā te in toto corde ſuo: qui preſtitiſti
ſeruo tuo dauid patri meo quecūq; lo-
cutꝰ fueras ei: ⁊ que ore ꝓmiſeras ope
cōpleſti · ſicut ⁊ p̄ſens tēpꝰ probat. Nūc
ergo dn̄e deꝰ iſrł imple ſeruo tuo patri
meo dauid quecūq; locutꝰ es dicēs Nō
deficiet ex te vir corā me qui ſedeat ſup
thronū iſrahel: ita tamē ſi cuſtodierint
filij tui vias meas · et ambulauerint in
lege mea: ſicut ⁊ tu ambulaſti corā me
Et nūc dn̄e deꝰ iſrł firmetꝰ ſermo tuus
quē locutꝰ es ſeruo tuo dauid. Ergo ne
credibile eſt · ut habitet deꝰ cū homini-
bus ſup terrā? Si celū ⁊ celi celoꝝ non
te capiūt: quātomagis domus iſta quā
edificaui? Sed ad hoc tantum facta ē ·
ut reſpicias orationē ſerui tui · et obſe-
crationē eiꝰ domine deus meus audias:

et preces quas fudit famulꝰ tuus corā
te: ut aperies oculos tuos sup domum
istā diebꝫ ac noctibꝫ · super locū in quo
pollicitus es ut inuocetur nomē tuū: ⁊
exaudires oracōnē quā seruꝰ tuus orat
in eo: et exaudias preces famuli tui et
populi tui iſrahel. Quicunqꝫ orauerit ī
loco iſto · exaudi de habitaculo tuo id
eſt de celis · ⁊ propiciare. Si peccauerit
quiſpiam in ꝓximū ſuū ⁊ iurare cōtra
eū paratꝰ venerit · ſeqꝫ maledicto con-
ſtrinxerit corā altari ī domo iſta: tu au-
dies de celo · ⁊ facies iudiciū ſeruoꝝ tu-
orū: ita ut reddas iniquo viā ſuā in ca-
put ꝓpriū: et vlciſcaris iuſtū retribuēs
ei ſecundū iuſticiā ſuā. Si ſuperatus fu-
erit populus tuus iſrahel ab inimicis ·
peccabūt enī tibi · ⁊ cōuerſi egerint peni-
tentiā · ⁊ obſecrauerint nomē tuū · ⁊ fu-
erint deprecati in loco iſto: tu exaudies
de celo ⁊ ꝓpiciare peccato populi tui iſrl̄
et reduc eos ī terrā quā dediſti eis ⁊ pa-
tribꝫ eoꝝ. Si clauſo celo pluuia nō flu-
xerit ꝓpter peccata populi tui · ⁊ depre-
cati te fuerint in loco iſto · ⁊ cōfeſſi no-
mini tuo · ⁊ cōuerſi a peccatis ſuis cū eos
afflixeris: exaudi de celo dn̄e · ⁊ dimit-
te peccata ſeruis tuis · ⁊ populi tui iſrl̄:
et doce eos viā bonā · per quā ingrediā-
tur: ⁊ da pluuiā terre quā dediſti popu-
lo tuo ad poſſidendū. Fames ſi orta fu-
erit in terra · ⁊ peſtilentia erugo ⁊ auru-
go · ⁊ locuſta ⁊ bruchus · ⁊ hoſtes vaſta-
tis regionibꝫ portas obſederint ciuita-
tis · omniſqꝫ plaga ⁊ infirmitas preſſe-
rit: ſi quis de populo tuo iſrahel fuerit
deprecatus · cognoſcens plagā ⁊ infir-
mitatem ſuā · ⁊ expanderit manus ſuas
in domo hac: tu exaudies de celo de ſub-
limi ſcilicet habitaculo tuo · ⁊ ꝓpiciare
et redde vniciqꝫ ſecundum vias ſuas
quas noſti eū habere in corde ſuo. Tu
enī ſolus noſti corda filioꝝ hominū:
ut timeant te et ambulēt in vijs tuis ·
cunctis diebꝫ quibꝫ viuūt ſuper faciē ter-
re quā dediſti patribꝫ noſtris. Externū
quoqꝫ qui nō eſt de populo tuo iſrahel
ſi venerit de terra longinqua ꝓpter no-
men tuū magnū et ꝓpter manū tuā ro-
buſtam · ⁊ brachium tuū extentū · ⁊ ad-
orauerit in loco iſto: tu exaudies de ce-
lo firmiſſimo habitaculo tuo · ⁊ facies
cuncta pro quibꝫ inuocauerit te ille pe-
regrinꝰ: ut ſciāt omnes populi terre no-
men tuū · et timeant te ſicut populꝰ tuꝰ
iſrahel: et cognoſcant quia nomē tuū
inuocatum eſt ſuper domū hāc quā edi-
ficaui. Si egreſſus fuerit populus tuꝰ
ad bellum cōtra aduſarios ſuos · p vi-
am ī qua miſeris eos: adorabūt te cō-
tra viam in qua ciuitas hec eſt quā ele-
giſti · et domus quā edificaui nomini
tuo: ut exaudias de celo p̄ces eoꝝ ⁊ ob-
ſecrationem · et vlciſcaris. Si aūt pec-
cauerint tibi neqꝫ enī eſt homo q̄ nō pec-
cet · ⁊ iratꝰ fueris eis · et t̄dideris hoſtibꝫ
et captiuos duxerint eos ī terrā longī-
quā · uel certe q̄ iuxta eſt: ⁊ cōuerſi ī cor-
de ſuo in terra ad quā captiui ducti fue-
rant egerint penitētiā · et deprecati te fue-
rint ī terra captiuitatis ſue dicētes · pec-
cauimus · inique fecimꝰ · iniuſte egimꝰ
et reuerſi fuerint ad te in toto corde ſuo
et tota aīa ſua in terra captiuitatis ſue
ad quā ducti ſunt: adorabūt te contra
viam terre ſue quā dediſti patribꝫ eoꝝ
et vrbis quā elegiſti · et domꝰ q̄m edi-
ficaui nomini tuo: ut exaudias de celo
hoc eſt de firmo habitaculo tuo preces
eoꝝ: et facias iudiciū · ⁊ dimittas ꝑplo
tuo q̄muis peccatori. Tu es enī deꝰ meꝰ
aperiātur queſo oculi tui: et aures tue

intēte ſunt ad oratione͂ que fit in loco
iſto. Nunc igitur cōſurge dn̄e deus in
requie͂ tuā: tu et archa fortitudinis tue
Sacerdotes tui dn̄e deꝰ · induant̄ ſalu-
tem: et ſancti tui letent̄ in bonis. Dn̄e
deus meus ne auerſeris faciem criſti tui
Memento miſeꝛ̄diarum dauid ſerui tui.
Cūq; ↄpleſſet ſalomon fundens p̄ces ·
ignis deſcendit de celo: ⁊ deuorauit olo-
cauſta ⁊ victimas · et maieſtas dn̄i im-
pleuit domū: nec poterāt ſacerdotes in-
gredi templū dn̄i eo q̄ impleſſet maie-
ſtas dn̄i · templū dn̄i: ſed ⁊ om̄es filij
iſrl̄ videbāt deſcēdente͂ igne͂ · ⁊ gl̄am dn̄i
ſup domū: et corruētes ꝓni ī terrā ſup
pauimētū ſtratū lapide · adorauerunt et
laudauerūt dn̄m quoniā bonꝰ qm̄ ī ſe-
culū miſeꝛ̄dia eiꝰ. Rex aūt ⁊ om̄is pp̄ls
immolabāt victimas corā dn̄o. vij ·
Mactauit igitur rex ſalomō hoſti-
as · boū viginti duo milia: arietū
cētum viginti milia. Et dedicauit domū
dei rex ⁊ vniuerſus pp̄ls. Sacerdotes aūt
ſtabant in officijs ſuis · et leuite in or-
ganis carminum dn̄i · q̄ fecit dauid rex
ad laudandū dn̄m · qm̄ ī ſeculū miſeri
cordia eiꝰ: ymnos dauid canentes ꝑ
manꝰ ſuas. Porro ſacerdotes canebāt
tubis ante eos: cunctuſq; iſrl̄ ſtabat.
Sanctificauit q̄; ſalomō mediū atrij
ante tēplū dn̄i. Obtulerat em̄ ibi olo-
cauſta ⁊ adipes pacificoꝝ: quia altare
eneū quod fecerat nō poterat ſuſtinere
olocauſta et ſacrificia et adipes. Fecit er-
go ſalomō ſolemnitate͂ in tempore illo
ſeptem diebꝫ ⁊ omnis iſrl̄ cū eo · eccleſia
magna valde: ab introitu emath uſq;
ad torrentem egipti. Fecitq; die octauo
collectā · eo q̄ dedicaſſet altare ſeptem
diebꝫ · et ſolemnitatē celebraſſet diebꝰ
ſeptē. Igitur ī die viceſima tercia mēſis
ſeptimi dimiſit pp̄los ad tabernacula ſu-
a: letantes atq; gaudentes ſuper bono
qd̄ fecerat dominus dauid et ſalomoni
et iſrahel populo ſuo. Compleuitq; ſa-
lomon domum domini · et domū regiſ
et omnia que diſpoſuerat in corde ſuo
ut faceret in domo domini et in domo
ſua: et proſperatus eſt. Apparuit aūt
ei dominus nocte: et ait. Audiui orati-
onem tuā: et elegi locum iſtum michi
in domum ſacrificij. Si clauſero celum
et pluuia non fluxerit · et mandauero ⁊
precepero locuſte ut deuoret terram · et
miſero peſtilētiam in populum meum:
conuerſus autem populus meus ſuper
quos inuocatum eſt nomen meum · de-
precatus me fuerit · ⁊ exquiſierit faciem
meam · et egerit penitentiam a vijs ſuis
peſſimis: et ego exaudiam de celo ⁊ pro-
picius ero peccatis eorū · et ſanabo ter-
ram eorum. Oculi quoq; mei erūt apti
et aures mee erecte: ad oracionem eius
qui in loco iſto orauerit. Elegi enim et
ſanctificaui locum iſtum: ut ſit nome͂
meum ibi in ſempiternum · et perma ne-
ant oculi mei et cor meum ibi cunctis
diebus. Tu quoq; ſi ambulaueris co-
rā me ſicut ambulauit dauid pater tu-
us · et feceris iuxta omnia que precepi
tibi · et iuſticias meas iudiciaq; ſerua-
ueris: ſuſcitabo thronū regni tui · ſicut
pollicitus ſum dauid patri tuo dicens.
Nō auferetur de ſtirpe tua vir · qui nō
ſit princeps in iſrahel. Si autem auerſi
fueritis · et dereliqueritis iuſticias me-
as et p̄cepta mea que ꝓpoſui vobis: et
abeūtes ſeruieritis dijs alienis · ⁊ adora-
ueritis eos: euellā vos de terra mea quā
dedi vobis · et domū hāc quā edificaui
nomini meo proiciā a facie mea: et tra-
dā eā ī parabolā ⁊ ī exēplū cūctis pp̄lis ·

et domus iſta erit improuerbiū vniuer-
ſis tranſeuntibus: ⁊ dicent ſtupentes.
Quare fecit dominus ſic terre huic ⁊ do-
mui huic? Reſpondebuntq; Quia de-
reliquerunt dn̄m deū patrū ſuoꝝ: qui
eduxit eos de terra egipti: et apprehen-
derunt deos alienos. et adorauerūt eos
et coluerunt: idcirco venerūt ſup eos
vniūſa hec mala.

VIII.

Expletis aūt viginti annis poſtq̄
edificauit ſalomon domū dn̄i et
domū ſuā: ciuitates quas dederat hiram
ſalomoni edificauit. et habitare ibi fe-
cit filios iſrł. Abijt quoq; in emath
ſuba. et obtinuit eam: et edificauit
palmiram in deſerto: et alias ciuitates
muniſſimas edificauit ī emath. Ex-
truxitq; bethoron ſuperiorē. ⁊ bethoron
inferiorem. ciuitates muratas: haben-
tes portas et vectes et ſeras. Balaath
etiam et omnes vrbes firmiſſimas que
fuerunt ſalomonis: cunctaſq; vrbes
quadrigarū. ⁊ vrbes equitū. Omnia
quecūq; voluit fecit rex ſalomon atq;
diſpoſuit. edificauit in iheruſalem. et
in libano. ⁊ in vniūſa terra poteſtatis
ſue. Omnē populū qui derelictus fue-
rat de hetheis et amorreis. et ferezeis et
eueis ⁊ iebuſeis. qui non erāt de ſtirpe
iſrahel. de filijs eoꝝ et de poſteris quos
nō interfecerāt filij iſrahel ſubiugauit
ſalomon ī tributarios uſq; ī diē hāc.
Porro de filijs iſrahel non poſuit ut ſer
uirent operibꝫ regis. Ipſi eñ erāt viri
bellatores ⁊ duces primi et principes q̄-
drigarū et equitū eius. Oēs aūt pñci-
pes exercitus regis ſalomonis. fuerunt
ducenti quinquagīta qui erudiebāt po-
pulū. Filiā vero pharaonis trāſtulit de
ciuitate dauid: in domū quā edificaue-
rat ei. Dixit eñ. Non habitabit vxor
mea in domo dauid regis iſrahel. eo q̄
ſanctificata ſit. quia ingreſſa eſt in eā
archa dn̄i. Tunc obtulit ſalomon olo-
cauſta dn̄o ſuper altare dn̄i qđ extruxe-
rat ante porticum: ut per ſingulos dies
offerretur in eo iuxta preceptū moyſi in
ſabbatis. et in kalendis et in feſtis die-
bus ter p annū. id eſt in ſolēnitate azi-
moꝝ et ſolemnitate ebdomadarū et in
ſolemnitate tabernaculoꝝ. Et conſti-
tuit iuxta diſpoſicionem dauid pr̄is ſui
officia ſacerdotū ī miniſterijs ſuis. ⁊ le-
uitas in ordine ſuo: ut laudarēt et mi-
niſtrarēt corā ſacerdotibus iuxta ritū
vniuſcuiuſq; diei: ⁊ ianitores in diuiſi-
onibus ſuis per portā. et portam. Sic
enim preceperat dauid homo dei. Nec
pretergreſſi ſunt de mandatis regis tā
ſacerdotes q̄ leuite: ex oībꝫ que pre-
ceperat. Et in cuſtodijs theſaurorum
oēs impenſas preparatas habuit ſalo-
mon: ex eo die q̄ fūdauit domū dn̄i uſ-
q; in diem quo pfecit eā. Tūc abijt ſa-
lomō in aſiongaber. ⁊ in hailath. ad
horam maris rubri: q̄ ē in terra edom.
Miſit ergo ei hiram p manus ſeruorū
ſuorū naues ⁊ nautas gnaros maris
et abierūt cū ſuis ſalomonis in ophir
Tulerūtq; inde quadringenta quinqua-
ginta talenta auri: et attulerūt ad re-
gem ſalomonem.

IX.

Regina q̄q; ſaba cū audiſſet famam
ſalomonis. venit ut tēptaret eū
in enigmatibus in iheruſalem: cum ma-
gnis opibus ⁊ camelis qui portabant
aromata. et auri plurimū. gemmaſq;
ſan . meſphar . beguai . reum . baana.
Numerus virorũ ppli iſrl. Filij phares
duo milia centumſeptuagintaduo. Fi-
lij ſaphatia: trecẽtiſeptuagintaduo. Fi-
lij area: ſeptingentiſeptuagintaquinq;
Filij phetmoab filiorũ ioſue ioab: duo
milia octingentiduodecim. Filij helam:
milleducenti quinquagintaquatuor.
Filij zethua: nongenti quadragintaquinq;.
Filij zachai: ſeptingentiſexagin-
ta. Filij bani: ſexcentiquadragĩtaduo
Filij bebai: ſexcentiuigintitres. Filij az-
gad: milleducẽtiuigintiduo. Filij ado-
nicam: ſexcẽtiſexagĩtaſex. Filij beguai
duo milia quinquagintaſex. Filij adin
quadringentiquinquagintaquatuor.
Filij ather qui erant ex ezechia: nonagĩ-
taocto. Filij beſai: trecentiuigintitres.
Filij iora . centum duodecim. Filij aſem
ducentiuigĩtitres. Filij gebbar nongen-
tiquinq;. Filij bethleem: centumuiginti-
tres. Uiri nethupha: quinquagintaſex
Uiri anathot: centumuigintiocto. Filij
azmaueth: q̃dragintaduo. Filij caria-
thiarim cephira et beroth: ſeptingenta
quadragintatres. Filij rama et gabaa:
ſexcentiuigintiunus. Uiri machmas:
centumuigintiduo. Uiri bethel et hai:
ducẽtiuigintitres. Filij nebo: quinqua-
gintaduo. Filij megbis: centumquin-
quagintaſex. Filij helam alterius: mil-
leducenti quinquagintaquatuor. Filij
arim: trecẽtiuigĩti. Filij lodadim et ono
ſeptingentiuigintiquinq;. Filij iericho
trecentiquadragintaquinq;. Filij ſenaa
tria milia ſexcentitriginta. Sacerdotes
Filij idaia ĩ domo ieſue: nongentiſeptu-
agintatres. Filij emmer: millequinqua-
gintaduo. Filij pheſſur: milleducenti
quadragintaſeptem. Filij arim: mille
decem et ſeptem. Leuite. Filij ieſue et cedmihel filiorum oduie: ſeptuagintaqua-
tuor. Cantores. Filij aſaph: centum-
uigintiocto. Filij ianitorum. Filij ſellũ
Filij ather. Filij telmon. Filij accub. Fi-
lij attita. Filij ſobai: vniuerſi centum-
triginta nouem. Nathinnei. Filij ſia fi-
lij aſupha filij tebbaoth filij ceros filij
ſiaa filij phadon filij lebana filij azaba
filij accub filij agab filij ſelmai filij a-
nan filij gaddel filij gaer filij raabia fi-
lij raſin filij nechoda filij gazem filij a-
za filij phaſea filij beſee filij aſemaa filij
munim filij nephuſim filij bechue filij
acupha . filij azur . filij heſluth . filij ma-
ida . filij arſa . filij bercos . filij ſiſara .

filiȷ̈ thema filiȷ̈ naſia filiȷ̈ athupha filiȷ̈
ſeruorum ſalomonis: filiȷ̈ ſothei filiȷ̈ ſo-
phereth filiȷ̈ pharuda filiȷ̈ iala filiȷ̈ der-
con filiȷ̈ geddel filiȷ̈ ſaphata filiȷ̈ athil fi-
liȷ̈ phocereth qui erant de aſebaim: filiȷ̈
amim. Omnes nathinnei et filiȷ̈ ſeruo-
rum ſalomonis: trecentinonagīta duo
Et hiȷ̈ q̄ aſcenderūt de thelmala thelarſa
cherub et don et mer: et non potuerunt
indicare domū patrū ſuoꝝ ⁊ ſemen ſuū
vtrum ex iſrahel eſſet. Filiȷ̈ dalaia filiȷ̈
tobia filiȷ̈ nechoda ſexcenti quinquagin-
ta duo. Et de filiȷ̈s ſacerdotū filiȷ̈ iobia
filiȷ̈ accos filiȷ̈ berzellai qui accepit de fi-
liabus berzellai galaaditis vxorem: et
vocatus ē nomine eorū. Hiȷ̈ queſierūt
ſcripturam genealogie ſue et nō inue-
nerūt: et eiecti ſūt de ſacerdotio. Et dixit
atherſatha eis. ut nō comederēt de ſan-
cto ſāctoꝝ donec ſurgeret ſacerdos doct⁹
atq; perfectus. Omnis multitudo q̄ſi vn⁹
quadraginta duo milia trecenti ſeptua-
ginta: exceptis ſeruis eorū et ancillis q̄
erāt ſeptem milia trecenti triginta ſeptē
et in ipſis cantores atq; cantatrices du-
centi. Equi eorum ſexcenti triginta ſex:
muli eoꝝ ducenti quadraginta quinq;
cameli eorū quadringenti triginta q̄nq;
aſini eoꝝ ſex milia ſeptingenti viginti.
Et de principib⁊ patrū cū ingrederentur
templū dn̄i quod eſt in ihrl̄m: ſponte
obtulerūt in domū dei ad extruendā eā
in loco ſuo. Secundū vires ſuas dede-
runt impenſas operis. auri ſolidos qua-
draginta milia et mille: argenti mnas
quinq; milia: et veſtes ſacerdotales cen-
tum. Habitauerūt ergo ſacerdotes ⁊ le-
uite ⁊ de populo ⁊ cantores ⁊ ianitores
et nathinnei in vrbibus ſuis: vniūſuſ
q; iſrahel in ciuitatibus ſuis. .iii.
Iamq; venerat menſis ſeptimus: ⁊ erāt

filiȷ̈ iſrahel in ciuitatib⁊ ſuis. Congrega-
tus eſt ergo ppl̄s quaſi vir vnus in ihe-
ruſalem: et ſurrexit ioſue fili⁹ ioſedech.
et fratres eius ſacerdotes. et zorobabel
filius ſalathiel. et fratres eius: et edifi-
cauerunt altare dei iſrahel. ut offerrent
in eo olocauſtomata: ſicut ſcriptū eſt i
lege moyſi viri dei. Collocauerunt aūt
altare dei ſup baſes ſuas de terrentib⁊ e-
os per circuitū ppl̄is terraꝝ: ⁊ obtulerūt
ſup illud olocauſtū dn̄o mane ⁊ veſpe-
re. Feceruntq; ſolemnitatē tabernaculorū
ſicut ſcriptū eſt: et olocauſtum diebus
ſingulis p ordinē ſcd̄m p̄ceptum opus
diei in die ſuo: et poſt hec olocauſtum
iuge tā in kalendis q̄ȝ i vniūſis ſolem-
nitatibus domini qui erant cōſecrate: ⁊
in omnibus i quib⁊ vltro offerebat mu-
nus dn̄o. A primo die mēſis ſeptimi:
ceperunt offerre olocauſtū dn̄o: porro
tēplum dei nondum fundatū erat. De-
derunt autē pecunias latomis et cemen-
tariȷ̈s: cibum q̄ȝ et potū et oleum ſydo-
niȷ̈s tyriȷ̈ſq;. ut deferrent ligna cedrina
de libano ad mare ioppen: iuxta quod
p̄ceperat cyrus rex perſarum eis. Anno
aūt ſecūdo aduentus eoꝝ ad templum
dei in ihrl̄m menſe ſcd̄o ceperūt zoroba-
bel filius ſalathiel ⁊ ioſue fili⁹ ioſedech
et reliqui de fratrib⁊ eoꝝ ſacerdotes ⁊ le-
uite. et omnes qui venerāt de captiuita-
te in ihrl̄m: ⁊ conſtituerūt leuitas a vi-
ginti annis et ſupra. ut vrgerēt opus
dn̄i. Stetitq; ioſue et filiȷ̈ eius. et fr̄es
eius. cedmihel ⁊ filiȷ̈ eius. et filiȷ̈ iuda
quaſi vir vnus. ut inſtarent ſuper eos
qui faciebāt opus i templo dei: filiȷ̈ ena-
dab. et filiȷ̈ eorū. et fratres eoꝝ leuite.
Fundato igitur a cementariȷ̈s tēplo do-
mini ſteterūt ſacerdotes in ornatu ſuo
cū tubis: ⁊ leuite filiȷ̈ aſaph i cymbalis

ut laudarent deū p manus dauid regis
iſrl. Et cōcinebant in ymnis ⁊ confeſſi-
one dño quoniā bonus: qm̄ ī eternum
miſericordia eius ſuper iſrahel. Omnis
quoqꝫ populus vociferabatur clamore
magno in laudando dn̄m: eo ꝙ funda-
tum eſſet templū dn̄i. Plurimi etiam de
ſacerdotibꝫ et leuitis et principes patrū
et ſeniores q̄ viderant templū prius cū
fundatum eſſet · et hoc templū ī oculis
eoꝝ flebant voce magna: ⁊ multi voci-fe-
rantes in leticia eleuabant vocē: nec po-
terat quiſꝗ̄ agnoſcere vocē: clamoris
letantiū · et vocem fletus ppl'i. Commi-
xtim eñ pp'lus vociferabat̄ clamore ma-
gno: ⁊ vox audiebatur procul. Audie-
runt autē hoſtes iude et beniamin quia
filij captiuitatis edificarēt templū dño
deo iſrahel: et accedentes ad zorobabel ·
et ad principes patrū · dixerūt eis. Edi-
ficemus vobiſcū: quia ita ut vos queri-
mus deum veſtrum. Ecce nos immola-
uimus victimas a diebus aſſoraddan
regis aſſur: qui adduxit nos huc. Et
dixit eis zorobabel et ioſue: et reliq̄ prī-
cipes patrū iſrahel. Non eſt nobis ⁊ vo-
bis ut edificem⁹ domū deo noſtro: ſed
nos ipſi ſoli edificabimus deo noſtro:
ſicut pcepit nobis cyrus rex pſarū. Fa-
ctum eſt igitur ut pp'ls terre impediret
manus ppl'i iude: et turbaret eos in edi-
ficando. Cōduxerūt aūt aduerſus eos
cōſiliatores: ut deſtruerent cōſiliū eorū
omnibꝫ diebꝫ cyri regis pſarū. iiij
IN regno aūt aſſueri ipe eſt artarxerſis
in principio regni ei⁹ ſcripſerūt accuſa-
tionem aduerſus habitatores iude ⁊ ihe-
ruſalem. Et in diebus artarxerſis ſcri-
pſit beſellam mitridates et thabeel · et
reliqui qui erant in cōſilio eoꝝ ad artar-
xerſen regem perſarum. Epiſtola autem
accuſationis ſcripta erat ſyriace: et le-
gebatur ſermone ſyro. Reū beel theem
et ſamſai ſcriba ſcripſerūt epiſtolā vnā
de iheruſalē artarxerſi regi huiuſcemōi
Reum beel theem et ſamſai ſcriba et reli-
q̄ cōſiliatores eoꝝ · dynei et apharſathei
therphalei arphaſei · herchuei babiloñij
ſuſannachei dieui · et elamite · ⁊ ceteri de
gētibꝫ q̄s trāſtulit ſalmanaſar magn⁹
et glorioſ⁹: ⁊ habitare eas fecit ī ciuita-
tibꝫ ſamarie ⁊ ī reliquis regionibꝫ trās
flumē in pace. Hoc ē exemplar epiſto-
le quā miſerūt ad eū · Artarxerſi regi:
ſerui tui viri qui ſunt trans fluuium ſa-
lutem dicunt. Notum ſit regi: quia iu-
dei qui aſcenderūt a te ad nos venerunt
in iheruſalē ciuitatē rebellem ⁊ peſſimā:
quam edificant extructes muros eius
et parietes cōponētes. Nunc igitur no-
tū ſit regi: q̄ ſi ciuitas illa edificata fue-
rit ⁊ muri eius inſtaurati tributum et
vectigal ⁊ annuos redditus nō dabūt
et uſqꝫ ad reges hec noxa pueniet. Nos
ergo memores ſalis qd̄ in palatio come-
dimus qꝛ leſiones regis videre nephas
ducimus: idcirco miſimus et nunciaui-
mus regi ut recenſeas in libris hiſtori-
arum patrū tuoꝝ et inuenies ſcriptum
in comentarijs ⁊ ſcies quoniam vrbs
illa vrbs rebellis eſt ⁊ nocens regibus
et prouincijs et bella concitantur in ea
ex diebus antiquis quamobrem et ciui-
tas illa deſtructa eſt. Nunciamus nos
regi: quoniam ſi ciuitas illa edificata
fuerit: et muri ipſius inſtaurati: poſſeſ-
ſionem trans fluuium nō habebis. Ver-
bū miſit rex ad reumbeel theem et ſam-
ſai ſcribam: ⁊ ad reliquos qui erant in
conſilio eorum habitatores ſamarie · ⁊
ceteris trans fluuium: ſalutem dicens
et pacē. Accuſatio quā miſiſti ad nos

manifeſte lecta eſt coram me: et a me p̄-
ceptū eſt · et recenſuerūt: inuenerūtq̄
quoniam ciuitas illa a dieb⁹ antiquis
aduerſum reges rebellat: et ſeditiones
et p̄lia concitātur in ea. Nam et reges
fortiſſimi erant ī ihrl̄m qui ⁊ dominati
ſunt omi regioni q̄ trans fluuium eſt.
Tributū q̄q; ⁊ vectigal · ⁊ redditus acci-
piebāt. Nunc ergo audite ſententiam
ut prohibeatis viros illos · et vrbs illa
nō edificetur: donec ſi forte a me miſſū
fuerit. Videte ne negligenť hoc impleа-
tis: et paulatim creſcat malum contra
reges. Itaq; exemplū edicti artarxerſi⁹
regis lectum eſt corā reum beelthem et
ſamſai ſcriba · ⁊ conſiliarijs eoꝝ: et abi-
erūt feſtim ī ihrl̄m · ad iudeos: et prohi-
buerūt eos in brachio ⁊ robore. Tunc
intermiſſū eſt opus dom⁹ dn̄i in ihrl̄m
et nō fiebat uſq; ad annum ſecundum
regni darij regis perſarum.

· V ·

Prophetauerunt aūt aggeus pro-
pheta et zacharias filius addo: p̄-
phetantes ad iudeos qui erant in iuda ⁊
ihrl̄m in nomine dei iſrl̄. Tūc ſurrexit
zorobabel fili⁹ ſalathiel et ioſue filius
ioſedech ⁊ ceperūt edificare tēplum dn̄i
in ihrl̄m: et cū eis prophete dei adiuuā-
tes eos. In ipo autē tempore venit ad
eos thantannai qui erat dux trans flu-
men et ſtarbuzannai et cōſiliarij eorū:
ſicq; dixerūt eis. Quis dedit vobis cō-
ſiliū ut domū hanc edificaretis: et mu-
ros eius inſtauraretis? Ad quod reſpō-
dimus eis: que eſſent nomina homin
auctoꝝ edificationis illi⁹. Oculus aūt
dei eorū factus eſt ſup ſenes iudeorū: et
nō potuerūt inhibere eos. Placuitq; ut
res ad dariū referretur: et tūc ſatiſface-
rent aduerſus accuſationem illā. Exem-
plar epiſtole quā miſit thantannai dux
regionis trans flumen ⁊ ſtarbuzannai
et conſiliatores eius apharſathei q̄ erāt
trans flumen: ad dariū regem. Sermo
quē miſerat ei ſic ſcriptus erat. Dario
regi pax oīs. Notū ſit regi iſſe nos ad
iudeam prouinciam ad domū dei magni
que edificatur lapide impolito ⁊ ligna
ponuntur in parietibꝫ: opuſq; illud di-
ligenter extruiť ⁊ creſcit in manibꝫ eoꝝ.
Interrogauim⁹ ergo ſenes illos: et ita
diximus eis. Quis dedit vobis poteſta-
tem ut domū hanc edificaretis: et mu-
ros hos inſtauraretis? Sed et nomina
eorū queſiuimus ab eis ut nūciarem⁹
tibi: ſcripſimuſq; nomina eorū virorū
qui ſūt principes in eis. Huiuſcemodi
aūt ſermonē reſponderūt nobis dicen-
tes. Nos ſumus ſerui dei celi et terre: et
edificamus templum qđ erat extructū
ante hos annos multos: quodq; rex iſ-
rahel magnus edificauerat et extruxe-
rat. Poſtq̄ aūt ad iracundiā prouoca-
uerunt p̄res noſtri deū celi tradidit eos
in manus nabuchodonoſor regis babi-
lonis chaldei: domū quoq; hanc deſtru-
xit: et populū eius tranſtulit in babilo-
nem. Anno aūt primo cyri regis babi-
lonis cyrus rex propoſuit edictum: ut
domus dei edificaretur. Nam ⁊ vaſa tē-
pli dei aurea ⁊ argētea que nabuchodo-
noſor tulerat de tēplo qđ erat in iheru-
ſalem et aſportauerat ea ī tēplum babi-
lonis ꝓtulit cyrus rex de tēplo babilo-
nis: et data ſunt ſaſabaſar vocabulo
quē et principē cōſtituit: dixitq; ei. Hec
vaſa tolle ⁊ vade: ⁊ pone ea in templo
quod eſt ī ihrl̄m: et domus dei edificeť
in loco ſuo. Tunc itaq; ſaſabaſar ille
venit et poſuit fundamenta templi dei
in iheruſalē: ⁊ ex eo tempore uſq; nunc
edificatur et necdum completum eſt.

Nūc ergo ſi videtur regi bonū receſeat
in bibliotheca regis que eſt ī babilone
vtrū nam a cyro rege iuſſum fuerit ut
edificaret͛ dom⁹ dei ī ih̄rl̄m: et volūtatē
regis ſuper hac re mittat ad nos. VI
Tunc darius rex p̄cepit: et recenſu-
erunt ī bibliotheca librorum qui
erant repoſiti in babilone: et inuētū eſt
in ecbathanis quod ē caſtrū in medena
prouincia volumen vnum: taliſq; ſcri-
ptus erat ī eo cōmentarius. Anno pri-
mo cyri regis. cyrus rex decreuit ut do-
mus dei edificaretur que ē in ih̄rl̄m in
loco vbi immolēt hoſtias: et ut ponāt
fundamenta ſupportantia altitudinem
cubitorū ſexaginta et latitudinē cubito-
rum ſexaginta: ordines de lapidibꝫ im-
politis tres ⁊ ſic ordines de lignis nouis.
Sumpt⁹ aūt de domo regis dabuntur
Sed ⁊ vaſa tēpli dei aurea ⁊ argentea q̄
nabuchodonoſor tulerat de templo ihe-
ruſalē ⁊ attulerat ea ī babilonē reddā-
tur et referantur in templū ih̄rl̄m in lo-
cum ſuū: q̄ ⁊ poſita ſunt in templo dei.
Nūc ergo thantannai dux regionis q̄
eſt trans flumen ⁊ ſtarbuzannai ⁊ cōſi-
liarij veſtri apharſathei q̄ eſtis trās flu-
men procul recedite ab illis: et dimittite
fieri templum dei illud a duce iudeorū ⁊
a ſenioribꝫ eorū: et dom⁹ dei illa edificet͛
in loco ſuo. Sed ⁊ a me p̄ceptū eſt. qd
oporteat fieri a p̄sbiteris iudeorū illis ut
edificetur domus dei: ſcilicet ut de archa
regis id ē de tributis que dantur de re-
gione trans flumen ſtudioſe ſumptus
dentur viris illis: ne impediatur opus
Quod ſi neceſſe fuerit ⁊ vitulos et agnos
et hedos ī olocauſtum deo celi: frumētū
ſal vinum et oleum ſecūdum ritum ſa-
cerdotum qui ſūt ī iheruſalem detur eis
per ſingulos dies. ne ſit ī aliq̄ querimonia
et offerant oblationes deo celi orentq;
pro vita regis et filiorū eius. A me er-
go poſitū eſt decretum: ut omnis homo
qui hanc mutauerit iuſſionē tollatur
lignū de domo ipſius et erigatur et cō-
figatur in eo: domus aūt eius publi-
cetur. Deus aūt qui habitare fecit no-
men ſuum ibi: diſſipet omnia regna. et
populum q̄ extenderit manum ſuam ut
repugnet. ⁊ diſſipet domū dei illā que
eſt in iheruſalem. Ego darius ſtatui de-
cretū: qd̄ ſtudioſe impleri volo. Igit̄
thantānai dux regionis trans flumē et
ſtarbuzannai. et cōſiliarij eius ſcd̄m qd̄
p̄ceperat darius rex: ſic diligēter executi
ſūt. Seniores aūt iudeorū edificabant
et proſperabātur iuxta prophetiam ag-
gei p̄phete ⁊ zacharie filij addo. Et edi-
ficauerunt ⁊ conſtruxerunt iubente deo
iſrahel. et iubente cyro et dario. et ar-
taxerſe regibus perſarum: ⁊ compleue-
runt domum dei iſtam. uſq; ad diē ter-
cium menſis adar: qui eſt annus ſext⁹
regni darij regis. Fecerunt autem filij
iſrahel ſacerdotes et leuite. et reliqui fili-
orum trāſmigrationis. dedicationem
domus dei in gaudio: et obtulerunt in
dedicatione domus dei vitulos centum
arietes ducētos. agnos quadringētos
hircos caprarum pro peccato totius iſ-
rahel duodecim iuxta numerum tribuū
iſrahel. Et ſtatuerūt ſacerdotes in ordi-
nibꝫ ſuis: et leuitas in vicibꝫ ſuis ſuper
opera dei ī iheruſalem: ſicut ſcriptum eſt
ī libro moyſi. Fecerunt autem filij trāſ-
migratōis paſcha q̄rtadecima die men-
ſis primi. Purificati eñ fuerāt ſacerdo-
tes. et leuite quaſi vnus: omnes mun-
di ad immolandum paſcha vniuerſis
filijs tranſmigrationis. et fratribus ſu-
is ſacerdotibus. et ſibi. Et comederunt

filij iſrl̄ qui reuerſi fuerant de trāſmigra-
tione: et oīs qui ſe ſeperauerāt a com-
quinatione gentiū terre ad eos: ut q̄re-
rent dn̄m deū iſrl̄. Et fecerūt ſolemnita-
tem azimorū ſeptē diebꝫ in leticia quo-
niam letificauerat eos dn̄s: et conuerte-
rat cor regis aſſur ad eos: ut adiuuaret
manus eorum in opere domus domini
dei iſrahel. . vii.

Post hec aūt v̄ba ī regno artarxer-
ſis regis pſar̄ · eſdras filiꝰ ſaraie ·
filij azarie · filij helchie · filij ſellum filij
ſadoch · filij achitob · filij amarie · filij
azarie · filij maraioth · filij zarie · filij ozi
filij bocci · filij abiſue · filij finees · filij e-
leazar · filij aaron ſacerdotis abinicio:
ipſe eſdras aſcendit de babilone: et ipe
ſcriba velox in lege moyſi · q̄ dn̄s deus
dedit iſrl̄. Et dedit ei rex ſecūdū manum
dn̄i dei eius bonā ſup eū · omnē peticio-
nem eius. Et aſcenderūt de filijs iſrl̄ · et
de filijs ſacerdotū · et de filijs leuitar̄ · et
de cantoribus · et de ianitoribꝫ · ⁊ de na-
thinneis · in iheruſalē anno ſeptimo ar-
tarxerſis regis: et venerūt ī ihrl̄m men-
ſe quinto: ipſe eſt annus ſeptimus re-
gis. Quia ī primo die mēſis primi · ce-
pit aſcendere de babilone: et in primo
die menſis quinti venit in ihrl̄m · iuxta
manū dei ſui bonā ſup ſe. Eſdras autem
parauit cor ſuū · ut inueſtigaret legē do-
mini: et faceret · et doceret in iſrahel pre-
ceptū ⁊ iudiciū. Hoc eſt autē exēplar e-
piſtole edicti: qđ dedit rex artarxerſes
eſdre ſacerdoti · ſcribe erudito in ſermo-
nibus ⁊ p̄ceptis dn̄i · et cerimonijs eius
in iſrahel. Artarxerſes rex regū: eſdre
ſacerdoti · ſcribe legis dei celi doctiſſimo ·
ſalutem. A me decretū eſt: ut cuicunqꝫ
placuerit in regno meo de pp̄lo iſrl̄ · ⁊ de
ſacerdotibꝫ eius · ⁊ de leuitis ire in ihrl̄m

tecum vadat. A facie enī regis · ⁊ ſeptē
cōſiliator̄ eius miſſus es ut viſites iu-
deam et iheruſalē · in lege dei tui que eſt
in manu tua: et ut feras argentū et au-
rum quod rex ⁊ cōſiliatores eiꝰ ſponte
obtulerūt deo iſrahel: cuius in ihrl̄m ta-
bernaculū eſt. Et omne argentū ⁊ aurū
quodcūqꝫ inueneris ī vniūſa prouincia
babilonis · et pp̄ls offerre noluerit: et
de ſacerdotibus qui ſpōte obtulerint do-
mui dei ſui que eſt in iheruſalē libere ac-
cipe: et ſtudioſe eme de hac pecunia vi-
tulos · arietes · agnos · ⁊ ſacrificia ⁊ liba-
mina eor̄ · et offer ea ſup altare templi
dei veſtri qđ eſt ī iheruſalē. Sed ⁊ ſi qđ
tibi et fratribꝫ tuis placuerit de reliquo
argento ⁊ auro ut faciatis: iuxta volun-
tatē dei veſtri facite. Vaſa quoqꝫ q̄ dan-
tur tibi ī miniſteriū domꝰ dei tui trade in
ↄſpectu dei ī ihrl̄m. Sꝫ ⁊ cetera q̄bꝫ opꝰ
fuerit ī domū dei tui quātūcūqꝫ neceſſe
ē vt expēdas · dabis de theſauro ⁊ de fi-
ſco regis ⁊ a me. Ego artarxerſes rex ſta-
tui atqꝫ decreui · omnibꝫ cuſtodibꝰ arche
publice qui ſūt trans flumē: ut quod-
cūqꝫ petierit a uobis eſdras ſacdos ſcri-
ba legis dei celi · abſqꝫ mora detis · uſqꝫ
ad argenti talēta cētū · ⁊ uſqꝫ ad frumēti
choros centū · ⁊ uſqꝫ ad vini bachos cē-
tū · et uſqꝫ ad bachos olei cētū: ſal vero
abſqꝫ mēſura. Omne qđ ad ritū dei ce-
li pertinet · tribuatur diligēter in domo
dei celi: ne forte iraſcatur contra regnū
regis · et filior̄ eiꝰ. Vobis qꝫ notū faci-
mus de vniūſis ſacerdotibus et leuitis
cantoribꝫ · ⁊ ianitoribꝫ · nathinneis · et
miniſtris domus dei huius: ut vectigal
et tributū · et annonas · nō habeatis po-
teſtatē imponendi ſup eos. Tu autē eſ-
dra · ſcd̄m ſapientiā dei tui q̄ eſt ī manu
tua cōſtitue iudices ⁊ p̄ſides · ut iudicēt

omi ppło q eſt trãs flumẽ: hijs videlicʒ
qui nouerũt legem dei tui: ⁊ legẽ regis
ſed ⁊ imperitos docete libere. Et oĩs q nõ
fecerit legem dei tui et legem regis dili-
genter: iudicium erit de eo ſiue in mortẽ
ſiue in exilium · ſiue in cõdemnationem
ſubſtãtie eius: uel certe in carcerẽ. Be-
nedict⁹ dñs de⁹ patrũ noſtrorũ · q dedit
hoc ĩ corde regis · ut glorificaret domũ
dñi que eſt in ihrłm: ⁊ ĩ me inclinauit
miſericordiã ſuã corã rege et cõſiliatori-
bus eius · ⁊ vniuerſis principib⁹ regis
potentib⁹. Et ego cõfortat⁹ manu dñi
dei mei q erat in me: congregaui de iſrł
principes q aſcenderũt mecum. · viii ·

Hij ſunt ergo principes familiarũ ·
et genealogia eorũ qui aſcenderũt
mecũ · in regno artarxerſis regis de ba-
bilone. De filijs finees: gerſon. De fi-
lijs ythamar: daniel. De filijs dauid:
attus. De filijs ſecheme · et de filijs pha-
ros zacharias: ⁊ cum eo numerati ſunt
viri centumquinquaginta. De filijs phet
moab · helioenai filius zaree: et cum eo
ducenti viri. De filijs ſechenie filius eze-
chiel: et cũ eo trecenti viri. De filijs ad-
dannabeth · filius ionathan: et cum eo
quinquagĩta viri. De filijs helam · yſa-
ias filius athalie: et cũ eo ſeptuaginta
viri. De filijs ſaphatie · zebedia fili⁹ mi-
chahel: et cũ eo octoginta viri. De filijs
ioab · obedia fili⁹ iheihel: et cũ eo ducen-
ti decem ⁊ octo viri. De filijs ſelomith ·
filius ioſphie: et cũ eo centum ſexagĩta
viri. De filijs bebai · zacharias filius be-
bai: et cũ eo viginti octo viri. De filijs
ezeab · iohannan fili⁹ ezethan: et cũ eo
centum decem viri. De filijs adonicam ·
qui erãt nouiſſimi · et hec nomina eorũ ·
heliphelet · et heihel ⁊ ſamaias: ⁊ cũ eis
ſexagĩta viri. De filijs beggui nathai ·
et zachur: ⁊ cũ eis ſeptuagĩta viri. Cõ-
gregaui aũt eos ad fluuium · q decurrit
ad hauua: et manſimus ibi trib⁹ dieb⁹
Queſiuiqʒ in pplo · ⁊ in ſacerdotib⁹ de fi-
lijs leui: et non inueni ibi. Itaqʒ miſi
helizer et ariel et ſemeam et helnathan
et arib et alterũ helnathan et nathan · ⁊
zachariam · ⁊ meſolam · principes: et io-
arib · ⁊ helnathan ſapientes: ⁊ miſi eos
ad heddo q eſt primus in caſphie loco
Et poſui ĩ ore eorũ verba que loqueren-
tur ad heddo · et ad fratres eius nathin-
neos ĩ loco caſphie · ut adducerent no-
bis miniſtros domus dei noſtri. Et ad-
duxerũt nobis p manũ dei noſtri bonã
ſup nos virũ doctiſſimũ · de filijs mooli
filij leui · filij iſrahel: et ſarabiã · ⁊ filios
eius et fratres eius decem et octo et aſa-
biam · et cũ eo yſaiam de filijs merari:
fratreſqʒ ei⁹ ⁊ filios eius viginti. Et de
nathinneis · quos dederat dauid · ⁊ prin-
cipes ad miniſteria leuitarũ: nathinne-
os ducentos viginti. Omnes hij ſuis no-
minibus vocabãtur. Et pdicaui ibi ie-
iuniũ iuxta fluuium hauua: ut afflige-
remur corã dño deo noſtro · ⁊ peteremus
ab eo viã rectã nobis · et filijs noſtris ·
vniuerſeqʒ ſubſtantie noſtre. Erubui
enim petere regem auxilium et equites ·
qui defenderent nos ab inimico in via:
quia dixeram⁹ regi. Manus dei noſtri
eſt ſup oĩns qui querũt eũ in bonitate:
et imperiũ ei⁹ · ⁊ fortitudo eius · ⁊ furor
ſup oĩns qui derelinquũt eũ. Ieiunaui-
mus autem ⁊ rogauimus deũ noſtrum
pro hoc: et euenit nobis proſpere. Et
ſeparaui de principib⁹ ſacerdotum duo-
decim ſarabiam et aſabiam: et cum eis
de fratribus eorum decem. Appendiqʒ
eis argentum et aurum · et vaſa conſe-
crata dom⁹ dei noſtri · que obtulerat rex

et conſiliatores eius · et principes eius:
vniuerſuſq; iſrl · eorum qui inuēti fuerāt
Et appēdi in manibus eorū argenti ta-
lenta ſexcenta quinquaginta · et vaſa ar-
gentea centū: auri centū talenta · et cra-
teras aureas viginti que habebant ſo-
lidos millenos: et vaſa eris fulgentis
optimi duo · pulcra ut aurū. Et dixi eis
Vos ſancti dn̄i · et vaſa ſancta: et argē-
tum ⁊ aurū quod ſponte oblatū eſt do-
mino deo patrū noſtrorum. Vigilate et cu-
ſtodite: donec appendatis coram princi-
pibus ſacerdotū · et leuitarū · et ducibus
familiarum iſrl ī ihrlm · in theſaurum
domus dn̄i. Susceperūt aūt ſacerdotes
et leuite pondus argenti · et auri · et va-
ſorū: ut deferrent iheruſalē · in domū dei
noſtri. Promouimus ergo a flumine
hauua duodecima die menſis primi: ut
pergeremus ihrlm. Et manus dei noſtri
fuit ſup nos: et liberauit nos de manu
inimici ⁊ inſidiatoris in via. Et venimus
iheruſalem: ⁊ manſimus ibi diebus tribus
Die aūt quarta appenſum eſt argentū
et aurum ⁊ vaſa in domo dei noſtri per
manū remoth filij vrie ſacerdotis: et cū
eo eleazar filius finees · cumq; eis ioza-
bed filius ioſue et noadaia filius bennoi
leuite iuxta numerum · ⁊ pōdus omniū. De-
ſcriptuſq; ē omne pondus in tpe illo. Sed
et qui venerāt de captiuitate filij trāſmi-
grationis obtulerunt olocauſtomata
deo iſrl vitulos duodecim pro omni pplo
iſrl: arietes nonagītaſex · agnos ſeptu-
aginta ſeptem · hircos pro peccato duo-
decim: omnia in olocauſtū dn̄o. Dederūt
aūt edicta regis ſatrapis qui erāt de cō-
ſpectu regis · ⁊ ducibus trans flumen: et
eleuauerūt pplm et domū dei. · ix ·

Poſtq; aūt hec cōpleta ſunt: acceſ-
ſerunt ad me principes dicentes.
Nō eſt ſeparatus pplus iſrahel et ſacerdo-
tes et leuite a pplis terrarū: et de abomi-
nationibus eorum chananei videlicet ⁊ ethei
et pherezei ⁊ iebuzei · ⁊ ammonitarum
et moabitarū et egiptiorum et amorreorum.
Tulerunt enī de filiabus eorum ſibi et filijs
ſuis: ⁊ cōmiſcuerūt ſemen ſanctū cum
populis terrarum. Manus etiam principū
et magiſtratuū fuit ī trāſgreſſione hac
prima. Cumq; audiſſem ſermonē iſtū ·
ſcidi palliū meū ⁊ tunicā: ⁊ euelli capil
los capitis mei ⁊ barbe: et ſedi merens
Cōuenerūt aūt ad me omnes q̄ timebāt
verbū dei iſrl · pro tranſgreſſione eorum q̄
de captiuitate venerāt: et ego ſedebā tri-
ſtis uſq; ad ſacrificiū veſpertinū. Et in
ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictōne
mea: ⁊ ſciſſo pallio ⁊ tunica curuaui ge-
nua mea · et expandi manus meas ad
dn̄m deū meum ⁊ dixi. Deus meus cōfū-
dor ⁊ erubeſco leuare faciem meā ad te:
quoniā iniquitates noſtre multiplicate
ſunt ſup caput noſtrū: ⁊ delicta noſtra
creuerūt uſq; ad celum a diebus patrum
noſtrorū. Sed et nos ipſi peccauimus
grauiter uſq; ad diem hanc: et in iniq-
tatibus noſtris traditi ſumus ipi · ⁊ re-
ges nr̄i et ſacerdotes noſtri in manū re-
gum terrarū: et in gladium et in capti-
uitatē ⁊ in rapinā ⁊ in cōfuſionē vultus
ſicut ⁊ die hac. Et nūc q̄ſi parum ⁊ ad
momentū facta eſt deprecatio nr̄a apud
dn̄m deum noſtrū · ut dimitterentur no-
bis reliquie ⁊ daretur pax illius in loco
ſancto eius: ⁊ illuminaret oculos nr̄os
deus noſter · et daret nobis vitā modi-
cam in ſeruitute noſtra · qz ſerui ſumus
et in ſeruitute noſtra nō dereliquit nos
deus noſter: ⁊ inclinauit ſup nos miſeri-
cordiā coram rege perſarū · ut daret no-
bis vitam ⁊ ſublimaret domū dei noſtri

et extrueret ſolitudines ei⁹: ⁊ daret no-
bis ptem in iuda et iheruſalē. Et nunc
quid dicemus dn̄e deus noſter poſt hec
Quia dereliquimus mandata tua· que
precepiſti in manu ſeruorū tuorū ꝓphe-
tarū dicens. Terra ad quam vos ingre-
dimini ut poſſideatis eam terra immun-
da eſt iuxta immundiciam ppl'orū cetera-
rūq; terrarꝫ: abominationibꝫ eorū qui
repleuerūt eā ab ore uſq; ad os ī coin-
quinatione ſua. Nunc ergo filias ve-
ſtras ne detis filijs eorū et filias eorꝫ ne
accipiatis filijs veſtris: et nō queratis
pacem eorꝫ et proſperitatē eorū uſq; in
eternū: ut cōfortemini et comedatis q̄
bona ſunt terre· et heredes habeatis fili-
os veſtros uſq; in ſeculum. Et poſt oīa
que venerunt ſuper nos in operibus no-
ſtris peſſimis· ⁊ in delicto nr̄o magno:
q2 tu de⁹ noſter liberaſti nos de iniq̄tate
nr̄a· dediſti nob̄ ſalutē ſicut ē hodie: ut
nō reconuerteremur ⁊ irrita faceremus
mādata tua neq; matrimoīa iūgerem⁹
cū pp̄lis abominationū iſtarū. Numq̄d
irat⁹ es nobis uſq; ad conſumationē:
ne dimitteres nobis reliquias ad ſalu-
tē? Dn̄e deus iſrl' iuſtus es tu: qm̄ dere-
licti ſum⁹ q̄ ſaluaremur ſicut ī die hac
Ecce corā te ſumus ī delicto nr̄o. Non
enī ſtari poteſt corā te ſup hoc. x

SIc ergo orāte eſdra et implorāte
deum ⁊ flente· ⁊ iacente ante tem-
plum dei. collectus eſt ad eū de iſrl' cet⁹
grandis nimis virorū ⁊ mulierꝫ· ⁊ pu-
erorū. Et fleuit pp̄ls multo fletu. Et re-
ſpōdit ſechenias filius iehiel de filijs he-
lam: et dixit eſdre. Nos preuaricati ſu-
mus in deū noſtrū: et duximus vxores
alienigenas de pp̄lis terre. Et nūc ſi eſt
penitentia in iſrahel ſup hoc: percutiam⁹
fedus cū dn̄o deo noſtro· ut proiciam⁹
vniuerſas vxores· ⁊ eos qui de hijs na-
ti ſunt. Juxta volūtatē domini et eorū
qui timent preceptum domini dei noſtri
ſecundum legem fiat. Surge: tuum ē
diſcernere: noſq; erimus tecū. Confor-
tare et fac. Surrexit ergo eſdras et ad-
iurauit principes ſacerdotū ⁊ leuitarum
et omnem iſrahel: ut facerent ſecundū
verbū hoc. Et iurauerunt. Et ſurrexit
eſdras ante domum dei: ⁊ abijt ad cubi-
culum iohannan filij eliaſib: et ingreſ-
ſus eſt illuc. Panem non comedit: et
aquam nō bibit. lugebat enī trāſgreſ-
ſionem eorꝫ qui venerāt de captiuitate.
Et miſſa eſt vox in iuda et ī iheruſalem
oībus filijs trāſmigrationis· ut con-
gregarentur in iheruſalē: et omnis qui
non venerit in tribus diebus iuxta cō-
ſiliū principū ⁊ ſeniorꝫ· auferet' vniuer-
ſa ſubſtātia ei⁹: ⁊ ipſe abiciet' de cetu
trāſmigrationis. Cōuenerūt igit' oēs
viri iuda et beniamin in iheruſalem tri-
bus diebus· ipſe eſt menſis nonus· vi-
ceſima die menſis: et ſedit omīs popu-
lus in platea domus dei· trementes pro
peccato ⁊ pluuijs. Et ſurrexit eſdras ſa-
cerdos: et dixit ad eos. Vos tranſgreſſi
eſtis ⁊ duxiſtis vxores alienigenas: ut
adderetis ſuper delictum iſrahel. Et nūc
date confeſſionem domino deo patrum
veſtrorum: et facite placitum eius· ⁊ ſe-
paramini a populis terre· ⁊ ab vxoribꝫ
alienigenis. Et reſpōdit vniuerſa mul-
titudo: dixitq; voce magna. Juxta ver-
bum tuū ad nos ſic fiat. Verūtamē q2
pp̄lus multus eſt ⁊ temp⁹ pluuie· ⁊ nō
ſuſtinemus ſtare foris· et opus nō eſt
diei vni⁹ uel duorꝫ· vehementer quippe
peccauimus in ſermone iſto: conſtitu-
antur principes ī vniūſa multitudine:
et oēs ī ciuitatibꝫ noſtris qui duxerūt

vxores alienigenas veniant in tempori-
bus ſtatutis · et cum hijs ſeniores per ci-
uitatē in ciuitatē et iudices eius : donec
auertatur ira dei noſtri a nobis ſup pec-
cato hoc. Igitur ionatan filius aſahel
et iaazia filius thecue · ſteterūt ſup hoc:
et meſollā · et ſebethai leuites adiuue-
rūt eos. Feceruntq; ſic filij trāſmigratio-
nis. Et abierunt eſdras ſacerdos ⁊ viri
principes familiaꝝ ī domos patrū ſuoꝝ
et omēs per nomina ſua : et ſederunt in
die primo menſis decimi · ut quererent
rem. Et cōſumati ſūt omēs viri qui du-
xerūt vxores alienigenas : uſq; ad diē
primā menſis primi. Et inuenti ſūt de
filijs ſacerdotū qui duxerūt vxores alie-
nigenas : de filijs ioſue filij ioſedech et
fratres eius maaſia · et eliezer · et iarib ·
et godolia. Et dederūt manus ſuas · ut
eicerent vxores ſuas : et ꝓ delicto ſuo a-
rietem de ouibus offerrent. Et de filijs
emmer : ānani et zebedia. Et de filijs ſe-
rim : maſia ⁊ helia · et ſemeia · iehihel · ⁊
ozias. Et de filijs pheſſur : helioenai · ma-
aſia · yſmahel · nathanael · iozabeth ⁊ he-
leſa. Et de filijs leuitaꝝ : ioſabeth · et ſe-
mei · et celaia · ipe eſt calithaphathaia ·
iuda · et eliezer. Et de cātoribꝫ eliaſub :
et de ianitoribꝫ · ſellum · ⁊ thelem ⁊ vri.
Et ex iſrahel · de filijs pharos : remeia · ⁊
ezia · ⁊ melhia · ⁊ miamim · ⁊ eliezer · ⁊
melchia · ⁊ banea. Et de filijs elam : ma
thania · zacharias · ⁊ iehihel · ⁊ abdi · ⁊
rimoth ⁊ helia. Et de filijs zethua · helio
enaꝝ · elyaſib · nathania · ⁊ iherimuth ·
et zabeth · ⁊ aziza. Et de filijs bebai iohā-
nan · annania · zabbai · athalai. Et de fi-
lijs beni : moſolla · ⁊ melluth · ⁊ adaia ·
iaſub · ⁊ ſaal ⁊ ramoth. Et de filijs phet
moab : edna · ⁊ chalaal · banaias · ⁊ ma
aſias · mathanias · beſelehel · benni · et
manaſſe. Et de filijs erem : eliezer · ieſue
melchias · ſemeias · ſymeō · beniamim ·
maloch ſamarias. Et de filijs aſom ma-
thanai · matheth · azabeth · elpheleth · ier-
mai · manaſſes ſemei. De filijs bani ·
maaddi · anram · ⁊ huel · baneas · ⁊ ba-
dias · cheliau · bānia · marimuth · ⁊ heli-
aſib · mathanias · mathanai · et iaſi · et
bani · et benui · ſemei · et ſalmias · et na-
than · ⁊ adaias · mechnedabai · ſyſai · ſa-
rai · ezrel · et ſelemau · ⁊ ſemeria · ſellum
amaria · ioſeph. De filijs nebui · abihel
mathathias · zabeth · zabina · ieddu · et
iohel · ⁊ banaꝝ. Omēs hij acceperāt vxo-
res alienigenas · ⁊ fuerunt ex eis muli-
eres q̄ pepерant filios. Explicit lib' pmꝰ

Incipit liber ſecūdus eſdre.

VErba neemie filij hel-
chie. Et factū eſt in
menſe caſleu · anno
viceſimo : et ego erā
in ſuſis caſtro. Et ve-
nit anani vnus de fra-
tribꝰ meis · ipe ⁊ viri iuda · et interroga-
ui eos de iudeis · qui remanſerant ⁊ ſuper-
ant de captiuitate ⁊ de iheruſalem. Et di-
xerūt michi. Qui remanſerūt ⁊ derelicti
ſunt de captiuitate ibi ī prouintia · ī af-
flictione magna ſūt et in opprobrio : et
murus ihrlm diſſipatꝰ eſt : et porte eiꝰ
combuſte ſunt igni. Cumq; audiſſem
verba huiuſcemodi · ſedi ⁊ fleui · et luxi
diebus multis : et ieiunabam et orabā
ante faciem dei celi : et dixi. Queſo domi-
ne deꝰ celi fortis magne atq; terribilis
qui cuſtodis pactū et miſericordiā cum
hijs q̄ te diligūt · ⁊ cuſtodiūt mandata
tua : fiant aures tue auſcultātes · ⁊ ocu-
li tui aperti · ut audias orationem ſerui
tui · quam ego oro coram te hodie no-
cte et die · pro filijs iſrahel ſeruis tuis :

et cõfiteor pro peccatis filiorum iſrahel
quibus peccauerunt tibi. Et ego et do-
mus patris mei peccauimus: vanitate
ſeducti ſumus: et nõ cuſtodiuimus man-
datum. ⁊ cerimonias ⁊ iudicia que pre-
cepiſti moyſi famulo tuo. Memẽto ver-
bi: qđ mãdaſti moyſi ſeruo tuo dicens
Cum tranſgreſſi fueritis ego diſperdã
vos in pplos: et ſi reuertamini ad me ⁊
cuſtodiatis precepta mea et faciatis ea.
etiam ſi abducti fueritis ad extrema celi
inde cõgregabo vos: ⁊ reducã in locum
quem elegi ut habitaret nomẽ meũ ibi
Et ipſi ſerui tui et pplˢ tuus: quos rede-
miſti ĩ fortitudine tua magna. et ĩ ma-
nu tua valida. Obſecro dñe ſit auris
tua attendens ad orationem ſerui tui et
ad orationẽ ſeruorũ tuorũ qui volunt
timere nomẽ tuũ: et dirige ſeruũ tuum
hodie: ⁊ da ei miſericordiã ante virum
hunc. Ego eñ erã pincerna regis. ij.

Factum eſt aũt in mẽſe niſan. an-
no viceſimo artaxerſis regis: et
vinum erat ante eum. Et leuaui vinũ
et dedi regi: et erã quaſi languidꝰ ante
faciem eius. Dixitqꝫ michi rex. Quare
vultus tuus triſtis eſt. cum te egrotũ
non videam? Non eſt hoc fruſtra: ſed
malũ neſcio quod in corde tuo eſt. Et ti-
mui valde ac nimis: et dixi regi. Rex i-
eternũ viue. Quare non mereat vultꝰ
meus: qꝛ ciuitas domus ſepulcrorũ pa-
tris mei deſerta eſt. et porte eius combu-
ſte ſũt igni? Et ait michi rex. Pro qua
re poſtulas? Et oraui deũ celi: ⁊ dixi ad
regem. Si videtur regi bonũ. et ſi pla-
cet ſeruus tuꝰ ante faciẽ tuã: ut mittas
me ĩ iudeam ad ciuitatẽ ſepulcri patris
mei: et edificabo eã. Dixitqꝫ michi rex:
et regina que ſedebat iuxta eũ. Vſqꝫ ad
quod tempus erit iter tuum: et quãdo
reuerteris? Et placuit ante vultum regis
et miſit me. Et conſtitui ei tempus: et
dixi regi. Si regi videt̃ bonũ. epiſto-
las det michi ad duces regionis trans
flumen. ut traducant me donec veniã
in iudeam: et epiſtolã ad aſaph cuſtodẽ
ſaltus regis. ut det michi ligna: ut te-
gere poſſim portas tẽpli turres domos
et muros ciuitatis. et domũ quã ingreſ-
ſus fuero. Et dedit michi rex: iuxta ma-
nũ dei mei bonã mecũ. Et veni ad duces
regionis trãs flumen: dediqꝫ eis epl̃as
regis. miſerat aũt rex mecũ pñcipes mi-
litũ. ⁊ equites. Et audierũt ſanaballath
oronites. ⁊ tobias ſeruꝰ amanites et cõ-
triſtati ſũt afflictione magna: qꝛ veniſ-
ſet homo q̃ quereret pſperitatẽ filiorũ
iſrl̃. Et veni ihrlm: ⁊ erã ibi tribꝰ diebꝰ
Et ſurrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecũ
et non indicaui cuiq̃ qđ dñs dediſſet in
corde meo ut facerẽ in ihrlm: et iumẽtũ
nõ erat mecũ niſi aĩal cui inſidebam. Et
egreſſus ſum per portã vallis nocte. et
ante fontẽ draconis. et ad portã ſterco-
ris: ⁊ cõſiderabam murũ ihrlm diſſipa-
tum: et portas eiꝰ cõſumptas igni. Et
tranſiui ad portam fontis. ⁊ ad aqueduc-
tum regis: et non erat locus iumento
cui inſidebã. ut tranſiret. Et aſcendi per
torrentẽ nocte. et cõſiderabam murũ: et
reuerſus veni ad portam vallis ⁊ redij.
Magiſtratus autẽ neſciebant quo abiſ-
ſem: aut quid ego facerẽ. Sed et iudeis
et ſacerdotibꝰ ⁊ optimatibꝰ ⁊ magiſtra-
tibus et reliquis qui faciebant opus.
vſqꝫ ad id locorũ nichil indicaueram. Et
dixi eis. Vos noſtis afflictionẽ in qua
ſumus: quia ihrlm deſerta eſt: et porte
eius cõſumpte ſũt igni. Venite et edifi-
cemꝰ muros ihrlm: et nõ ſimꝰ ultra ob-
probrium. Et indicaui eis manũ dei mei.

quod eſſet bona mecum: et verba regis
que locutꝰ eſt michi: et aio. Surgamꝰ
et edificemus. Et cōfortate ſūt manus
eorū in bono. Audierūt autē ſanabal-
lath oronites et tobias ſeruꝰ amanites
et goſem arabs. et ſubſannauerūt nos
et deſpexerunt. dixeruntqꝫ. Que eſt hec
res quā facitis? Nūquid cōtra regē vos
rebellatis? Et reddidi eis ſermonē: di-
xiqꝫ ad eos. Deus celi ipſe nos iuuat: et
nos ſerui eius ſumꝰ. Surgamꝰ: et edi-
ficemus. Vobis aūt non eſt pars et iu-
ſticia et memoria ī iheruſalem. iij.

ET ſurrexit eliaſib ſacerdos magnꝰ
et fratres eius ſacerdotes: et edifi-
cauerunt portā gregis. Ipſi ſanctifica-
uerunt eam. et ſtatuerūt valuas eius:
et uſqꝫ ad turrim centū cubitoꝝ. ſancti-
ficauerunt eā uſqꝫ ad turrim ananehel.
Et iuxta eū edificauerūt viri iherico: ⁊
iuxta eos edificauit zachur filius amri
Portā aūt piſcium edificauerūt filij aſ-
naa: ipſi texerūt eā. et ſtatuerūt valuaſ
eius. et ſeras ⁊ vectes. Et iuxta eos edi-
ficauit marimuth: filiꝰ vrie. filij accus
Et iuxta eū edificauit moſollā filius ba-
rachie filius meſezebel. Et iuxta eū edi-
ficauit ſadoch filiꝰ baana. Et iuxta eum
edificauerūt thecueni. Optimates autē
eoꝝ nō ſuppoſuerunt colla ſua: in opere
dn̄i dei ſui. Et portā veterem edificaue-
rūt ioiada filiꝰ phaſea. et moſollā filiꝰ
beſodia: ipſi texerūt eā: et ſtatuerūt val-
uas eius. ⁊ ſeras ⁊ vectes. Et iuxta eos
edificauerūt melchias gabaonites. et
iadon meronathites. viri de gabaon ⁊
maſpha: pro duce q̄ erat ī regione trāſ
flumen. Et iuxta eum edificauit eziel fi-
liꝰ araia. aurifex. Et iuxta eū edificauit
ananias filiꝰ pigmētarij: et dimiſerūt
iheruſalē uſqꝫ ad murū platee latioris
Et iuxta eū edificauit raphaia filiꝰ abur
p̄nceps vici ihrl'm. Et iuxta eū edifica-
uit ieiada filius aromath: cōtra domū
ſuā. Et iuxta eū edificauit atthus filiuſ
aſebonie. Mediā partem vici edificauit
melchias filius erem. ⁊ aſub filiꝰ phet-
moab: ⁊ turrim furnoꝝ. Et iuxta eos e-
dificauit ſellū filiꝰ aloes. p̄nceps medie
partis vici iheruſalē: oſee et filij eius.
Et portā vallis edificauit annun et ha-
bitatores zanoe: ipſi edificauerūt eam:
et ſtatuerūt valuas eiꝰ ⁊ ſeras ⁊ vectes
et mille cubitos in muro uſqꝫ ad portā
ſterquilinij. Et portā ſterqlinij edifica-
uit melchias filiꝰ rechab: princeps vici
bethacharem. Ipſe edificauit eā: et ſta-
tuit valuas eius et ſeras et vectes. Et
portam fontis edificauit ſellū filiꝰ colo-
zai: princeps pagi maſpha. Ipſe edifi-
cauit eā ⁊ texit: et ſtatuit valuas eius
et ſeras et vectes: et muros piſcine ſy-
loe in ortum regis. et uſqꝫ ad gradus
qui deſcendūt de ciuitate dauid. Poſt eā
edificauit neemias filiꝰ azboch p̄nceps
dimidie partis vici bethſur uſqꝫ contra
ſepulcrū dauid: et uſqꝫ ad piſcinā que
grandi opere cōſtructa ē. et uſqꝫ ad do-
mū fortium. Poſt eū edificauerūt leui-
te: reum filius benni. Poſt eos edifica-
uit aſebias princeps dimidie partis vi-
ci ceile: in vico ſuo. Poſt eū edificaue-
runt fratres eorū: bechui filius enadad
p̄nceps dimidie partis ceile. Et edifica-
uit iuxta eum azer filius ioſue princepſ
maſpha menſuram ſecūdam: cōtra aſcē-
ſum firmiſſimi anguli. Poſt eū ī mōte
edificauit. baruth filius zachai menſu-
ram ſecūdam: ab angulo uſqꝫ ad portā
domus eliaſib ſacerdotis magni. Poſt
eum edificauit merimuth filius vrie fi-
lij atthus menſuram ſecundam a porta

domus eliaſib: donec extenderet domꝰ
eliaſib. Et poſt eum edificauerūt ſacer-
dotes: viri de cāpeſtribꝫ iordanis. Poſt
eos edificauit beniamin et aſub: cōtra
domū ſuam. Et poſt eos edificauit aza-
rias filius maaſie filij ananie: cōtra do-
mum ſuam. Poſt eū edificauit bennuī
filius ennada. menſuram ſecundā. a do-
mo azarie uſqꝫ ad flexurā. ⁊ uſqꝫ ad an-
gulum. Poſt eū edificauit palel filius
ozi. cōtra flexurā ⁊ turrim. que eminet
de domo regis excelſa id eſt in atrio car-
ceris. Poſt eū phadaia filiꝰ feros. Na-
thinnei aūt habitabant in ofel. uſqꝫ cō-
tra portā aquarū ad orientem. ⁊ turrim
que ꝓminebat. Poſt eos edificauerūt
thecueni mēſuram ſecundā e regione: a
turre magna et eminenti uſqꝫ ad murū
templi. Surſum aūt ad portam equoꝝ
edificauerūt ſacerdotes: vnuſquiſqꝫ cō-
tra domū ſuā. Poſt eos edificauit ſedo
filius emmer: cōtra domū ſuā. Et poſt
eum edificauit ſemeia filius ſechenie:
cuſtos porte orientalis. Poſt eū edifica-
uerunt anania filius ſelemie. et anon fi-
lius ſelom ſextus: menſurā ſecundam.
Poſt eum edificauit meſollā filius ba-
rachie: contra gazophilatium ſuum.
Poſt eum edificauit melchias filiꝰ au-
rificis. uſqꝫ ad domum nathinneorum
et ſcuta vendentium. cōtra portam iudi-
cialem: et uſqꝫ ad cenaculum anguli et
inter cenaculum anguli in porta gregis
edificauerūt artifices et negociatores. iiij

Factum eſt aūt cum audiſſet ſana-
ballath quod edificaremus mu-
rum: iratus eſt valde. Et motus nimiſ
ſubſannauit iudeos: et dixit coram fra-
tribus ſuis et frequentia ſamaritanoꝝ
Quid iudei faciunt imbecilles? Num di-
mittēt eos gentes? Num ſacrificabūt.
et cōplebūt ī vna die? Numqđ edifi-
care poterit lapides de aceruis pulueris
qui cōbuſti ſunt? Sed et tobias amani-
tes ꝓximus eiꝰ ait. Edificent. Si aſcē-
derit vulpes: tranſiliet murū eoꝝ lapi-
deū. Audi deus noſter quia facti ſumꝰ
deſpectui. Cōuerte obprobrium ſup ca-
put eoꝝ: et da eos ī deſpectionē ī terra
captiuitatis. Ne operias iniquitatē eo-
rū: et peccatū eoꝝ corā facie tua nō dele-
atur: quia irriſerūt edificantes. Itaqꝫ
edificauimus murū: et cōiunximꝰ totū
uſqꝫ ad partem dimidiam: et prouoca-
tum eſt cor pp̄li ad operādum. Factum
eſt aūt cū audiſſet ſanaballath et tobi-
as et arabes et amanite et azotij qđ ob-
ducta eſſet cicatrix muri iheruſalem. et
quod cepiſſent interrupta concludi: irati
ſunt nimis. Et congregati ſūt omnes
pariter ut venirent et pugnarent cōtra
iheruſalem: et molirentur inſidias. Et
orauimꝰ deū noſtrū: et poſuimus cuſto-
des ſup murū die ac nocte cōtra eos. Di-
xit autē iudas. Debilitata eſt fortitudo
portātis: et humus nimia eſt: et nos
non poterimus edificare murum. Et di-
xerūt hoſtes noſtri. Neſciāt et ignorēt
donec veniamus in medium eorum. et
interficiamus eos: et ceſſare faciamus
opus. Factum eſt autem venientibus
iudeis q̄ habitabāt iuxta eos et dicētibꝰ
nobis p decem vices ex omībꝫ locis qui-
bus venerāt ad nos: ſtatui in loco poſt
murū per circuitū pp̄lm in ordinem cum
gladijs ſuis et lanceis et arcubus. Et
perſpexi atqꝫ ſurrexi. et aio ad optima-
tes et magiſtratus. et ad reliquā partē
vulgi. Nolite timere a facie eoꝝ. Do-
mini magni. et terribilis memētote: et
pugnate ꝓ fratribꝰ veſtris. filijs vrīs
et filiabus veſtris. et vxoribꝰ veſtris.

et domibus veſtris. Factum eſt autem
cum audiſſent inimici noſtri nūciatum
eſſe nobis: diſſipauit deꝰ cōſilium eorū
Et reuerſi ſumus om̄s ad muros: vnuſ-
quiſq; ad opus ſuū. Et factū eſt a die
illa: media pars iuuenum eoꝝ faciebat
opus. et media parata erat ad bellum:
et lancee. et ſcuta. et arcus. ⁊ lorice. et
prīcipes poſt eos ī omni domo iuda edi-
ficantium muros: et portantium onera
et imponētiū. Vna manu ſua faciebat
opus: et altera tenebat gladiū. Edifi-
cantium enim vnuſquiſq; gladio erat
accinctus renes. Et edificabāt et clan-
gebāt buccina iuxta me. Et dixi ad opti-
mates ⁊ ad magiſtratus: et ad reliquā
partē vulgi. Opus grande ē et latum
et nos ſeperati ſumus ī muro procul al-
ter ab altero. In loco quocunq; audi-
eritis clāgorem tube: illuc concurrite ad
nos. Deus noſter pugnabit ꝓ nobis
et noſipſi faciamus opꝰ. Et media pars
nr̄m teneat lanceas. ab aſcenſu aurore
donec egrediantur aſtra. In tēpore q̄ȝ
illo dixi ꝑplo. Vnuſquiſq; cū puero ſu-
o maneat ī medio ihrlm: et ſint vobis
vices per noctē et diem ad operandum.
Ego aūt et fratres mei et pueri mei. et
cuſtodes q̄ erāt poſt me nō deponebamꝰ
veſtimenta nr̄a. Vnuſquiſq; tantū nu-
dabatur ad baptiſmum. .V.

Et factus eſt clamor ꝑpli ⁊ vxoꝝ
eius magnꝰ: aduerſus fratres ſu-
os iudeos. Et erant qui dicerent. Filij
noſtri ⁊ filie noſtre multe ſunt nimis.
Accipiamus pro precio eoꝝ frumentū:
et comedamus ⁊ viuamꝰ. Et erāt qui
dicerent. Agros noſtros ⁊ vineas ⁊ do-
mos noſtras opponamꝰ: et accipiamꝰ
frumentum in fame. Et alij dicebant.
Mutuo ſumamus pecunias in tributa
regis: demuſq; agros nr̄os et vineas.
Et nūc ſicut carnes fratrū noſtrorū ſic
carnes noſtre ſunt: et ſicut filij eoꝝ ita
et filij noſtri. Ecce nos ſubiugamus fi-
lios nr̄os ⁊ filias noſtras ī ſeruitutē: et
de filiabus noſtris ſūt famule. nec ha-
bemꝰ vnde poſſint redimi: et agros no-
ſtros ⁊ vineas noſtras alij poſſidēt. Et
iratꝰ ſum nimis: cū audiſſem clamorē
eoꝝ ſecūdū verba hec. Cogitauitq; cor
meum. Et increpui optimates ⁊ magi-
ſtratus: et dixi eis. Vſuraſne ſinguli a
fratribꝫ veſtris exigitis? Et cōgregaui
aduerſū eos contionem magnā: et dixi
eis. Nos ut ſcitis redemimꝰ fratres no-
ſtros iudeos qui venditi fuerāt gentibꝰ
ſecūdū poſſibilitatē nr̄am. Et vos igit̄
vendite fratres noſtros ⁊: redimemus
eos? Et ſiluerūt: nec inuenerūt quid re-
ſponderēt. Dixiq; ad eos. Non eſt bo-
na res quā facitis. Quare nō in timore
dei noſtri ambulatis: ne exprobret̄ no-
bis a gentibꝫ inimicis noſtris? Et ego
⁊ fratres mei ⁊ pueri mei comodauimꝰ
plurimis pecuniā ⁊ frumentū. Nō repe-
tamus in cōmune iſtud. Es alienū cō-
cedamus: quod debetur nobis. Reddite
eis hodie agros ſuos: et vineas ſuas.
et oliueta ſua et domos ſuas. Quin po-
tius et centeſimā pecunie frumenti vini
et olei quā exigere ſoletis ab eis: date
pro illis. Et dixerunt. Reddemus: ⁊ ab
eis nichil queremus: ſicq; faciemus ut
loqueris. Et vocaui ſacerdotes: et adiu-
raui eos ut facerent iuxta qd̄ dixeram.
Inſup excuſſi ſinū meum. et dixi. Sic
excutiat deus om̄em virū qui nō cōple-
uerit verbum iſtud. de domo ſua ⁊ de la-
boribꝫ ſuis. Sic excutiatur: et vacuus
fiat. Et dixit vniuerſa multitudo amen
Et laudauerunt deum. Fecit ergo ꝑpls

ſicut erat dictū. A die aūt illa quā pre-
ceperat rex michi ut eſſem dux in terra
iuda ab anno viceſimo uſq; ad annum
triceſimū ſecundū artarxerſis regis per
annos duodecim: ego et fratres mei an-
nonas que ducib; debebantur nō come-
dimus. Duces autē primi qui fuerunt
ante me grauauerūt pplm: et acceperūt
ab eis in pane ⁊ vino et pecunia quoti-
die ſiclos quadraginta. Sed ⁊ miniſtri e-
orū depreſſerunt pplm. Ego aūt nō feci
ita ꝓpter timorē dei. Quin potiꝰ in opere
muri edificaui: et agrū nō emi: et om̄s
pueri mei congregati ad opus erant.
Iudei quoq; ⁊ magiſtratus · centū qn̄
quaginta viri · et qui veniebāt ad nos
de gentibus que in circuitu nr̄o ſunt: in
menſa mea erant. Parabatur aūt mi-
chi per dies ſingulos bos vnus · arietes
ſex electi. exceptis volatilib;: et inter di-
es decē vina diuerſa: et alia multa tribu-
ebam. Inſup ⁊ annonas ducatus mei
non queſiui. Valde eñ erat attenuatus
populꝰ. Memento mei deus meus in bo-
nū: ſcd̄m oīa que feci pplo huic. vi.

FActū eſt autem cum audiſſet ſa-
naballath ⁊ tobias ⁊ ioſem ara-
bs ⁊ ceteri inimici nr̄i q; edificaſſē ego
murū ⁊ nō eſſet in ipo reſidua interru-
ptio: uſq; ad tempꝰ autē illud valuas
nō poſueram ī portis: miſerūt ſanabal-
lath · et goſem arabs · ad me dicentes.
Veni ⁊ percutiamꝰ fedus parit̄ ī vitulis
in cāpo vno. Ipi aūt cogitabant ut fa-
cerēt michi malū. Miſi ergo ad eos nū-
cios dicēs. Opus grāde ego facio ⁊ nō
poſſum deſcendere: ne forte negligat̄ cū
venero et deſcendero ad vos. Miſerunt
autem ad me ſecundum verbum hoc p
q̄tuor vices: et reſpōdi eis iuxta ſermo-
nē priorē. Et miſit ad me ſanaballath
iuxta verbum prius quinta vice puerū
ſuum: ⁊ epiſtolam habebat ī manu ſua
ſcriptam hoc modo. In gentibus audi-
tum eſt: et goſem dixit · q; tu ⁊ iudei co-
gitetis rebellare · et propterea edifices
murum: et leuare te velis ſuper eos re-
gem: propter quā cauſam ⁊ prophetas
poſueris qui predicent de te in ieruſalē
dicētes. Rex ī iudea ē. Auditurus ē rex
verba hec. Id circo nunc veni: ut inea-
mus conſilium pariter. Et miſi ad eos
dicens. Nō eſt factum ſcd̄m verba hec
que tu loqueris. De corde enim tuo tu
cōponis hec. Om̄es enim hij terrebant
nos: cogitantes q; ceſſarent manus no-
ſtre ab opere et quieſceremus. Quā ob
cauſam magis cōfortaui manus meas
Et ingreſſꝰ ſū domū ſamaie filij dalaie
filij methabeel ſecreto. Qui ait. Tracte-
mus nobiſcum ī domo dei ī medio tem-
pli · et claudamus portas edis: q̄a ven-
turi ſūt ut interficiāt te: et nocte ventu-
ri ſunt ad occidendum te. Et dixi. Num
q̄ſquā ſimilis mei fugit? Et q̄s ut ego
ingredietur templum et viuet? Non ingre-
diar. Et intellexi q; deus nō miſiſſet eū
ſed quaſi vaticinans locutꝰ eſſet ad me
et tobias et ſanaballath conduxiſſent
eum. Acceperat enim precium ut terri-
tus facerē ⁊ peccarē: ⁊ haberēt malū qd̄
exprobrarent michi. Memento mei do-
mine pro tobia et ſanaballath · iuxta o-
pera eorum talia: ſed ⁊ noadie prophe-
te ⁊ ceterorum prophetarum q̄ terrebāt
me. Completus eſt autem murus vi-
ceſimoquinto die mēſis elul · quinqua-
gintaduobus diebus Factum eſt ergo
cū audiſſent om̄es inimici nr̄i ut time-
rent vniuerſe gentes que erāt ī circuitu
noſtro: et cōciderent intra ſemetipos: et
ſcirent q; a dn̄o factum eſſet opus hoc

Sed ⁊ in diebus illis multe optimatū
iudeorū epiſtole mittebātur ad tobiā:
et a tobia veniebant ad eos. Multi em̄
erāt in iudea habentes iuramentū eius:
quia gener erat ſechenie filij iorei: ⁊ io-
hānan fili⁹ eius acceperat filiā meſollā
filij barachie. Sed ⁊ laudabāt eū corā
me: et verba mea nunciabat ei. Et to-
bias mittebat epiſtolas ut terreret me
P Oſtq̄ꝫ autem edificatus VII
eſt murus. et poſui valuas. et re-
cenſui ianitores ⁊ cātores ⁊ leuitas p̄cepi
anani fratri meo ⁊ ananie p̄ncipi dom⁹
de iheruſalē: ipſe em̄ quaſi vir verax ⁊ ti-
mens deū plus ceteris videbatur. Et di-
xi eis. Nō aperiant porte iheruſalem uſ-
q₃ ad calorem ſolis. Cumq₃ adhuc aſſi-
ſterent: clauſe porte ſūt ⁊ oppilate. Et
poſui cuſtodes de habitatoribꝫ ihrl̄m ſin-
gulos per vices ſuas: et vnūquenq₃ cō-
tra domū ſuā. Ciuitas autē erat lata ni-
mis ⁊ grandis: ⁊ pp̄ls paruus ī medio
eius: et nō erant domus edificate. De⁹
puli cõmouebũtur. et regnabit quem
non ſperant qui inhabitant ſuper terrã
et volatilia commigrationem facient: et
mare ſodomiticum piſces reiciet: et da-
bit vocem noctu quã nõ nouerant mul-
ti. Omnes autem audient vocem eius.
Et chaos fiet p loca multa. et ignis fre-
quenter remittetur. et beſtie agreſtes
tranſmigrabũt: ⁊ mulieres menſtruate
parient monſtra. ⁊ i dulcibus aquis ſal-
ſe inuenientur: et amici omnes i ſemet-
ipſos expugnabũt: et abſcondetᷣ tunc
ſenſus et intellectus ſeparabitᷣ i ꝓmptu-
ariũ ſuũ. ⁊ queretᷣ a multis ⁊ nõ inueietᷣ

et multiplicabitur iniuſticia ⁊ incōtinē-
tia ſup terrā. Et interrogabit regio pro-
ximam ſuā et dicet. Nūquid p te ptran-
ſijt iuſticia iuſtū faciēs? Et hoc negabit
Et erit in illo tēpore: et ſperabūt homi-
nes et nō impetrabūt: laborabūt ⁊ nō
dirigent̄ vie eoꝝ. Hec ſigna dicere tibi
pmiſſum eſt michi. Et ſi oraueris iteꝝ
et ploraueris ſicut ⁊ nunc. et ieiunaue-
ris ſeptem diebus: audies iterato horū
maiora. Et euigilaui. et corpus meum
horruit valde: et anima mea laborauit
ut deficeret. Et tenuit me q̄ venit ange-
lus qui loquebat̄ in me: et confortauit
me et ſtatuit me ſup pedes. Et factū eſt
in nocte ſcd̄a. et venit ad me ſalathiel
dux ppl̄i: ⁊ dixit michi. Vbi eras? Et q̄-
re vultꝰ tuus triſtis? Aut neſcis quo-
niam tibi creditus eſt iſrl̄ i regione trāſ-
migratiōis eoꝝ? Exſurge ergo et guſta
panē: ⁊ nō derelinquas nos ſicut paſtor
gregem ſuū in manibꝫ lupoꝝ maligno-
rum. Et dixi ei. Vade a me: et nō appro-
pies ad me. Et audiuit ut dixi: et receſ-
ſit a me. Et ego ieiunaui diebus ſeptē
vlulans et plorans: ſicut michi manda-
uit vriel angelꝰ. Et factū ē poſt dies ſe-
ptē: ⁊ iterū cogitationes cordis mei mo-
leſte erant michi valde. Et reſumpſit a-
nima mea ſpiritū intellectus: ⁊ iterū ce-
pi loqui corā altiſſimo ſermones. Et di-
xi. Dominator dn̄e ex omni ſilua terre
et ex omibꝫ arboribꝫ eius elegiſti vineā
vnicam: et ex omī terra orbis elegiſti ti-
bi foueā vnā: et ex omibꝫ floribꝫ orbis
elegiſti tibi liliū vnum: ⁊ ex omibꝫ ab-
iſſis maris repleſti tibi riuū vnū: et ex
omnibus edificatis ciuitatibꝫ ſanctificaſ-
ti tibimetipſi ſyon: et ex oībus creatis
volatilibꝫ nominaſti tibi columbā vnā
et ex omībꝫ plaſmatis pecoribꝫ ꝓuidiſti
tibi ouem vnam: et ex omibꝫ multipli-
catis populis acqſiuiſti tibi ppl̄m vnū
et ab oībus probatā legē donaſti huic
quē deſideraſti pplo. Et nūc dn̄e ut qd
tradidiſti vnū pluribꝰ? Et preparaſti
ſup vnā radicē alias: ⁊ diſperdiſti vni-
cum tuum ī multis. Et cōculcauerunt
eū qui cōtradicebant ſponſionibꝫ tuis
quiqꝫ tuis teſtamēti nō credebant. Et ſi
odiens odiſti ppl̄m tuū: tuis manibꝫ de-
bet caſtigari. Et factū eſt cū locutꝰ eſſē
ſermones: et miſſus eſt angelus ad me
qui ante venerat ad me p̄terita nocte: ⁊
dixit michi. Audi me ⁊ inſtruā te: et in-
tende michi et adiciā coram te. Et dixi.
Loquere dn̄e meꝰ. Et dixit ad me. Val-
de tu in exceſſu mentis factus es ꝓ iſrl̄.
An plus dilexiſti eum: q̄ꝫ qui eū fecit?
Et dixi ad eū. Nō dn̄e: ſed dolens locu-
tus ſum. Torquēt eni͞ me renes mei per
omnē horam querētem apphendere ſemi-
tam altiſſimi: et inueſtigare partem iu-
dicij eius. Et dixit ad me. Non potes
Et dixi. Quare dn̄e? Ad qd naſcebar
aut quare non ſiebat matrix mr̄is mee
michi ſepulcrum. ut nō viderē laborē
iacob. et defatigationē generis iſrahel?
Et dixit ad me. Numera michi q̄ nec-
dum venerāt. ⁊ collige michi diſperſas
guttas. Et reuirida michi aridos flores
et aperi michi clauſa ꝓmptuaria: et ꝓ-
duc michi incluſos in eis flatꝰ. Demō-
ſtra michi vocis ymaginē: et tūc oſten-
dam tibi laborem quem rogas videre.
Et dixi. Dominator dn̄e: quis enim eſt
qui poteſt hoc ſcire. niſi qui cū hominibꝰ
habitationē nō habet? Ego aūt inſipi-
ens: ⁊ quomodo potero dicere de hijs q̄-
bus me interrogaſti? Et dixit ad me.
Quomodo nō potes facere vnū de hijs
que dicta ſunt. ſic non poteris inuenire

iudicium meum: aut in fine caritatem quam pro ipſo promiſi. Et dixi. Sed ecce domine: tu preſes hiis qui in fine ſunt Et quid facient qui ante me fuerunt: aut nos aut hii que poſt nos? Et dixit ad me Corone aſſimulabo iudicium meum. Sicut non noviſſimorum tarditas: ſic nec priorum velocitas. Et reſpondi et dixi. Nec poteras facere eos qui facti ſunt. et qui ſunt. et futuri ſunt in vnum: ut celerius iudicium tuum oſtendas? Et reſpondit ad me: et dixit. Non poteſt feſtinare creatura ſuper creatorem: nec ſuſtinere ſeculum eos qui in eo creandi ſunt in vnum Et dixi. Quomodo dixiſti ſeruo tuo quoniam vivificans vivificaſti a te creatam creaturam in vnum et ſuſtinebat creatura: poterit et nunc portare preſentes in vnum Et dixit ad me. Interroga matricem mulieris: et dices ad eam. Et ſi paris: quare per tempus? Roga ergo eam: ut det decem in vnum Et dixi. Non utique poterit: ſed ſecundum tempus. Et dixit ad me. Et ego dedi matricem terre hiis qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit ea que ſenum adhuc: ſic ego diſpoſui a me creatum ſeculum. Et interrogaui et dixi. cum iam dederis michi viam: loquar coram te. Nam mater noſtra de qua dixiſti michi. adhuc iuuenis eſt: iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me. et dixit. Interroga eam que parit: et dicet tibi. Dices enim ei. Quare quos peperiſti nunc non ſunt ſimiles hiis qui ante te. ſi minores ſtatura Et dicet tibi et ipſa. Alii ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: et alii qui ſub tempore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Conſidera ergo et tu quoniam minori ſtatura eſtis pre hiis qui ante vos: et qui poſt vos minori quam vos. quaſi iam ſeneſcentes creature et fortitudinem iuuentutis pretereuntes. Et dixi. Rogo domine ſi inueni gratiam ante oculos tuos: demonſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturam tuam.

Et dixit ad me. Initio terreni orbis et antequam ſtarent exitus ſeculi et antequam ſpirarent conuentiones ventorum. et antequam ſonarent voces tonitruum et antequam ſplenderent nitores choruſcationum: et antequam confirmarentur fundamenta paradiſi. antequam viderentur decori flores. et antequam confirmarentur mote virtutes. antequam colligerentur innumerabiles milicie angelorum: et antequam extollerentur altitudines aeris. et antequam nominarentur menſure firmamentorum: et antequam eſtuarent camini in ſyon et antequam inueſtigarentur preſentes anni: et antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones et conſignati eſſent qui fidem theſaurizauerunt tunc cogitaui et facta ſunt per me ſolum et non per alium: et finis per me et non per alium. Et reſpondi et dixi. Que erit ſeparatio temporum? Aut quando prioris finis: et ſequentis inicium? Et dixit ad me Ab abraham uſque ad yſaac quando nati ſunt ab eo iacob et eſau: manus iacob tenebat ab inicio calcaneum eſau. Finis enim huius ſeculi eſau: et principium ſequentis iacob. Hominis manus inter calcaneum et manum. Aliud noli querere eſdra. Et reſpondi et dixi. O dominator domine ſi inueni gratiam ante oculos tuos: oro ut demonſtres ſeruo tuo finem ſignorum tuorum quorum partem michi demonſtraſti nocte precedente. Et reſpondit: et dixit ad me Surge ſuper pedes tuos: et audi vocem pleniſſimam ſonitus. Et erit ſicut commotio: nec commouebitur locus in quo ſtes ſuper eum. Ideo cum loquitur tu non expaueas

quoniam de fine verbū ⁊ fundamentū
terre intelligit᷑: qm̄ de ipīs sermo tremi-
ſcit ⁊ commouebit᷑. Scit eñ qm̄ finem
eoꝝ oportet cōmutari. Et factū eſt cum
audiſſem ſurrexi ſup pedes meos: et au-
diui. et ecce vox loquens: et ſonus ei⁹
ſicut ſonus aquaꝝ multarū. Et dixit.
Ecce dies veniūt: et erit quando appro-
pinquare incipiā ut viſitem habitātes
in terra: et quando inquirere incipiam
ab eis q̄ iniuſte nocuerūt iniuſticia ſua
et quādo ſuppleta fuerit humilitas ſy-
on et cū ſupſignabit᷑ ſeculū qđ incipiet
ptranſire: hec ſigna faciā. Libri aperient᷑
ante faciem firmamēti. et om̄s videbūt
ſimul: et anniculi infantes loquent᷑ vo-
cibus ſuis: et pregnantes inmaturos
parient infantes triū ⁊ quatuor mēſiū.
et viuent ⁊ ſuſcitabūtur. Et ſubito ap-
parebūt ſeminata loca nō ſeminata: et
plena promptuaria ſubito inuenientur
vacua: et tuba canet cū ſono quā cū om-
nes audierīt ſubito expaueſcēt. Et erit
in illo tēpore debellabūt amici amicos:
ut inimici: et expaueſcet t̄ra cū hijs. Et
vene fontiū ſtabūt: et nō decurrēt in ho-
ris tribus. Et erit: omis q̄ derelictus fu-
erit ex omib⁹ iſtis quibꝰ p̄dixi tibi: ipe
ſaluabitur: et videbit ſalutare meū ⁊ fi-
nem ſeculi vr̄i. Et videbūt q̄ recepti ſūt
homines qui mortē nō guſtauerūt a na-
tiuitate ſua: et mutabitur cor inhabitā-
tiū: et conuertetur i ſenſum aliū. Dele-
bitur eñ malū: et extinguetur dolus.
Florebit aūt fides: et vincet᷑ corruptela
et oſtendet᷑ veritas que ſine fructu fuit
dieb⁹ tantis. Et factū eſt cum loqueret᷑
michi: et ecce paulatim intuebar ſuper
eum ante quem ſtabam: et dixit ad me
hec. Veni tibi oſtendere tēpus venture
noctis. Si ergo iterū rogaueris. et iteꝝ
ieiunaueris ſeptē dieb⁹: iteꝝ tibi renun-
ciabo horū maiora p diem quā audiui.
Audita eſt eñ vox tua apud altiſſimū
Vidit enim fortis directionē tuā: ⁊ pro-
uidit pudiciā quā a iuuentute tua ha-
buiſti: et propter hoc miſit me demon-
ſtrare tibi hec oīa. et dicere tibi. Cōfide
et noli timere: et noli feſtinare tu p̄ori-
bus tēporibꝰ cogitare vana: ut nō pro-
peres a nouiſſimis tēporibus. Et factū
eſt poſt hec et fleui iterū: et ſimilit᷑ ieiu-
naui ſeptē diebꝰ: ut ſupleam tres ebdo-
madas que dicte ſūt michi. Et factum
eſt in octaua nocte et cor meū turbabat᷑
iterato in me: et cepi loqui coram altiſ-
ſimo. Inflammabat᷑ eñ ſpiritus me⁹
valde: et anima mea anxiabat᷑: et dixi.
O dn̄e loquens locutus es ab inicio cre-
ature in primo die dicens. Erat celum
et terra: et tuū verbum opus pfectum.
Et erat tunc ſpiritus: et tenebre circum-
ferebant᷑ ⁊ ſilentium: ſonus vocis hoīs
nōdum erat abs te. Tūc dixiſti de the-
ſauris tuis proferri lumē luminoſum
quo appareret op⁹ tuū. Et die ſcđo cre-
aſti ſpiritū firmamēti: et imperaſti ei ut
diuideret ⁊ diuiſionē faceret int̄ aquas:
ut pars quedā ſurſū recederet pars ve-
ro deorſum maneret. Et tercia die impe-
raſti aquis cōgregari. in ſeptima parte
terre: ſex vero partes ſiccaſti et cōſerua-
ſti: ut ex hijs ſint coram te miniſtrātia
ſeminata a deo ⁊ culta. Verbū eñ tuum
proceſſit: ⁊ opus ſtatim fiebat. Proceſ-
ſit enim ſubito fructus mltitudinis im-
mēſus: ⁊ concupiſcentie guſtus multifor-
mes: et flores colore immutabili ⁊ odo-
res odoramenti inueſtigabilis. Et die
tercio hec facta ſūt. Quarta aūt die im-
peraſti fieri ſolis ſplendorē: lune lumē
ſtellarum diſpoſitionē: et imperaſti eis

ut deſeruirent futuro plaſmato homini
Quinto autem die dixiſti ſeptime parti
vbi erat aqua cōgregata ut procrearet
animalia et volatilia ⁊ piſces: et ita fie=
bat. Aqua muta · et ſine anima que dei
nutu iubebantur animalia faciebat: ut
ex hoc mirabilia tua nationes enarrent
Et tunc conſeruaſti duas animas: nomē
vni vocaſti enoch · et nomē ſcdī vocaſti
leuiathā: ⁊ ſepaſti ea ab alterutro. Nō
enī poterat ſeptima pars vbi erat aqua
congregata capere ea. Et dediſti enoch
vnā partem que ſiccata ē tercio die ut
habitet in ea: vbi ſunt montes mille.
Leuiathan autem dediſti ſeptimam par=
tem humidam: ⁊ ſeruaſti eam ut fiat in
deuoratione quibus vis ⁊ qbꝫ nō vis.
Sexto autem die imperaſti terre ut crea=
ret corā te iumenta et beſtias ⁊ reptilia:
et ſuper hijs adam · quem cōſtituiſti du-
cem ſuper omnibus factis que feciſti: et
ex eo educimur nos oms quenq̧ elegi=
ſti populū. Hec aūt omnia dixi corā te
domine quia propter nos creaſti ſeclm.
Reſiduas aūt gentes ab adam natas di-
xiſti eas nil eſſe: ⁊ quoniā ſaliue aſſimu-
late ſūt: ⁊ quaſi ſtillicidiū de vaſe ſimu-
laſti abundantiā eorū. Et nūc dn̄e ecce
iſte gentes que i nichilū deputate ſunt
ceperūt dominari nr̄i ⁊ deuorare: nos au-
tem pplus tuus quē vocaſti pmogenitū
vnigenitū emulatorē tuū traditi ſumus
in manibus eoꝝ. Et ſi pter nos creatū
eſt ſeclm: q̄re nō hereditatē poſſidemus
cum ſeculo? Vſquequo hec? vij.

ET factū eſt cum finiſſem loqui ver-
ba hec: miſſus ē ad me angelus
qui miſſus fuerat ad me pmis noctibꝫ
et dixit ad me. Surge eſdra: ⁊ audi ſer-
mones quos veni loqui ad te. Et dixi.
Loquere deus meus. Et dixit ad me. Mare
poſitum eſt i ſpatioſo loco ut eſſet altū
et immenſum: erit autem ei introitus in
anguſto loco poſitus: ut eſſet ſimilis flu-
minibus. Quis enī volens voluerit in=
gredi mare et videre eum uel dominari
eius: ſi non tranſierit anguſtum in lati-
tudinem venire quomodo poterit? Item
aliud. Ciuitas eſt edificata · et poſita in
loco campeſtri: eſt aūt plena omniū bo=
norum. Introitus eius anguſtus et in
pcipiti poſitus: ut eſſet a dextris quidem
ignis · a ſiniſtris aqua: alta ſemita autē
eſt vna ſola inter eos poſita · hoc eſt in-
ter ignem ⁊ aquam: ut non capiat ſemi-
ta niſi ſolūmodo veſtigiū hominis. Si
autem dabitur ciuitas homībꝫ in heredi-
tatem: ſi nunq̄ anteppoſitū periculū per=
tranſierit · quomodo accipiat hereditatē
ſuam? Et dixi. Sic domine. Et dixit ad
me. Sic eſt ⁊ iſrahel pars. Propter eos
enim feci ſeculū: et quando trāſgreſſus
eſt adam cōſtitutiones meas: iudicatū
eſt quod factū eſt. Et facti ſūt introitus
huius ſeculi anguſti et dolentes et labo-
rioſi: pauci aūt ⁊ mali ⁊ periculoꝝ pleni
et labore magno operti fulti: nam maio-
ris ſeculi introitus ſpacioſi · et ſecuri: et
facientes immortalitatis fructū. Si er=
go nō ingredientes ingreſſi fuerint · q̄
viuunt anguſta ⁊ vana hec: nō poterūt
recipere q̄ ſūt repoſita. Nūc ergo tu q̄re
conturbaris cū ſis corruptibilis: et q̄d
moueris tu cum ſis mortalis? Et quare
non accepiſti in corde tuo quod futurū
ſed quod in preſenti? Reſpondi et dixi.
Dominator domine ecce diſpoſuiſti le=
ge tua: quoniam iuſti hereditabūt hec
Impij autē peribunt: iuſti autem ferent
anguſta ſperantes ſpacioſa. Qui enim
impie geſſerunt: et anguſta paſſi ſunt
et ſpacioſa nō videbūt. Et dixit ad me

Non eſt iudex ſup deū: neq3 intelligens
ſuper altiſſimū. Pereunt eñ multi p̄ſen-
tes: quia negligitur que antepoſita eſt
dei lex. Mandans eñ mādauit deus ve-
nientibus · quādo venerūt: quid facien-
tes viuerent ⁊ quid obſeruātes non pu-
nirent̄. Hij aūt nō ſunt pſuaſi ⁊ cōtra-
dixerūt ei: et cōſtituerūt ſibi cogitamē
vanitatis ⁊ ꝓpoſuerunt ſibi circumuē-
tiones delictoꝝ: et ſupduxerūt altiſſimo
nō eſſe · et vias ei⁹ nō cognouerūt: ⁊ le-
gem eius ſpreuerūt ⁊ ſpōſiones eius ab-
negauerūt: et in legitimis eius fidē nō
habuerūt · et opera ei⁹ nō pfecerūt. Pro-
pt̄ hoc eſdra vacua vacuis: et plena ple-
nis. Ecce tempus veniet: et erit quādo
veniēt ſigna q̄ p̄dixi tibi. Et apparebit
ſpōſa: et appareſcēs ciuitas ⁊ oſtendet̄
q̄ nunc ſubducit̄ terra: ⁊ oīs q̄ liberat⁹
eſt de predictis malis ip̄e videbit mira-
bilia mea. Reuelabitur eñ filius meus
ihesus cū hijs q̄ cum eo ſūt: et iocunda-
bunt̄ qui relicti ſunt annis quadringē-
tis. Et erit poſt ānos hos ⁊ morief̄ fili⁹
meus criſtus: et oīs qui ſpiramentum
habent homines: ⁊ cōuertetur ſeclm in
antiquū ſilentiū diebꝫ ſeptē ſicut in prio-
ribus inicijs · ita ut nemo derelinquatur
et erit poſt dies ſeptē: ⁊ excitabit quod
non dum vigilat ſeclm: ⁊ morief̄ cor-
ruptum. Et terra reddet que in ea dormi-
unt: et puluis q̄ in eo ſilentio habitāt
et promptuaria · reddent que eis comen-
date ſūt anime. Et reuelabit̄ altiſſimu⁹
ſup ſedem iudicij: et ptranſibūt miſerie
et longanimitas cōgregabit. Iudiciū
aūt ſolū remanebit: et veritas ſtabit:
et fides conualeſcet. Et opus ſubſequet̄ ·
et merces oſtendetur: et iuſtiae vigila-
bunt: ⁊ iniuſticie nō dormiēt. Et dixi
Primi⁹ abrahā propt̄ ſodomitas orauit
et moyſes pro patribꝫ qui in deſerto pec-
cauerunt: et qui poſt eū pro iſrl̄ i diebꝫ
achaz ⁊ ſamuelis et dauid pro cōfracti-
one: ⁊ ſalomon ꝓ eis qui venerūt i ſan-
tificatione: et helias ꝓ hijs qui pluuiā
acceperūt et pro mortuo ut viueret: et
ezechias pro pplo in diebꝫ ſennacherib
et mlt̄i p multis. Si ergo modo quādo
corruptibile increuit · et iniuſticia multi-
plicata eſt · et orauerūt iuſti ꝓ impijs ·
quare ⁊ nūc ſic non erit? Et reſpondit
ad me et dixit. Preſens ſeclm nō eſt fi-
nis: gloria in eo frequens manet: ꝓpt̄
hoc orauerūt ꝓ inualidis. Dies eñ iu-
dicij erit finis tēporis huius: ⁊ inicium
temporis future immortalitatis: in q̄ p-
tranſiuit corruptela ſoluta eſt i tempo-
rancia abſciſa eſt incredulitas: creuit
aūt iuſticia orta eſt veritas. Tūc enim
nemo poterit ſaluare eū qui perijt: neq3
demergere qui vincit. Et reſpondi et di-
xi. Hic ſermo meus p̄mus ⁊ nouiſſim⁹
quoniā melius erat nō dare terrā adam
vel cū iam dediſſet coercere eum · ut nō
peccaret. Quid eñ prodeſt omibꝫ i pre-
ſenti viuere i triſticia: et mortuos ſpera-
re punitionem. O tu quid feciſti adam
Si eñ tu peccaſti non eſt factus ſolus
tuus caſus: ſed ⁊ noſtꝝ qui ex te ad-
uenimus. Quid eñ prodeſt nobis ſi ꝓ-
miſſum eſt nobis immortale tempus:
nos aūt mortalia opera egim⁹? Et qm̄
p̄dicta ē nobis perennis ſpes: nos vero
peſſime vani facti ſum⁹. Et qm̄ repoſita
ſūt nobis habitacula ſanitatis ⁊ ſecuri-
tatis: nos vero male cōuerſati ſumus.
Et qm̄ repoſita ē nobis gloria altiſſimi
ꝓtegē eos qui tarde cōuerſati ſunt: nos
aūt peſſimis vijs ābulauim⁹. Et quo-
niam oſtendetur paradiſus cui⁹ fructus
incorrupt⁹ pſeuerat i quo eſt ſecuritas

et medela: nos vero non ingrediemur. In ingratis enim locis conuerſati ſum⁹. Et quoniã ſup ſtellas fulgebunt facies eorũ qui abſtinentiã habuerũt: noſtre autem facies ſuper tenebras nigre. Nõ enim cogitauim⁹ viuentes quãdo iniquitatẽ faciebam⁹: qd̃ incipiem⁹ poſt mortem pati. Et reſpondit et dixit. Hoc eſt cogitamentũ certaminis quod certabit qui ſup terram natus eſt homo · ut ſi victus fuerit patiatur qd̃ dixiſti. Si autẽ vicerit recipiet qd̃ dico: qm̃ hec eſt via quam moyſes dixit cũ viueret ad populum dicens. Elige tibi vitam ut viuas. Non crediderunt autem ei: ſed nec poſt eum ꝓphetis. Sed nec michi qui locut⁹ ſum ad eos: qm̃ nõ eſſet triſticia i pditione eorum ſicut futurũ eſt gaudiũ ſup eos quibꝫ pſuaſa eſt ſalus. Et reſpondi et dixi. Scio dñe qm̃ vocatus eſt altiſſimus miſericors i eo miſereat̃ hijs q̃ nõdum i ſeculo aduenerũt: et ꝙ miſeretur illis qui cõuerſionem faciũt in lege ei⁹ et lõganimis eſt qm̃ lõganimitatem p̃ſtat hijs qui peccauerũt quaſi ſuis operibus: et munificus ẽ quoniã quidẽ donare vult ꝑ exigentijs: ⁊ multe miſcđie: qm̃ mltiplicat magis miſcđias hijs qui preſentes ſunt ⁊ qui preterierunt: ⁊ qui futuri ſunt. Si enim non multiplicauerit miſericordias ſuas nõ viuificabit̃ ſeculũ cũ hijs qui inhereditabãt in eo. Et donat: qm̃ ſi non donauerit de bonitate ſua · ut alleuent̃ hij qui iniquitatẽ fecerunt de ſuis iniquitatibꝫ: nõ poterit decies mileſima pars viuificari hominũ. Et iudex ſi non ignorauerit hijs qui curati ſunt verbo eius · et deleuĩt multitudinẽ contemptionum: non fortaſſis derelinquerentur innumerabili multitudine niſi pauci valde.

· viij ·

Et reſpondit ad me: ⁊ dixit. Hoc ſeculũ fecit altiſſim⁹ ꝓpter multos futurũ aũt ꝓpter paucos. Dicam autẽ corã te ſimilitudinẽ eſdra. Quomõ aũt interrogabis terrã et dicet tibi · quoniã dabis terrã multam magis vnde fiat fictile · paruũ aũt puluerẽ vnde aurũ fit ſic ⁊ actus preſentis ſeculi. Multi quidẽ creati ſunt: pauci aũt ſaluabunt̃. Et reſpondi ⁊ dixi. Abſorbe ergo aĩa ſenſũ et deuorat qd̃ ſapit. Conueniſti eñ obaudire: et ꝓphetas volens. Nec eñ tibi eſt datum ſpaciũ: niſi ſolũmodo viuere. O dñe · ſi nõ permittes ſeruo tuo ut oremus coram te · et des nobis ſemen cordi ⁊ ſenſui culturã vnde fruct⁹ fiat: vnde viuere poſſit oĩs corruptus q̃ portabit locum hominis. Solus eñ es: et vna plaſmatio nos ſum⁹ manuũ tuarũ ſicut locutus es. Et quomodo nunc in matrice plaſmatum eſt corpus ⁊ preſtas mẽbra · conſeruatur in igni et aqua tua creatio: ⁊ nouem menſibus patitur tua plaſmatio tuã creaturã que in ea creata eſt: ipm̃ aũt quod ſeruat ⁊ qd̃ ſeruatur vtraqꝫ ſeruabunt̃: ſeruataqꝫ quandoqꝫ iterũ reddit matrix que in ea creuerunt. Imperaſti eñ ex ipſis membris hoc eſt mamillis p̃bere lac fructui mamillarũ: ut nutriatur id quod plaſmatũ eſt uſqꝫ in tempus aliquod: ⁊ poſtea diſponas eum tue miſericordie. Enutriuiſti eum tua iuſticia · ⁊ erudiſti eũ in lege tua: et corripuiſti eũ tuo intellectu ⁊ mortificabis eũ ut tua creatura: et viuificabis eũ ut tuũ op⁹. Si ergo perdideris eũ q̃ tantis laboribꝫ plaſmat⁹ ẽ: tuo iuſſu facile eſt ordinari ut ⁊ id qd̃ fiebat ſeruaret̃. Et nũc dñe dicã: de omni homine tu magis ſcis: de ꝓplo aũt tuo ob quem doleo et de hereditate tua propt̃ quam lugeo

et propter iſrl' propter quē triſtis ſum et de iacob ꝓpter quē doleo: ideo incipiā orare coram te ꝓ me et pro eis: qm̄ video lapſus noſtros q̄ inhabitam⁹ terrā Sed audiui celeritatē iudicis qui futurus eſt. Ideo audi vocē meā: et intellige ſermonē meum: et loquar corā te. Initiū verborū eſdre: priuſq̄ aſſumeretur. Et dixi. Dn̄e qui inhabitas ſeclm cuius oculi eleuati in ſuperna ꝛ aere. ꝛ cuius thronus ineſtimabilis ꝛ glīa incōprehenſibilis: cui aſtat exercit⁹ angelorū cum tremore. quoꝝ ſuatio in vento ꝛ igni conuertit̄: cuius verbū verū ꝛ dicta perſeuerantia: cuius iuſſio fortis ꝛ diſpoſitio terribilis: cui⁹ aſpectus areſacit abiſſos. et indignatio tabeſcere facit mōtes et veritas teſtificat̄. Exaudi orationem ſerui tui: et auribꝫ percipe precationē figmenti tui. Dum em̄ viuo loq̄r: et dū ſapio reſpondebo. Ne reſpicias pp̄li tui delicta ſed q̄ tibi i veritate ſeruiūt. Nec intēdas impia gentiū ſtudia: ſed q̄ tua teſtimonia cū doloribus cuſtodierunt. Nec cogites qui i conſpectu tuo falſe conuerſati ſūt: ſed memorare q̄ ex volūtate tua timorē nō cognouerūt. Neq̄ volueris perdere q̄ pecudū mores habuerīt ſed reſpicias eos q̄ legem tuā ſplendide docuerunt. Nec indigneris eis q̄ beſtijs priores iudicati ſūt: ſed diligas eos q̄ ſemꝑ in tua iuſticia confidūt ꝛ gloria. Quoniā nos et p̄res nr̄i talibꝫ morbis languem⁹: tu aūt ꝓpter nos peccatores miſericors vocaberis. Si em̄ deſideraueris ut nr̄i miſerearis. tūc miſericors vocaberis: nobis aūt nō habentibꝫ opera iuſticie. Iuſti em̄ quibꝫ ſūt opera multa repoſita: ex proprijs operibus recipiēt mercedem. Quid eſt em̄ homo ut ei indigneris ante genus corruptibile: ut ita amar⁹ ſis de ipo? In veritate em̄ nemo de genitis eſt q̄ nō impie geſſit: et de cōfitentibꝫ qui nō deliquit. In hoc enim annunciabit̄ iuſticia tua et bonitas tua dn̄e: cū miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiā bonoꝝ operū. Et r̄ndit ad me: et dixit. Recte locutus es aliq̄: et iuxta ſmones tuos ſic ꝛ fiet. Quoniā nō vere cogitabo ſup plaſma eorū. qui peccauerūt ante mortem ante iudicium ante perditionē: ſed iocūdabor ſup iuſtorum figmentū: et memorabor pegrinationis q̄ꝫ et ſaluationis et mercedis receptionis. Quomodo ergo locut⁹ ſum: ſic et eſt. Sicut em̄ agricola ſerit ſuper terrā ſemina mlta et plātationes multitudinis plantat: ſed nō in tempore oīa que ſeminata ſunt ſaluant̄. ſed nec oīa que plantata ſūt radicabūt: ſic ꝛ qui ī ſeculo ſeminati ſūt nō om̄s ſaluabūtur ſed nec omīa q̄ plātata ſūt radicabūt. Et reſpōdi. et dixi. Si inueni gratiā loquar. Quomodo ſemen agricole ſi nō aſcenderit aut nō acceperit pluuiā tuā in tempore aut ſi corruptū fuerit multitudine pluuie: ſic perit ꝛ ſimiliter homo qui manibꝫ tuis plaſmatus eſt: et tu ei ymago nominat⁹: qm̄ ſimilatus es ei ꝓpt̄ quē oīa plaſmaſti: ꝛ ſimilaſti ſemini agricole. Nō iraſcaris ſup nos ſꝫ parce pp̄lo tuo: et miſere hereditati tue Tu aūt creature tue miſereris. Et reſpōdit ad me: et dixit. Que ſūt p̄ſentia p̄ſentibꝫ: et que futura. futuris. Multū em̄ tibi reſtat ut poſſis diligere meā creaturā ſup me: tibi aūt frequēter ꝛ ipi ꝓximati: iniuſtis aūt nūq̄. Sed ꝛ i hoc mirabilis es corā altiſſimo: qm̄ humiliaſti te ſicut decet te: et nō iudicaſti te ut inter iuſtos plurimū glorificeris. Propter quod miſerie multe et miſerabiles

efficientur eis qui habitant ſeculū in no-
uiſſimis: quia in multa ſupbia ambula-
uerunt. Tu aūt pro te intellige: et de ſi-
milibus tuis inquire gloriā. Vobis eñ
apertus ē paradiſus. plantata eſt arboꝛ
vite: preparatū eſt futurū temp9. pre-
parata ē abundātia: edificata ē ciuitas
probata eſt requies: pfecta ē bonitas: ⁊
perfecta ſapientia. Radix mali ſignata ē
a vobis: infirmitas et tinea a vobis ab-
ſconſa eſt: ⁊ in infernū fugit corruptio
in obliuione. Tranſierūt dolores: et o-
ſtenſus eſt in fine theſaurus immortali-
tatis. Noli ergo adicere inq̄rēdo de mł-
titudine coꝝ q̄ pereūt. Nam ipi accipiē-
tes libertatē ſpreuerūt altiſſimū: et legē
eius cōtempſerunt: et vias eius dereliq̄-
runt. Adhuc aūt iuſtos eius conculca-
uerunt: et dixerunt i corde ſuo non eſſe
deum: et quidem ſcientes qm̄ moriunt
Sic eñ nō ſuſcipiunt que predicta ſūt
ſic eos ſitis et cruciatus que preparata
ſunt. Non eñ voluit hominē diſperdi
Sed et ipi qui creati ſunt coinquinaue-
runt nomen eius qui fecit eos: ⁊ ingrati
fuerūt ei qui preparauit eis vitā. Qua-
ꝓpter iudiciū meū modo appropinquat
Que non omnibꝫ demonſtraui niſi tibi
et tibi ſimilibꝫ paucis. Et reſpondi et di-
xi. Ecce nūc dñe demōſtraſti michi mul-
titudinē ſignoꝝ q̄ icipies facere i nouiſ-
ſimis: ſed nō demōſtraſti michi q̄ tēpore

Et reſpondit ad me: ⁊ dixit. ix.
Metiens metire temp9 i ſemetipo:
et erit cum videris quādo trāſierit pars
quedā ſignorū que p̄dicta ſūt: tunc in-
telliges quoniā ipm eſt tempus i quo in-
cipiet altiſſim9 viſitare ſeculum quod
ab eo factū eſt. Et quando videbit in ſe-
culo motio locoꝝ ⁊ ꝑploꝝ turbatio: tūc
intelliges quoniā de hijs erat altiſſim9
locutus: a diebus qui fuerūt ante te ab
inicio. Sicut eñ omē qđ factū ē in ſecu-
lo iniciū habet pariter ⁊ ꝯſūmacōez ⁊ ꝯſū-
matio eſt manifeſta: ſic et altiſſimi tem-
pora inicia habent manifeſta i prodigijs
et virtutibꝫ ⁊ conſummationes in actu
et in ſignis. Et erit omīs qui ſaluus fa-
ctus fuerit et qui poterit effugere p ope-
ra ſua et per fidem in qua credidiſtis reli-
quetur de predictis periculis: et videbit
ſalutare meū in terra mea. et in finibus
meis quoniam ſanctificaui me a ſeculo
Et tunc mirabuntur q̄ nunc abuſi ſūt
vias meas: et in tormentis cōmorabūt
hij. qui eas proiecerūt in contemptu.
Qui enim non cognouerunt me viuen-
tes beneficia conſecuti ⁊ qui faſtidierūt
legem meam cum adhuc erāt habentes
libertatem: ⁊ cū adhuc eſſet eis apertus
penitentie locus nō intellexerūt ſed ſpre-
uerunt: hos oportet poſt mortē in crucia-
mēto cognoſcere. Tu ergo noli adhuc
curioſus eſſe quomodo impij cruciabūt
ſed inquire quomodo iuſti ſaluabun-
tur: et quorum ſeculum et propt̄ quos
ſeculum et quando. Et reſpondi et dixi
Olim locutus ſum ⁊ nūc dico ⁊ poſtea
dicam: quoniam plures ſūt qui pereūt.
q̄ qui ſaluabuntur: ſicut multiplicatur
fluctus ſuper guttam. Et reſpondit ad
me: et dixit. Qualis ager talia et ſemi-
na: et quales flores tales ⁊ tincture: et
qualis operator talis et creatio: et qua-
lis agricola talis cultura. quoniam tē-
pus erat ſeculi. Et nunc cum eſſem pa-
rans eis hijs qui nūc ſunt anteq̄ʒ fieret
ſeculum i quo habitarent: et nemo cō-
tradixit michi. tūc enim quiſq̄ʒ et nunc
creator in mundo hoc parato et mente
deficienti ⁊ lege inueſtigabili: corrupti
ſunt mores eorū. Et cōſideraui ſeculum

et ecce erat periculū ꝓpter cogitationes
que in eo aduenerūt. Et vidi et pepercı
ci valde. ⁊ saluaui michi acinum de botro
et plantationē de tribu multa. Pereat
ergo multitudo que sine causa nata est
et seruetur acinus meus ⁊ plātatio mea:
quia cū multo labore pfeci hec. Tu autē
si adhuc intromittas septē dies alios ꝯ
non ieiunabis in eis: ibis in campum
florum vbi domus nō est edificata: et
manduces solummodo de floribꝫ campi
et carnē nō gustabis et vinū nō bibes
sed solūmodo flores. Deprecare altissi-
mum sine intermissione: et veniā et lo-
quar tecū. Et profectus sum sicut dixit
michi in campū qui vocatur ardach: ⁊ se-
di ibi in floribꝫ. Et de herbis agri man-
ducaui: ⁊ facta est esca earū michi ī satu-
ritatē ⁊ saturitatē. Et factum est post di-
es septem et ego discūbebam supra fenū
et cor meū iterū turbabatur sicut ⁊ ante
Et apertū est os meū: et incohaui dicere
coram altissimo: et dixi. O dn̄e te nobis
ostendens ostensus es patribꝫ nr̄is in de-
serto quando erant exeuntes de egipto:
quod nō calcatur et infructuoso: et di-
cens dixisti. Tu isrl̄ audi me: et semen
iacob intende sermonibꝫ meis. Ecce enī
ego semino ī vobis legem meā: ⁊ faciet
in vobis fructū: et glorificabimini ī eo
per seculū. Nā patres vr̄i accipientes le-
gem nō seruauerūt: et legitima mea nō
custodierūt: et factus est fructus legis
nō pariēs. nec enī poterat quoniā eius
erat: nā qui acceperūt perierūt: nō custo-
diētes qđ ī eis seminatū fuerat. Et ecce
consuetudo est ut cum acceperit terra se-
men. uel nauem mare. uel vas aliquod
escam uel potum: cū fuerit exterminatū
id ī quo seminatū ē uel ī qđ missum est
simul id quod seminatū uel missū ē uel

que suscepta sunt exterminātur: ⁊ susce-
pta iam nō manēt apud nos. Sed no-
bis sic nō factū est. Nos quidem qui le-
gem accepimus peccātes peribimꝰ ⁊ cor
nostrū qđ suscepit eam: nam lex nō pe-
riit: sed pmansit ī suo labore. Et cum
loquerer hec in corde meo respexi oculis
meis: et vidi mulierem ī dextera parte.
Et ecce hec lugebat et plorabat cū voce
magna: et animo dolebat valde: ⁊ vesti-
menta eius discissa. et cinis sup caput
eius. Et dimisi cogitatus ī quibꝫ eram
cogitans: et conuersus sum ad eā: ⁊ di-
xi ei. Ut quid fles: et quid doles animo
Et dixit ad me. Dimitte me deus meus
ut defleam me: et adiciam dolorem qm̄
valde amara sum animo: et humiliata
sum valde. Et dixi ei. Quid passa es
Dic michi. Et dixit ad me. Sterilis fui
ego famula tua: et nō peperi habēs ma-
ritū ānis triginta. Ego enī p singulas
horas ⁊ p singulos dies ⁊ annos trigi-
ta hos deꝑcor altissimū nocte ac die. Et
factū est post trigīta ānos exaudiuit me
deus ancillā tuā ⁊ vidit humilitatē meā
et attendit tribulationi mee: ⁊ dedit mi-
chi filiū. Et iocūdata sum sup eū valde
ego ⁊ vir meꝰ ⁊ omēs ciues mei: ⁊ hono-
rificabamꝰ valde fortē. Et nutriui eū cū
labore multo: ⁊ factū est cū creuisset ⁊ ve-
nisset accipere vxorē: feci diē epuli. ꝯ

Et factū est cū introisset filiꝰ meus
in thalamo suo: cecidit ⁊ mortuꝰ
est: ⁊ euertimus omēs lumina. Et surre-
xerūt omēs ciues mei ad cōsolandū me:
et quieui usq; in aliū diē. usq; ad noctē
Et factum est cum omnes quieuissent ut
me cōsolarentur ut quiescerem: et surrexi
nocte et fugi ⁊ veni sicut vides in hoc cā-
po: et cogito iam non reuerti in ciuitatē
sed hic cōsistere: et neq; māducare neq;

bibere: ſed ſine intermiſſione lugere et
ieiunare uſqꝫ dum moriar. Et dereliqui
ſermones in quibꝫ eram: et reſpondi cū
iracundia ad eam: et dixi. Stulta ſuper
omnes mulieres: non vides luctum no-
ſtrū et que nobis cōtingunt? Quoniā
ſyon mater noſtra omnī triſticia contri-
ſtat᷑ ⁊ humilitate humiliata eſt ⁊ lugēt
validiſſime: ⁊ nūc quoniā omnes luge-
mus et triſtes ſumus · quoniā oms cō-
triſtati ſumus: tu aūt cōtriſtaris i vno
filio. Interroga enim terrā ⁊ dicet tibi:
quoniā hec eſt que debeat lugere caſum
tantorū ſup eam germinātiū. Et ex ipſo
ab inicio omnes nati et alij venient. Et
ecce pene omnes in perditionē ambulāt
et exterminium fit multitudo eorū. Et
quis ergo debet lugere magis · niſi hec
que tam magnā multitudinē perdidit:
ꝗ̄ tu que pro vno doles? Si autem di-
cis michi quoniā non eſt planctus me⁹
ſimilis terre: quoniam fructus ventris
mei perdidi · quē cum merorib⁹ peperi et
cum dolorib⁹ genui: terra aūt ſecundum
viam terre · abijtqꝫ in ea multitudo pre-
ſens · quomodo euenit: et ego tibi dico
Sicut tu cum labore peperiſti: ſic ⁊ terra
dat fructum ſuū · homini ab inicio ei q̄
fecit eam. Nūc ergo retine apud temet ·
ipſam dolorē tuū: ⁊ fortiter fer quicqd ti-
bi contigerunt caſus. Si enim iuſtifica-
ueris terminū dei et cōſiliū ſuum · recipi-
es in tempore: ⁊ in talib⁹ collaudaberis
In gredere ergo in ciuitatē ad virū tuū
Et dixit ad me. Non faciā: neqꝫ ingre-
diar ciuitatē · ſꝫ hic moriar. Et appoſui
adhuc loqui ad eā · et dixi. Noli facere
hūc ſmonē: ſed ꝯſenti pſuadenti. Quot
enim caſus ſyon? Conſolare ꝓpter do-
lorem ihrlm. Vides enim qm̄ ſanctifica-
tio noſtra deſerta effecta ē · ⁊ altare nrm̄

demolitū eſt · ⁊ templū nrm̄ deſtructū eſt
et pſalteriū nrm̄ humiliatū eſt · ⁊ ymn⁹
conticuit: et exultatio noſtra diſſoluta
eſt · ⁊ lumen candelabri noſtri extinctū
eſt: ⁊ archa teſtamenti nri direpta eſt ·
et ſancta nra cōtaminata ſūt: ⁊ nomen
qđ inuocatū ē ſup nos pene profanatū
eſt · et liberi noſtri cōtumeliam paſſi ſūt
et ſacerdotes nri ſuccenſi ſūt ⁊ leuite no-
ſtri in captiuitatē abierunt: ⁊ virgines
nre coinquinate ſūt · ⁊ mulieres nre vim
paſſe ſunt ⁊ iuſti noſtri rapti ſūt · ⁊ par-
uuli noſtri pditi ſunt · et iuuenes noſtri
ſeruierūt: et fortes noſtri inualidi facti
ſūt. Et qđ oīm maius ſignaculū ſyon:
qm̄ reſignata eſt de glīa ſua. Nam ⁊ tra-
dita eſt in manib⁹ eorū q̄ nos oderunt.
Tu ergo excute tuā triſticiā multā: et de
pone abs te multitudinē dolorū ut tibi
repropicietur fortis: ⁊ requiē faciet tibi
altiſſimus · requietionē laborū. Et factū
eſt cum loquebar ad eam facies eius ful-
gebat ſubito: ⁊ ſpecies choruſc⁹ fiebat
viſus eius: ut eſſem pauēs valde ad eā
et cogitarē quid eſſet hoc. Et ecce ſubi-
to emiſit ſonitum vocis magnum timo-
re plenum: ut commoueret᷑ terra a mu-
lieris ſono. Et vidi: et ecce ampli⁹ mu-
lier nō comparebat michi: ſed ciuitas
edificabatur ⁊ locus demōſtrabatur de
fundamentis magnis: ⁊ timui et clama-
ui voce magna: et dixi. Vbi ē huriel an-
gelus q̄ a principio venit ad me? Quo-
niam ipſe me fecit venire in multitudine
in exceſſu mentis hui⁹. Et factus ē finis
meus in corruptionē: et oratio mea im-
properiū: et cū eſſem loquēs ego hec: ec-
ce venit ad me et vidit me. Et ecce erā
poſit⁹ ut mortu⁹: et intellectus me⁹ ali-
enat⁹ erat. Et tenuit dexterā meā et ꝯfor-
tauit me: et ſtatuit me ſup pedes meos.

Et dixit michi. Quid tibi eſt et quare
cõturbatus eſt intellectus tu⁹ et ſenſus
cordis tui: et q̄re cõturbaris? Et dixi.
Quoniã dereliq̄ſti me. Et ego quidē feci
ſcd̄m ſermones tuos: ⁊ exiui in campũ
et ecce vidi et video qd̄ nõ poſſũ enarra-
re. Et dixit ad me. Sta ut vir: et com-
monebo te. Et dixi. Loquere dñe meu'
tu i me. Noli me derelinquere ut nõ fru-
ſtra moriar: qm̄ vidi que nõ ſciebam:
et audio que nõ ſcio. Aut nũquid ſen-
ſus me⁹ fallitur: et aīma mea ſõpniat?
Nunc ergo deprecor te: ut demõſtres ſer-
uo tuo de exceſſu hoc. Et reſpondit ad
me: et dixit. Audi me. ⁊ doceam te: et
dicam tibi de quib⁹ times: qm̄ altiſſim⁹
reuelauit tibi miſteria multa. Vidit re-
ctam viam tuã: qm̄ ſine intermiſſione
contriſtabaris pro populo tuo: et val-
de lugebas ꝓpter ſyon. Hic ergo eſt in-
tellectus viſionis mulier que tibi appa-
ruit ãte paululũ. Quã vidiſti lugentē
inchoaſti cõſolari eã: nũc aũt iã ſpeciē
mulieris nõ vides. ſed apparuit tibi ciui-
tas edificari: et q̄niã enarrabat tibi de
caſu filij ſui. Hec abſolutio ē. Hec mu-
lier quã vidiſti. hec eſt ſyon: et quoniã
dixit tibi q̄ ⁊ nũc conſpicies. ut ciuita-
tem edificatã. Et qm̄ dixit tibi quia ſte-
rilis fuit annis triginta: ꝓpter qd̄ erãt
anni ſcilicet trigintaocto quando non
erat in ea adhuc oblatio oblata. Et fa-
ctum eſt poſt annos trigintaocto edifi-
cauit ſalomon ciuitatē ⁊ obtulit oblati-
ones: tunc fuit quãdo peperit ſterilis fi-
liũ. Et qd̄ tibi dixit qm̄ nutriuit eũ cũ
labore: hoc erat habitatio in ihrl'm. Et
qm̄ dixit tibi q filius meus veniēs in ſuo
thalamo mortu⁹ eſſet. et contigiſſet ei
caſus: hec erat q̄ facta eſt ruina ihrl'm
Et ecce vidiſti ſimilitudinē ei⁹: et qm̄
filiũ lugeret inchoaſti conſolari eam: ⁊
de hijs que cõtigerũt hec erãt tibi aperi-
enda. Et nunc videt altiſſimus quoniã
ex animo contriſtatus es: ⁊ qm̄ ex toto
corde pateris pro ea: oſtendit tibi clari-
tatē glorie ei⁹: et pulcritudinē decoris
eius. Propterea enĩ dixi tibi: ut mane-
res i campo vbi domus nõ eſt edificata
Sciebam enĩ ego qm̄ altiſſimus incipie-
bat tibi oſtendere hec: ꝓpterea dixi tibi
ut venires i agrũ vbi non eſt fũdamen-
tum edificij hominis. Nec enĩ poterat o-
pus edificij hoīs ſuſtineri in loco: vbi
incipiebat altiſſimi ciuitas oſtendi. Tu
ergo noli timere neq3 expaueſcat cor tu-
um: ſed ingredere et vide ſplendorem et
magĩtudinē edificij. quantũ capax eſt
tibi viſu oculorũ videre: ⁊ poſt hec audi-
es quantũ capit auditus aurium tuaꝝ
audire. Tu enĩ beatus es pre multis: et
vocat⁹ es apud altiſſimũ. ſicut ⁊ pauci
Nocte aũt que i craſtinũ futura ē ma-
nebis hic: ⁊ oſtendet tibi altiſſimus eas
viſiones ſupmorũ que faciet altiſſim⁹
hijs qui habitãt ſup terrã a nouiſſimis
dieb⁹. Et dormiui illã noctem et aliam:
ſicut dixerat michi. .xi.

Et vidi ſomniũ: et ecce aſcendebat
de mari aquila cui erant duodecim
ale pennarũ: ⁊ capita tria. Et vidi: et ec-
ce expandebat alas ſuas i omnē terrã:
et oēs venti celi inſufflabant i eã ⁊ colli-
gebantur. Et vidi et de pennis eius na-
ſcebantur cõtrarie penne: et ipe fiebãt
in pennaculis minutis ⁊ modicis. Nam
capita eius erãt quieſcentia: et dimidiũ
caput erat maius alioꝝ capitũ: ſed ipa
quieſcebat cũ eis. Et vidi: ⁊ ecce aquila
volauit in pennis ſuis: ⁊ regnauit ſuper
terrã ⁊ ſup eos q habitãt in ea. Et vidi
qm̄ ſubiecta erant ei omnia ſub celo: et

nemo illi contradicebat : neqȝ vnus de
creatura q̄ eſt ſup terrā. Et vidi: et ecce
ſurrexit aquila ſup vngues ſuos: et mi-
ſit vocē pennis ſuis dicens. Nolite oēs
ſimul vigilare: dormite vnuſquiſqȝ in
loco ſuo: et p tempus vigilate. Capita
aūt in nouiſſimo ſeruentur. Et vidi: et
ecce vox nō exibat de capitibꝫ ei⁹ ſꝫ de me-
dietate corpis eius. Et numeraui dtrari-
as pēnas ei⁹: et ecce ipſe erāt octo. Et vi-
di: ⁊ ecce a dextera pte ſurrexit vna pēna
et regnauit ſup omnē terrā. Et factū eſt
cū regnaret venit ei finis: ⁊ nō apparuit
locus ei⁹ ⁊ ſequēs exſurrexit ⁊ regnabat
Jpſa multū tenuit tēp⁹. Et factū eſt cū
regnaret : et veniebat finis eius ut non
appareret ſicut prior : et ecce vox emiſſa
eſt illi dicēs. Audi tu que tanto tēpore
tenuiſti terrā. Hec annuntio tibi anteq̄
incipias nō apparere. Nemo poſt te te-
nuit temp⁹ tuū : ſed nec dimidiū eius.
Et leuauit tcia : et tenuit pncipatū ſicut
et priores: et non apparuit ⁊ ipſa: Et ſic
cōtingebat omnibꝫ alis ſigillatim pn-
cipatū gerere : et iterū nuſq̄ cōparere.
Et vidi: et ecce in tēpore ſequētes penne
erigebant a dextera pte ut tenerent ⁊ ipſe
pncipatū: ⁊ ex hijs erāt q̄ tenebant ſed
tamē ſtatim nō cōpareſcebant: nā et ali-
que ex eis erigebant. ſed nō tenebāt pn-
cipatum. Et vidi poſt hec: et ecce nō cō-
paruerunt duodecam penne et duo pen-
nacula: et nichil ſupereat i corpore aqle
niſi duo capita quieſcentia et ſex penna-
cula. Et vidi et ecce ex ſex pennaculis di-
uiſe ſunt due: et manſerunt ſub capite
qđ eſt ad dexterā partem. Nam quatuor
manſerunt in loco ſuo. Et vidi: ⁊ ecce
hee ſubalares cogitabant ſe erigere: et
tenere principatus. Et vidi: et vna ere-
cta eſt : ſed ſtatim nō cōparuit. Et ſcđe
velocius q̄ priores non comparuerūt.
Et vidi : et ecce due que ſuperauerunt
apud ſemetipſas cogitabant ⁊ ipſe regna-
re: et in eo cum cogitarent. ecce vnum
quieſcentiū capitum quod erat mediū
euigilabat. Hoc enim erat duorum ca-
pitum maius. Et vidi quomā cōpleta
ſūt duo capita ſecum: et ecce conuerſū
eſt caput cum hijs qui cum eo erant : et
comedit duas ſubalares que cogitabāt
regnare. Hoc aūt caput perconteruit
omnē terram: et dominabatur i ea hijs
qui habitant terram cum labore multo:
et potentatū tenuit orbē terrarꝫ ſup oēs
alas que fuerūt. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce
mediū caput ſubito nō cōparuit: ⁊ hec
ſicut ale. Superauerūt aūt duo capita
que ⁊ ipſa ſimilit̄ regnauerunt ſup terrā
et ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi
et ecce deuorauit caput a dextera parte
illud quod a leua. Et audiui vocem di-
centē michi. Conſpice contra te: et con-
ſidera quod vides. Et vidi : et ecce ſicut
leo concitatus de ſilua rugiens: ⁊ vidi
qm̄ emittebat vocem hoīs ad aquilam.
Et dixit dicens. Audi tu. et loquar ad
te: et dicit altiſſimus tibi. Nonne tu es
qui ſuperaſti de quatuor animalibꝫ que
feceram regnare in ſeculo meo : et ut per
eos veniret finis temporꝫ eorꝫ: Et quar-
tus veniens deuicit omnia animalia que
trāſierunt. et potentatu tenuit ſeculū cū
tremore mlto. ⁊ omnē orbem cū labore
peſſimo: ⁊ inhabitauit tot temporibus
orbem terrarꝫ cū dolo. Et iudicaſti terrā
nō cū veritate. Tribulaſti eīm manſue-
tos ⁊ leſiſti quieſcētes: ⁊ dilexiſti mēda-
ces ⁊ deſtruxiſti habitationes eorꝫ q̄ fru-
ctificabāt: ⁊ humiliaſti muros eorꝫ qui
te nō nocuerūt. Et aſcēdit cōtumelia tua
ad altiſſimū : et ſuperbia tua ad fortem

Et reſpexit altiſſimus ſuperba tempora: et ecce finita ſūt: et ſcelera eius completa ſūt. Propterea nō appareas tu aquila et ale tue horribiles ⁊ pennacula tua peſſima. ⁊ capita tua maligna. et vngues tui peſſimi. et om̄e corpus tuū vanum vt refrigeretur ōis terra. et reuertatur liberata de tua vi: et ſperet iudiciū et miſericordiam eius qui fecit eam. XII.

Et factū eſt dū loqueretur leo verba hec ad aquilā: et vidi ⁊ ecce ꝙ ſuperauerat caput et nō comparuerūt quatuor ale due que ad eū trāſierūt et erecte ſūt ut regnarēt: ⁊ erat regnū eorum exile. et tumultu plenū. Et vidi: et ecce ipa nō apparebāt: ⁊ om̄e corpus aquile incendebatur: ⁊ expaueſcebat terra valde. Et ego a tumultu ⁊ exceſſu mentis et a magno timore vigilaui: et dixi ſpiritui meo. Ecce tu ꝑſtitiſti michi hoc i eo ꝙ ſcrutaris vias altiſſimi. Ecce adhuc fatigatus ſū animo. ⁊ ſpiritu meo inualidus ſū valde: et nec modica ē in me virtus a multo timore quo expaui nocte hac. Nūc ergo orabo altiſſimū: ut me confortet uſq; i finē. Et dixi. Dn̄ator dn̄e ſi inueni gratiā āte oculos tuos et ſi iuſtificatus ſum apud te ꝑ multis et ſi certe aſcendit deꝑcatio mea ante faciem tuā: cōforta me ⁊ oſtēde ſeruo tuo michi interpretationē et diſtinctionem viſus horribilis huius: ut pleniſſime cōſoleris animā meā. Dignum em̄ me habuiſti: oſtendere michi tēporū finē ⁊ temporū nouiſſima. Et dixit ad me. Hec ē interꝑtatio viſionis huius. Aquilā quā vidiſti aſcendentē de mari: hec ē regnū qđ viſū eſt in viſione danieli fratri tuo Sed nō ē illi interꝑtatū: qm̄ ego nunc tibi interꝑtor. Ecce dies veniūt: ⁊ exſurget regnū ſup terrā: ⁊ erit timor acrior omniū regnorū que fuerūt ante eū. Regnabunt aūt i ea reges duodecim: vnus poſt vnū. Nā ſecūdus incipiet regnare et ipe tenebit amplius tēpus ꝑ duodecī Hec eſt interꝑtatio duodecim alarū quas vidiſti. Et quam audiſti vocē que locuta eſt nō de capitibus eius exeuntē ſed de medio corpore eius: hec ē interꝑtatio Quoniā poſt tēpus regni illius naſcentur cōtentiones nō modice: et periclitabitur ut cadat et nō cadet tunc: ſed iterū cōſtituetur i ſuū initiū. Et qm̄ vidiſti ſubalares octo coherentes alis eius: hec eſt interꝑtatio. Exſurgēt i ipo octo reges quorum erūt tempora leuia ⁊ anni citati: et duo quidē ex ipis perient. Appropinquante aūt tēpore medio. quatuor ſeruabuntur in tēpore: cū incipiet appropinquare tēpus eius ut finiatur. Due vero i finē ſeruabūtur. Et qm̄ vidiſti tria capita quieſcēcia: hec ē interꝑtatio. In nouiſſimis eius ſuſcitabit altiſſimus tria regna: et reuocabit in ea multa ⁊ dn̄abuntur terrā et q habitant i ea: cū labore multo ſup oēs qui fuerūt ante hos. Propter hoc ipi vocati ſūt capita aquile. Iſti em̄ erūt qui recapitulabūt impietates eius ⁊ q perficient nouiſſima eius. Et qm̄ vidiſti caput maius nō apparens: hec eſt interꝑtatio eius. Quoniā vnus ex eis ſup lectū ſuum morietur. et tamē cum tormentis. Nam duo qui pſeuerauerint: gladius eos comedet. Vnus em̄ gladius comedet qui cū eo: ſed tamē hic gladio in nouiſſimis cadet. Et quoniā vidiſti duas ſubalares traicientes ſup caput qđ eſt i dextera parte: hec eſt interpretatio. Hij ſunt quos cōſeruauit altiſſimus in finē ſuū: hoc eſt regnū exile et turbationis plenū. Sicut vidiſti et leonem quem vidiſti de ſilua euigilantē et rugientem

et loquentē ad aquilam et arguentē eā·
et iniuſticias ipſius p omnes ſermones
eius ſicut audiuiſti: hic eſt vnctꝰ quē ſer-
uauit altiſſimus in finē ad eos et impi-
etates ipſoꝝ: ⁊ arguet illos ⁊ inaudiet co-
ram ipſis ſpretiones eoꝝ Statuet enim
eos in iudicium viuos: et erit cū argue-
rit eos: tūc corripiet eos. Nam reſiduū
pplm meū liberabit cum miſerīa· qui ſal-
uati ſunt ſup fines meos: ⁊ iocundabit
eos quoadusq; veniet finis dies iudicij
de quo locutus ſum tibi ab inicio. Hoc
ſompnium quod vidiſti: et hec interp̄ta-
tiones. Tu ergo ſolus dignꝰ fuiſti ſci-
re altiſſimi ſecretū hoc. Scribe ergo oīa
iſta in libro que vidiſti· ⁊ pone ea in lo-
co abſcondito: et docebis ea ſapientes
de populo tuo: quoꝝ corda ſcis poſſe ca-
pere et ſeruare ſecreta hec. Tu autem ad
huc ſuſtine hic alios dies ſeptem: ut ti-
bi oſtēdatur quicquid viſū fuerit altiſ-
ſimo oſtendere tibi. Et profectus eſt a
me. Et factum eſt cum audiſſet omnis
pplus quoniam ptranſierūt ſeptē dies
et ego non fuiſſem reuerſus i ciuitatem
et congregauit ſe omnis a minimo uſq;
ad maximū ⁊ venerūt ad me: et dixerūt
michi dicentes. Quid peccauimꝰ tibi:
et quid iniuſte egimus in te qm̄ derelin-
quēs nos· ſediſti i loco hoc? Tu em̄ no-
bis ſuperes ſolꝰ ex oīb: pphetis ſicut bo-
trus de vinea: et ſicut lucerna in loco ob-
ſcuro: et ſicut portus et nauis ſaluata a
tempeſtate. Aut non ſufficiunt nobis
mala q̄ i nos cōtingūt? Si ergo tu nos
dereliqueris: quanto nobis erat melius
ſi eſſemus ſuccenſi ⁊ nos cū incendio ſy-
on? Nec em̄ nos meliores ſumus eorū
qui ibi mortui ſūt. Et plorauerūt voce
magna. Et reſpondi ad eos et dixi. Cō-
fide iſrahel: ⁊ noli triſtari tu domꝰ iacob
Eſt em̄ memoria veſtri corā altiſſimo: et
fortis nō eſt oblitus noſtri i tēptatione
Ego em̄ nō dereliq vos neq; exceſſi a vo-
bis: ſed veni in hunc locū ut deprecarer
p deſolatione ſyon: ut quererem miſeri-
cordiā p humilitate ſanctificationis ve-
ſtre. Et nūc ite vnuſquiſq; veſtrū in do-
mū ſuā: et ego veniam ad vos poſt dies
iſtos. Et profectus eſt pplus ſicut dixi ei
in ciuitate. Ego aūt ſedi i campo ſeptem
dieb: ſicut michi mādauit: et manduca-
bam de floribz ſolūmodo agri: de herbis
facta eſt eſca michi i dieb: illis. xiij.
Et factum eſt poſt dies ſeptem: et
ſompniaui ſomnū nocte. Et ecce de
mari ventus exſurgebat: ut conturba-
ret omnes fluctus eius. Et vidi: et ecce
conualeſcebat ille homo cum milibus
celi: et vbi vultum ſuū vertebat ut con-
ſideraret tremebāt omnia que ſub eo vi-
debant: et vbicūq; exibat vox de ore eiꝰ
ardeſcebāt omnes q̄ audiebāt voces eiꝰ,
ſicut quieſcit terra quādo ſenſerit ignē.
Et vidi poſt hec: ⁊ ecce cōgregabat mul-
titudo hominū quoꝝ nō erat numerꝰ de
quatuor ventis celi· ut debellarent hō-
minē qui aſcenderat de mari. Et vidi: ⁊
ecce ſibimetipſi ſculpſerat mōtē magnū
et volauit ſuper eum. Ego autē queſiui
videre regionem uel locum vnde ſculp-
tus eſſet mons: ⁊ nō potuit. Et poſt hec
vidi: et ecce omnes qui congregati ſūt
ad eū vbi expugnarent eum timebant
valde: tamen audebāt pugnare. Et ecce
ut vidit impetū multitudinis venientis
non leuauit manum ſuā neq; frameam
tenebat· neq; aliquod vas bellicoſum
niſi ſolummodo ut vidi· quoniam emi-
ſit de ore ſuo ſicut flatum ignis· et de la-
bijs eius ſpiritū flamme· et de lingua
eius emittebat ſcintillas et tempeſtates

et commixta ſũt om̃ia ſimul hic flatus
ignis et ſpiritus flãme · et multitudo tẽ-
peſtatis: et concidit ſup multitudinẽ in
impetu que parata erat pugnare ⁊ ſuc-
cendit omnes: ut ſubito nichil videre-
tur de innumerabili multitudine · niſi
ſolũmodo pulvis ⁊ fumi odor. Et vidi
et extimui. Et poſt hec vidi ipm̃ hoiem
deſcẽdentẽ ad ſe de mõte ⁊ vocantẽ ad ſe
mltitudinẽ aliã pacificã: ⁊ accedebãt ad
eũ vultus hoim mltoꝝ quorundã gau-
dentium: quorũdã triſtãtium: aliqui ve-
ro alligati: aliqui adducentes ex eis q̃
offerebant. Et egrotaui a multitudine
pavoris: et expergefactus ſum: et dixi.
Tu ab inicio demonſtraſti ſuo tuo mi-
rabilia hec: et dignũ me habuiſti ut ſu-
ſciperes deꝑcationẽ meã: et nunc demon-
ſtra michi adhuc interꝑtationẽ ſomnij
huius. Sicut enĩ exiſtimo i ſenſu meo
ve q̃ derelicti fuerũt i diebꝫ illis. Et mul-
to plus ve hijs: q̃ nõ ſunt derelicti. Qui
enĩ nõ ſunt derelicti triſtes erãt. Intelli-
go nũc que ſunt repoſita in noviſſimis
diebus: et occurrent eis: ſed ⁊ hijs qui
derelicti ſũt. Propter hoc venerũt enĩ in
picula magna · ⁊ neceſſitates multas: ſi-
cut oſtendũt ſomnia hec. Attamẽ faci-
lius eſt periclitantẽ venire i hunc q̃ per-
tranſire ſicut nubem a ſeculo: et nũc vi-
dere que contingũt in noviſſimo. Et re-
ſpondit ad me: et dixit. Et viſionis in-
terꝑtationẽ dicam tibi: et de quibꝫ locu-
tus es adaperiã tibi. Quoniã de hijs di-
xiſti ſũt qui derelicti ſũt: hec eſt interpre-
tatio. Qui aufert piculũ illo tẽpore: hic
ſe cuſtodiuit. Qui i periculo inciderunt:
hij ſũt qui habẽt opera ⁊ fidem ad fortiſ-
ſimũ. Scito ergo: qm̃ magis beatificati
ſũt q̃ derelicti ſũt: ſup eos q̃ mortui ſũt
Hec interpretationes viſionis. Quia
vidiſti virũ aſcendentẽ de corde maris ·
ipe eſt quẽ cõſeruat altiſſimus mltis tẽ-
poribus: qui p ſemetipm̃ liberabit crea-
turã ſuam: et ipe diſponet q̃ derelicti ſũt
Et qm̃ vidiſti de ore eius exire ut ſpiri-
tum ⁊ ignem ⁊ tempeſtatẽ: ⁊ quoniã nõ
tenebat frameam neqꝫ vas bellicoſum
corrupit enĩ impetus eius multitudinẽ
que venerat expugnare eũ: hec ẽ interꝑ-
tatio. Ecce dies veniũt quãdo incipiet
altiſſim⁹ liberare eos que ſup terrã ſunt
et veniet ĩ exceſſu mentis ſup eos qui in-
habitant terrã. Et alij alios cogitabũt
debellare: ciuitas ciuitatẽ ⁊ locus locum.
et gens aduerſus gentẽ: et regnũ adũ-
ſus regnũ. Et erit cum fient hec: et cõ-
tingent ſigna que ante oſtendi tibi: et
tũc revelabitur fili⁹ meus: quẽ vidiſti
ut virũ aſcendentẽ. Et erit quãdo audi-
erint om̃s gentes vocẽ eius: et derelin-
quet vnuſquiſqꝫ i regione ſua bellum
ſuũ qd̃ habent ad alterutrũ: ⁊ colliget
in vnũ multitudo innumerabilis ſicut
volentes venire et expugnare eũ. Ipſe
autẽ ſtabit ſup cacumẽ montis ſyon.
Syon aũt veniet: et oſtendet om̃ibꝫ pa-
rata ⁊ edificata ſicut vidiſti montẽ ſcul-
pi ſine manibꝫ. Ipſe aũt filius me⁹ ar-
guet q̃ adinuenerũt gentes impietates
eorũ: has que tẽpeſtati appropĩquerũt
ꝓpter mala cogitamenta eorũ ⁊ cruciã-
menta quibꝫ incipiẽt cruciari q̃ aſſimul-
late ſũt flamme: et perdet eos ſine labo-
re: p legem que igni aſſimulata eſt. Et
quoniã vidiſti eũ colligentẽ ad ſe aliã
multitudinẽ pacificam: hec ſũt decem tri-
bus que captiue ducte ſunt de terra ſua
in diebus ioſie regis quẽ captiuũ du-
xit ſalmanaſar rex aſſiriorũ · et tranſtu-
lit eos trans flumẽ: et tranſlati ſunt in
terram aliã. Ipſi autẽ ſibi dederũt ꝯſiliũ

hoc ut derelinquerent multitudinē gentiū: ⁊ proficiſcerent in vlteriorem regionem vbi nūq̄ inhabitauit gen⁹ humanū: et ibi obſuare legitima ſua q̄ nō fuerāt obſeruātes i regione ſua. Per introitus aūt anguſtos fluminis eufraten introierunt. Fecit eñ eis tūc altiſſimus ſigna: et ſtatuit venas fluminis vſque q̄ trāſirent. Per eam eñ regionē erat via multa itineris anni vnius et dimidij: nam regio illa vocatur arſareth. Tunc inhabitauerūt ibi uſq̄ i nouiſſimo tēpore: ⁊ nunc iterū cū ceperint venire. iterū altiſſimus ſtatuet vena fluminis ut poſſint tranſire: ꝓpter hec vidiſti multitudinē cū pace. Sed ⁊ qui derelicti ſunt de pp̄lo tuo: hij ſunt q̄ inueniuntur intra terminū meū. Factum erit ergo quando incipiet perdere multitudinē eaꝝ q̄ collecte ſūt gentes: proteget eos q̄ ſuperauerunt pp̄lm: et tūc oſtendet eis mĺta plurima portenta. Et dixi ego. Dominator dñe hoc michi oſtende: ꝓpter quod vidi virum aſcendentē de corde maris. Et dixit michi. Sicut nō poteſt hō uel ſcrutari uel ſcire q̄ ſūt in profundo maris: ſic non poterit quiſq̄ ſup terrā videre filiū meū. uel eos q̄ cum eo ſūt: niſi in tēpore diei. Hec eſt interp̄tatio ſomnij q̄d vidiſti: et ꝓpter qd̄ illuminatus es hic ſolus. Dereliquiſti eñ tuā: et circa meā vacaſti legē ⁊ queſiſti. Vitā eñ tuā diſpoſuiſti in ſapientia: et ſenſū tuū vocaſti matrē. Et ꝓpter hoc oſtendi tibi merces apud altiſſimū. Erit eñ: poſt alios tres dies ad te alia loq̄r: et exponā tibi grauia ⁊ mirabilia. Et profectus ſū ⁊ trāſij i campū: mĺtū gĺificās ⁊ laudans altiſſimū de mirabilib⁹ q̄ p tēpus faciebat: et qm̄ gubernabat tp̄a ⁊ q̄ ſūt in tēporib⁹ illata. Et ſedi ibi trib⁹ dieb⁹. xiiij.

Et factum eſt tercio die: ⁊ ego ſedebam ſub quercu. Et ecce vox exiuit contra me de rubo et dixit. Eſdra eſdra. Et dixi. Ecce ego domine. Et ſurrexi ſup pedes meos. Et dixit ad me. Reuelans reuelatus ſum ſup rubū. et locutus ſū moyſi quando populus meus ſeruiebat i egipto: et miſi eū ⁊ eduxi populū meū de egipto. et adduxi eū ſuper mōtem ſynai: ⁊ detinebā eū apud me dieb⁹ multis: ⁊ enarraui ei mirabilia multa. et oſtendi ei temporū ſecreta et finem et precepi ei dicēs. Hec in palam facies v̄ba: et hec abſcondes. Et nūc tibi dico ſigna q̄ demōſtraui: ⁊ ſomnia q̄ vidiſti et interpretationes quas tu vidiſti i corde tuo repone ea. Tu eñ recipieris ab hoīb⁹ ⁊ cūuſaberis reſiduū cū filio meo et cum ſimilibus tuis: uſquequo finiāt̄ tempora. Quoniā ſeculū perdidit iuuentutem ſuā: et tempora appropinquant ſeneſcere. Duodecim eñ partibus diuiſū eſt ſeculum: et trāſierunt eius decima et dimidiū decime partis ſupſunt aūt eius poſt mediū decime partis. Nūc ergo diſpone domū tuā. et corripe pp̄lm tuū et conſolare humiles eorū: ⁊ renūtia iam corruptele et dimitte abs te mortales cogitationes: et ꝓice abs te pondera humana et exue te iam infirmā naturam: et repone i vnam partē moleſtiſſima tibi cogitamenta: et feſtina tranſmigrare a tēporib⁹ hijs. Que eñ vidiſti nūc cōtigiſſe mala: iterū horū deteriora facient Quantū enim invalidū fiet ſeculū a ſenectute: tantū multiplicabuntur ſuper inhabitantes mala. Prolongauit eñ ſe magis veritas: et appropinquauit mēdaciū. Jam eñ feſtinat venire q̄ꝫ vidiſti viſionē. Et reſpōdi: ⁊ dixi corā te dñe Ecce eñ ego abibo ſicut p̄cepiſti michi:

et corripiam preſentē ppl'm. Qui autē
iterū nati fuerit: quis cōmouebit? Po-
ſitum eſt ergo ſeclm in tenebris: et qui
inhabitant in eo ſine lumine. Quomā
lex tua incenſa eſt: propē qō nemo ſcit
que a te facta ſunt uel q̄ incipient opera
Si enī inueni ī te gratiā: immitte in me
ſpiritum ſanctū: et ſcribam oīe quod
factū eſt in ſeclo ab initio que erant in
lege tua ſcripta. ut poſſint homines in
uenire ſemitam: et q̄ voluerint viuere ī
nouiſſimis viuāt. Et reſpondit ad me
et dixit. Vadens congrega ppl'm. et di:
ces ad eos: ut nō querāt te diebus qua-
draginta. Tu autē prepara tibi buxos
multos: et accipe tecū ſaream dabriam.
ſelemiam. echanū. et aſiel. quinq; hos:
qui parati ſūt ad ſcribēdū velociē. Et
venies huc et ego accendā in corde tuo
lucernā intellectus: q̄ nō extinguetur q̄
adusq; finiantur q̄ incipies ſcribere. Et
tunc pfectis quedā palā facies: quedā
ſapientib; abſconſe trades. In craſtinū
enim hac hora incipies ſcribere. Et pro-
fectus ſū ſicut michi pcepit: et congre:
gaui omnē ppl'm: et dixi. Audi iſrahel
verba hec. Peregrinātes peregrinati ſūt
patres noſtri ab initio ī egipto. et libera-
ti ſūt inde: et acceperūt legē vite quā nō
cuſtodierunt. quā et vos poſt eos tranſ:
greſſi eſtis: et data eſt vobis terra in ſor
tem et terra ſyon: et patres veſtri et vos
iniquitatē feciſtis. et nō ſeruaſtis vias
quas pcepit vobis altiſſimus: et iuſtus
iudex cū ſit. abſtulit a vobis in tempore
quod donauerat. Et nūc vos hic eſtis
et fratres vrī introrſum veſtrum ſunt.
Si ergo imperaueritis ſenſui vro et eru-
dieritis cor veſtrū. viui cōſeruati eritis
et poſt mortē miſedīam cōſequemini.
Judiciū enī poſt mortē veniet. quando
iterum reuiuiſcemus: et tunc iuſtorum
nomina parebunt: et impiorū facta o-
ſtendentur. Ad me igitur nemo accedat
nunc: neq; requirat me uſq; dies qua-
draginta. Et accepi quinq; viros ſicut
mandauit michi: et pfecti ſumus ī cam-
pum: et manſimus ibi. Et factus ſum
in craſtinum. et ecce vox vocauit me
dicens. Eſdra aperi os tuū: et bibe quo
te potauero. Et aperui os meū: et ecce ca-
lix plenus porrigebat michi. Hoc erat
plenū ſicut aqua: color aūt eī' ut ignis
ſimilis. Et accepi et bibi: et in eo cū bi:
biſſem cor meū cruciabatur intellectu:
et in pectus meū increſcebat ſapientia.
Nam ſpiritus me' cōſeruabat memoria
Et apertū eſt os meū: et nō eſt clauſum
amplius. Altiſſim' dedit intellectū quī-
q; viris: et ſcripſerūt q̄ dicebant exceſſi-
ones noctis: q̄s nō ſciebāt. Nocte aūt
māducabant panē: ego aūt p diem lo:
quebar: et p nocte non tacebā. Scripti
ſunt aūt p quadragīta dies libri ducē:
ti quatuor. Et factum ē cū cōpleuiſſent
quadraginta dies: locutus ē altiſſim',
dicens. Priora q̄ ſcripſiſti ī palā pone.
et legant digni et indigni: nouiſſimos
aūt ſeptuagīta obſuabis: ut tradas eos
ſapientib; de pplo tuo. In hijs enī ē ve-
na intellectus et ſapientie fons: et ſcien-
tie flumen. Et feci ſic. . xv.
Ecce loquere in aures plebis mee
ſermones pphetie quos immiſero
in os tuū dicit dn̄s: et fac ut ī carta ſcri-
bantur. qm̄ fideles et veri ſūt. Ne time-
as a cogitationib; adūſum te: nec tur:
bant te incredulitates dicentiū: qm̄ om
nis incredulus ī incredulitate ſua mori-
etur. Ecce ego induco dicit dn̄s ſuper
orbem terrar mala. gladiū et famem et
mortem et interitum: ppē qō ſuppolluit

iniquitas omnē terrā: ⁊ adimpleta ſūt
opera nociua illorū. Propterea dicit do-
minus. Jam nō ſilebo de impietatibꝫ e-
orū que irreligioſe agūt: nec ſuſtinebo
in hijs q̄ inique exercent. Ecce ſanguis
innoxius ⁊ iuſtus clamat ad me: et aīe
iuſtoꝝ clamant pſeuerāter. Vindicans
vindicabo illos dicit dn̄s: et accipiam
omnē ſanguinē innoxiū ex illis ad me
Ecce pplus meꝰ quaſi grex ad occaſionē
ducit: iam nō patiar illū habitare in ter-
ra egipti: ſed educā eum ī manu potenti
et brachio excelſo. Et percutiam plaga ſi-
cut prius: et corrumpā omnē terrā eius
Lugebit egiptꝰ ⁊ fūdamenta eiꝰ: et pla-
ga verberata ⁊ caſtigatione quas indu-
cet ei deꝰ. Lugebūt cultores operātes ter-
ram: qm̄ deficient ſemina eorū ab vredi-
ne ⁊ grādine ⁊ a ſidere terribili. Ve ſecu-
lo et q̄ habitant in eo: quia appropinq̄-
uit gladius et cōtritio eorū: et exſurget
gens ſup gentem ad pugnā ⁊ rumphea
in manibꝫ eoꝝ. Erit em̄ ī conſtabilitio
hominibꝫ: et alij alijs inualeſcētes nō cu-
rabunt regē ſuū et principes: vie geſto-
rum ſuoꝝ ī potentia ſua. Concupiſcet em̄
homo in ciuitatē ire: et nō poterit. Pro-
pter ſupbiā em̄ eorū ciuitates turbabūt
domus exterent: hoīes metuent. Nō mi-
ſerebitur homo proximū ſuū ad irritum
faciendū domos eoꝝ in gladiū: ad diri-
piendas ſubſtantias eoꝝ ꝓpter famem
panis ⁊ tribulacōꝫ mltā. Ecce ego cō-
uoco dicit deus oēs reges terre ad me ve-
rendū qui ſunt ab oriente ⁊ ab auſtro.
ab euro et a libano ad ꝯuertendos in ſe:
et reddere q̄ dederūt illis. ſicut faciūt uſq3
hodie electis meis: ſic faciā et reddā in
ſinu eoꝝ. Hec dicit dn̄s deꝰ. Nō parcet
dextera mea ſup peccatores: nec ceſſabit
rumphea ſup effūdentes ſanguinē inno-
cium ſup terrā. Exijt ignis ab ira eius.
et deuorauit fundamenta terre: ⁊ peccato-
res quaſi ſtramen incenſum. Ve eis q̄
peccant: et nō obſeruant mandata mea
dicit dn̄s. Nō parcam illis. Diſcedite
filij apoſtate: nolite cōtaminare ſancti-
ficationē meā: qm̄ nouit dn̄s oēs qui
delinquunt in illū. Propterea tradidit
eos in mortē ⁊ in occaſionē. Jam em̄ ve-
nerūt ſup orbem terraꝝ mala: et mane-
bitis ī illis. Nō em̄ liberabit vos deus:
propter quod peccaſtis in eū. Ecce viſio
et horribilis ⁊ facies illiꝰ ab oriente. Et
exient nationes draconū arabū in curri-
bus multis ⁊ ſic flatꝰ eoꝝ a die itineris
fertur ſuper terram: ut iā timeant et tre-
pident oēs q̄ illos audient carmonij
inſanientes in ira: ⁊ exient ut apri de ſil-
ua. et aduenient ī virtute magna: ⁊ cō-
ſtabūt in pugnam cū illis: et vaſtabūt
portionem terre aſſiriorū. Et poſt hec ſu-
perualeſcent dracones. natiuitatis ſue
memores: et conuertent ſe conſpirātes
in virtute magna ad pſequendos eos.
Iſti turbabuntur et flebunt in virtu-
te illorum: et cōuertent pedes ſuos in fu-
gam: et a territorio aſſiriorū ſubſeſſor
obſidebit eos: et cōſumet vnū ex illis:
et erit timor ⁊ tremor ī exercitu illoꝝ. et
cōtentio ī reges ipſorū. Ecce nubes ab
oriente ⁊ a ſeptentrione uſq3 meridianū
et facies earū horrida valde plena ire et
procelle. Et collident ſe inuicem: ⁊ colli-
dent ſydus copioſū ſuper terrā ⁊ ſydus
illorum. Et erit ſanguis a gladio uſq3
ad ventrem equi: et fimus hoīs uſq3 ad
ſubſtramen cameli. Et erit timor ⁊ tre-
mor multus ſuper terrā: et horrebunt q̄
videbunt iram illam: et tremor apprehē-
det illos. Et poſt hec mouebuntur nim-
bi copioſi a meridiano et ſeptentrione:

et portio alia ab occidente. Et ſupinualeſcent venti ab oriente ⁊ recludent eā: et nubem quā ſuſcitauit ī ira: et ſydus ad faciendam exterritationē ad orientalem ventū ⁊ occidentem · violabit. Et exaltabunt nubes magne ⁊ valide plene ire et ſydus · ut exterreant omnē terrā ⁊ inhabitantes eā: et infundēt ſup omnē locū altū · et eminentem ſydus terribile · ignē et grandinē ⁊ rumpheas volantes · ⁊ aquas multas: ut etiā impleant oīs cāpi et oīs riui plenitudine aquaꝝ multarū. Et demolientur ciuitates ⁊ muros et mōtes ⁊ colles ⁊ ligna ſiluaꝝ: ⁊ fenū pratorū ⁊ frumēta coꝝ. Et trāſibūt cōſtantes uſqȝ babilonē ⁊ exterrent eā: cōuenient ad ipſam ⁊ circuibūt eā: et effundent ſydus ⁊ omnē iram ſup eā. Et ſubibit puluis ⁊ fumus uſqȝ ī celū: ⁊ oīs in circuitu lugebūt eā: ⁊ q̄ ſub ea remāſerint ſeruient hiis q̄ eā exterruerūt. Et tu aſia conſors in ſpē babilonis · et glā pſone ei⁹: ve tibi miſera · ꝓpter qḋ aſſimilaſti ei ⁊ ornaſti filias tuas ī fornicatione ad placendū ⁊ gloriandū ī amatoribus tuis q̄ tecū cupierūt ſemp fornicari Odibilem imitata es ſemp in omnibus operib⁹ eius ⁊ ī adinuētionib⁹ ei⁹: ꝓpterea dicit deus. Immittā tibi mala: viduitatē pauptatē et famem et gladiū et peſtem ad deuaſtādas domus tuas a violatione ⁊ morte et gloria virtutis tue Sicut flos ſiccabitur cū exſurget ardor qui emiſſus eſt ſup te: infirmaberis ut paupcula plagata ⁊ caſtigata a mlierib⁹ ut nō poſſint te ſuſcipere potētes ⁊ amatores. Nunqd ego ſic zelabo te dicit dominus: niſi occidiſſes electos meos ī oī tēpore exaltans percuſſionē manuū: ⁊ dicens ſup mortē coꝝ cū inebriata eſſes · exorna ſpeciē vultus tui? Merces fornicationis tue ī ſinu tuo: propter hoc redditionē accipies. Sicut facis electis meis dicit dn̄s · ſic faciet tibi de⁹: et tradat te ī malū. Et nati tui fame interient: et tu rumphea cades ⁊ ciuitates tue cōterēt et oīs tui ī campo gladio cadent. Et q̄ ſunt in mōtib⁹ fame peribūt: et manducabunt carnes ſuas ⁊ ſanguinē bibent a fame panis et ſiti aque. Infelix p maria venies: et rurſum accipies mala. Et in trāſitu allident ciuitatē ocioſam: ⁊ exterrent aliquā portionē terre tue · ⁊ partem glorie tue exterminabūt: rurſū redeuntes ad babiloniam cōuerſam. Et demolita eris illis ꝓ ſtipula: et ipī erunt tibi ignis: et deuorabūt te ⁊ ciuitates tuas: terram tuam: et montes tuos: oīs ſiluas tuas et lignum fructiferum igni cōburent. Filios tuos captiuos ducēt et cenſum tuū in predam habebunt: et gloriā faciei tue exterminabūt. xvi.

Ve tibi babilon ⁊ aſya: ve tibi egipte ⁊ ſiria. Precingite vos ſaccis et ciliciis · ⁊ plangite filios veſtros ⁊ dolete: qm̄ appropinquauit cōtritio veſtra Immiſſus eſt vobis gladius: et quis eſt q̄ auertat illū? Immiſſus eſt ī vobis ignis: et quis eſt qui extinguat illum? Imiſſa ſūt vobis mala? Et quis eſt q̄ repellat ea? Nunquid repellit aliquis leonem eſurientē in ſilua: aut extinguet ignem in ſtipula · mox quādo ceperit ardere? Nūquid repellet aliquis ſagittā a ſagittario fortiſſimā? Dominus fortis immittit mala: et quis eſt q̄ repellat ea Exiit ignis ex iracūdia ei⁹? Et q̄s ē qui extinguat eū? Choruſcabit: et quis nō timebit? Tonabit? et quis nō pauebit? Dominus cōminabit: ⁊ quis non funditus cōteretur a facie ipſius? Terra tremuit ⁊ fūdamenta ei⁹ mare fluctuat

de profundo · et fluctus ei⁹ diſturbabūt
et piſces eius a facie dñi et a gloria vir-
tutis eius: qm̄ fortis dextera eius que ar-
cum tetendit: ſagitta eius acute que ab
ipo mittuntur: non deficient cū ceperint
mitti in fines terre. Ecce mittunt̄ mala
et nō reuertentur: donec veniāt ſup ter-
rā. Ignis ſuccendit̄: et nō extinguetur
donec conſumat fūdamēta terre. Quem
admodū non redit ſagitta miſſa a vali-
do ſagittario: ſicut nō reuertentur mala
que miſſa fuerint in terram. Ve michi
ve michi. Quis me liberabit in illis die-
bus? Inicīū dolorū et multi gemitus:
inicium famis et multi interitus: inicīū
bellorū ꝛ formidabūt poteſtates: inicīū
malorū: et trepidabūt oēs. In hijs
quid faciā cū venerit mala? Ecce fames
et plaga ꝛ tribulacō ꝛ anguſtia miſeria
ſūt: flagella in emendatione: et in hijs
oībus ſe nō ouertent ab iniquitatibꝫ
ſuis: neqꝫ flagellorū memores erūt ſem-
per. Ecce erit annone vilitas ſuper terrā
ſic ut putent ſibi eſſe directam pacem:
et tunc germinabūt mala ſup terrā gla-
dius fames ꝛ magna cōfuſio. A fame
eñ plurimi qui inhabitant terram inte-
rient: ꝛ gladius perdet ceteros q̄ ſupera-
uerint a fame: ꝛ mortui ſicut ſtercora ꝓ-
iacentur et nō erit qui conſoletur eos.
Derelinquetur enim terra deſerta: et ciui-
tates eius deicientur. Nō derelinquetur
qui colat terram: et qui ſeminet eā. Li-
gna dabunt fructus: et quis vindemia-
bit illa? Vua matura fiet: et quis calca-
bit illam? Erit eñ locus magna deſertio
Cupiet eñ homo hominem videre: uel
vocem eius audire. Relinquentur eñ de
ciuitate decem et duo de agro qui abſcō-
derint ſe in denſis nemoribus ꝛ ſciſſuris
petrarum: quemadmodū derelinquūtur
in oliueto et ſingulis arboribꝫ tres aut
quatuor oliue: aut ſicut ī vinea vinde-
miata racemi relinquuntur ab hijs qui
diligenter vineā ſcrutātur: ſic relinquē-
tur ī diebus illis tres aut quatuor ſcru-
tantibus domos eorum ī rumphea. Et
relinquetur terra deſerta: et agri eius in-
ueterabunt: et vie eius et oēs ſemite
eius germinabūt ſpinas eo ꝙ nō tran-
ſient homies per eā. Lugebūt virgines
nō habentes ſponſos: lugebūt mlieres
non habentes viros: lugebunt filie ea-
rum nō habentes adiutoriū · ſponſi ea-
rum in bello conſument̄: et viri earum
in fame exterentur. Audite vero iſta: ꝛ
cognoſcite ea ſerui domini. Ecce verbū
domini: excipite illud ne dijs credatis
de quibus dicit dominus. Ecce appropī-
quant mala et non tardant. Quemad
modum pregnans cum parit in nono
menſe filium ſuum: appropinquāte ho-
ra partus eius · ante horas duas uł tres
dolores circueunt ventrem eius: et pro-
deunte infante de ventre non tardabunt
vno puncto: ſic non morabimur ma-
la ad prodeundum ſuper terram: et ſecu
lum gemet · et dolores circumtenebunt
illud. Audite verbum plebs mea. Pa-
rate vos in pugnam: ꝛ i malis · ſic eſto-
te quaſi aduene terre. Qui vendit quaſi
qui fugiat · ꝛ qui emit quaſi qui perditu-
rus · qui mercat̄ quaſi qui fructum non
capiat: et qui edificat quaſi non habi-
turus. Qui ſeminat quaſi qui non me-
tet: ſic et qui vineam putat quaſi non
vindemiaturus. Qui nubūt ſic quaſi fi-
lios nō facturi: et qui nō nubūt ſic qua-
ſi vidui propter quod qui laborāt ſine
cauſa laborāt. Fructus eñ illorū alieni-
gene metent: ꝛ ſubſtantiā illoꝝ rapient
et domo⁹ euertent: ꝛ filios eoꝝ captiuabūt

quia i captiuitate ꝛ fame generāt natos ſuos. Et qui negociant̄ i rapina quātū diu exornant ciuitates ꝛ domos ſuas et poſſeſſiones ꝛ pſonas ſuas: tanto magis adzelabor eos ſup peccata ſua dicit dominꝰ. Quomō zelat̄ fornicaria mulierem ydoneam ꝛ bonam valde: ſic zelabitur iuſticia iniquitatē cum exornat ſe et accuſat eā in facie cum venerit qui defendat exquirentē omne peccatū ſup terram. Propterea nolite ſimilari ei nec operibꝫ eiꝰ: quoniā adhuc puſillū et tolletur iniquitas a terra: ꝛ iuſticia regnabit in vos. Non dicat peccator ſe nō peccaſſe: quoniam carbones ignis comburet ſup caput eius qui dicit nō peccaui coram deo et gloria ipſius. Ecce dñs cognoſcet oīa opera hominū: ꝛ adinuētiones illoꝝ ꝛ cogitacōnes illoꝝ: ꝛ corda illorū. Dixit enim fiat terra et facta ē fiat celum ꝛ factū eſt. Et in verbo illiꝰ ſtelle fundate ſūt: et nouit numerū ſtellaꝝ. Qui ſcrutat̄ abiſſū ꝛ theſauros illarū: q menſus eſt mare. ꝛ conceptum eiꝰ. Qui cōcluſit mare in medio aquarum: et ſuſpendit terrā ſup aquas verbo ſuo Qui extēdit celum q̄ſi camerā: ſup aq̄s fundauit eū. Qui poſuit in deſerto fontes aquarū: et ſup verticē montiū lacus ad emittendū flumina ab eminenti petra: ut potaret terrā. Qui finxit hominē ꝛ poſuit cor ſuum ī medio corporis: et miſit ei ſpiritū vitā ꝛ intellectū ꝛ ſpiramē dei omnipotentis q̄ fecit omīa: et ſcrutinat oīa abſconſa in abſconſis terre. Hic nouit adinuentionē veſtrā: et q̄ cogitatis in cordibꝫ veſtris peccantibꝫ et volētibꝫ occultare peccata ſua. Propt̄ quod dñs ſcrutinando ſcrutinauit oīa opera vr̄a: et traducet vos oīns. et vos confuſi eritis cum proceſſerint peccata vr̄a coram hoībꝫ: et iniq̄tates erūt que accuſatores ſtabūt ī die illo. Quid facietis: aut q̄modo abſcōdetis peccata vr̄a corā deo et angelis eiꝰ? Ecce iudex deus: timete eū. Deſinite a peccatis vr̄is: et obliuiſcāini iniq̄tates vr̄as iā agere eas i ſempiterno: ꝛ deꝰ educet vos ꝛ liberabit de oī tribulatione. Ecce enī incenditur ardor ſuper vos turbe copioſe: ꝛ rapiēt quoſdā ex vobis et cibabunt ydolis occiſis: et qui conſenſerint eis erūt illis in deriſū et in improperium ꝛ in conculcationem Erit enim locus locus: et in vicinas ciuitates exſurrectio multa ſup timentes dominum. Erunt quaſi inſani nemini parcentes ad diripiendum ꝛ deuaſtandum adhuc timentes dominum: quia deuaſtabunt et diripient ſubſtantias: et de domibus ſuis eos eicient. Tūc parebit probatio electorum meorū: ut aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei dicit dominus. Ecce aſſūt dies tribulationis: et de hijs liberabo vos. Ne timeatis nec heſitetis: quoniam deꝰ dux veſter eſt. Et qui ſeruat mandata et precepta mea dicit dominus deus: ne preponderent vos peccata veſtra: ne ſupeleuent ſe iniquitates veſtre. Ve qui cōſtringuntur a peccatis ſuis ꝛ obtegunt̄ ab iniquitatibus ſuis: quemadmodū ager conſtringitur a ſilua ꝛ ſpinis tegitur ſemita eius per quam nō tranſit homo: et excluditur. et mittitur ad deuorationem ignis. Explicit liber eſdre.

Incipit prologus in libro Thobie. primū capłm.

Chromatio ꝛ heliodoro epiſcopis: ieronimꝰ preſbiter in dño ſalutē. Mirari nō deſino exactionis vr̄e inſtantiā. Exigitis

enim ut librū chaldeo sermone conscri-
ptum ad latinū stilum traham: librum
vtiq; tobie: quē hebrei de cathalogo di-
uinarū scripturaꝝ secantes · hijs q̄ agy-
ographa memorāt manciparūt. Feci sa-
tis desiderio vestro: nō tamē meo studio
Arguunt enim nos hebreorū studia: et
imputant nobis cōtra suum canonem
latinis auribꝰ ista trāsferre. Sed meliꝰ
esse iudicans phariseorū displicere iudi-
tio · et episcoporum iussionibus deserui-
re: institi ut potui. Et q̄a vicina ē chal-
deoꝝ lingua sermoni hebraico: vtriusq;
lingue peritissimū loquacē esse repperiens
vniꝰ diei laborem arripui: et quicquid
ille michi hebraicis v̄bis expressit · hoc
ego accito notario · sermoībꝫ latinis ex-
posui. Orationibꝫ v̄ris mercedē huiꝰ op-
is cōpēsabo: cū gratū vobis didicero me
quod iubere estis dignati complesse.

Incipit liber Tobie.

TObias ex tribu et ci-
uitate neptalim · que
est in superioribꝫ gali-
lee supra naason post
viā que ducit ad oc-
cidentē · in sinistro ha-
bēns ciuitatē sephet: cū captus esset ī di-
ebus salmanasar regis assiriorū · in ca-
ptiuitate tamē positꝰ viā veritatis nō de-
seruit: ita ut oīa q̄ habere poterat quoti-
die concaptiuis fratribus q̄ erāt ex eiꝰ
genere impertiret. Cūq; esset iunior om-
nibus in tribu neptalim: nichil tamen
puerile gessit ī ope. Deniq; cū irent oēs
ad vitulos aureos quos ieroboam fece-
rat rex israhel hic solus fugiebat cōsor-
tia oīm: et pergebat ad ierusalem ad tē-
plum domini · et ibi adorabat dn̄m deū
israhel: omnia primatiua sua et decimas
suas fideliter offerens · ita ut ī tercio an-
no proselitis ⁊ aduenis ministraret om-
nem decimationē. Hec ⁊ hijs similia se-
cundū legem dei puerulus obseruabat
Cum vero factꝰ fuisset vir accepit vxo-
rem annam de tribu sua: ⁊ genuit ex ea
filiū nomen suū imponens ei: quem ab
infantia timere deum docuit et abstinere
ab omni peccato. Igitur dum per capti-
uitatē deuenisset cum vxore sua et filio ī
ciuitatem niniuen cum omni tribu sua ·
et cum oēs ederent ex cibis gentilium:
iste custodiuit animā suā: et nunq̄ con-
taminatus est in escis eorū. Et q̄m me-
mor fuit dn̄i ī toto corde suo · dedit illi
deus gratiā in conspectu salmanasar re-
gis: ⁊ dedit illi potestatē quocūq; vellet
ire habēs libertatē quecūq; facere voluis-
set. Pergebat ergo p̄ omnes qui erāt in
captiuitate: ⁊ monita salutis dabat eis.
Cum autē venisset ī rages ciuitatem me-
doꝝ · et ex hijs quibus honoratꝰ fuerat
a rege habuisset decem talenta argenti:
et cum in multa turba generis sui gabe-
lum egentem videret q̄ erat ex tribu eiꝰ:
sub cirographo dedit illi memoratū pon-
dus argēti. Post multū vero temporis
mortuo salmanasar rege · cum regnaret
sennacherib filius eius pro eo · et filios
israhel exosos haberet in conspectu suo:
tobias pergebat per omnē cognationem
suam · ⁊ consolabatur eos: diuidebatq;
vnicuiq; prout poterat de facultatibus
suis. Esurientes alebat: nudisq; vesti-
menta prebebat: et mortuis atq; occisis
sepulturram solicitus exhibebat. Deni-
q; cum reuersus esset rex sennacherib fu-
giens a iudea plagam · quam circa eum
fecerat deus propter blasphemiam suam
et iratus multos occideret ex filijs isrl̄:
tobias sepeliebat corpora eorū. At vbi
nunciatum est regi · iussit eum occidi:

et tulit omnē ſubſtantiā eius. Tobias
vero cum filio ſuo ⁊ cum vxore fugiens
nudus latuit: quia multi diligebāt eū
Poſt dies vero quadraginta quinq; oc-
ciderūt regem filij ipſius. Et reuerſus eſt
tobias ad domum ſuā: omīſq; facultas
eius reſtituta eſt ei. ii

Poſt hec vero cū eſſet dies feſtus do-
mini et factū eſſet prandiū bonū
in domo tobie: dixit filio ſuo. vade ⁊ ad-
duc aliquos de tribu nr̄a timentes deū:
ut epulentur nobiſcū. Cūq; abiſſet: re-
uerſus nunciauit ei vnum ex filijs iſrl̄
iugulatum iacere ī platea. Statimq; ex-
iliens de accubito ſuo. relinquēs prādi-
um ieiunus peruenit ad corpus: tollenſ-
q; illud portauit ad domū ſuā occulte:
ut dum ſol occubuiſſet caute ſepeliret
eū. Cumq; occultaſſet corpus: mādu ca-
uit panem cū luctu ⁊ tremore: memorās
illum ſermonē quē dixit dn̄s per amos
prophetam. Dies feſti veſtri cōuertent in
lamētationē ⁊ luctū. Cū vero ſol occu-
buiſſet: abijt ⁊ ſepeliuit eū. Arguebāt
aūt eū oms̄ proximi eius dicentes. Jam
huius rei cauſa interfici iuſſus es. ⁊ vix
effugiſti mortis imperiū: et iterū ſepelis
mortuos? Sed tobias plus timēs deū
q̄ regem. rapiebat corpora occiſorum ⁊
occultabat ī domo ſua: et medijs nocti-
bus ſepeliebat ea. Cōtigit aūt ut qua-
dam die fatigatus a ſepultura veniens
domū ſuā iactaſſet ſe iuxta parietē et ob-
dormiſſet: et ex nido hirūdinū dormiēti
illi calida ſtercora inciderent ſup oculos
eius: fieretq; cecus. Hāc aūt tēptationē
ideo permiſit dn̄s euenire illi: ut poſteris
daretur exemplū patientie eius: ſicut et
ſancti iob. Nā cū ab infantia ſua ſemp
deū timuerit. et mandata eius cuſtodierit
non eſt cōtriſtatus cōtra dn̄m q̄ plaga
cecitatis euenerit ei: ſed immobilis in dei
timore permanſit: agens gratias deo oībus
diebus vite ſue. Nā ſicut beato iob in-
ſultabāt reges: ita iſti parētes ⁊ cogna-
ti eius irridebant vitā eius dicētes. Vbi
eſt ſpes tua pro qua elimoſinas ⁊ ſepultu-
ras faciebas? Tobias vero increpabat e-
os dicens. Nolite ita loqui: quoniā filij
ſanctorū ſumus: et vitā illā expectamus
quā deus daturus eſt hijs qui fidem ſuā
nunq̄ mutant ab eo. Anna vero vxor
eius ibat ad opus textrinū quotidie: et
de labore manuū ſuarū victū quē cōſeq
potuiſſet deferebat. Vnde factū eſt: ut he-
dum caprarū accipiens detuliſſet domi
Cuius cū vocem balantis vir eius audiſ-
ſet. dixit. Videte ne forte furtiuus ſit.
Reddite eum dn̄is ſuis: quia non licet
nobis aut edere ex furto aliquid aut cō-
tingere. Ad hec vxor eius irata reſpōdit
Manifeſte vana facta eſt ſpes tua: ⁊ ele-
moſine tue modo paruerūt. Atq; hijs et
alijs huiuſmōi vbis exprobrabat ei. iii

Tunc tobias ingemuit ⁊ cepit ora-
re cū lacrimis dicens. Juſtus es
dn̄e et omia iudicia tua vera ſūt ⁊ oms̄
vie tue miſericordia et veritas. ⁊ iudi-
ciū. Et nūc dn̄e memor eſto mei et ne
vindictā ſumas de peccatis meis: neq;
reminiſcaris delicta mea uel parentum
meorū. Quoniā nō obediuimus p̄ceptis
tuis ideo traditi ſumus in direptionē. et
captiuitatē et mortē. et in fabulā: et in
improperiū omībus nationibus in quibus
diſperſiſti nos. Et nūc domine magna
iudicia tua: quia nō egimus ſecūdū p̄cep-
ta tua: et nō ambulauimus ſinceriter co-
ram te. Et nūc dn̄e ſecundū volūtatē
tuam fac mecū: et p̄cipe in pace recipi ſpi-
ritū meum. Expedit eñ michi mori ma-
gis q̄ viuere. Eadem itaq; die contigit

ut ſara filia raguelis ī rages ciuitate me-
dorū· et ipa audiret improperiū ab vna
ex ancillis patris ſui: qm̄ tradita fuerat
ſeptem viris: et demoniū noīe aſmodeus
occiderat eos· mox ut ingreſſi fuiſſent
ad eam. Ergo cū ꝓ culpa ſua increparet
puellā: reſpondit ei dicens. Amplius
ex te nō videamus filiū aut filiā ſup ter-
ram: interfectrix virorꝫ tuorū. Nunqd
et occidere me vis ſicut etiā occidiſti ſe-
ptem viros: Ad hanc vocem perrexit ī
ſuperius cubiculū domꝰ ſue: et tribꝰ die-
bus et tribꝰ noctibꝰ nō mādu[c]auit ne-
qꝫ bibit: ſed in oratione perſiſtens cū la-
crimis deꝓcabat̄ deū· ut ab iſto impro-
perio liberaret eā. Factū eſt aūt die tercia
dum cōpleret oratiōnē: benedicens do-
minū dixit. Benedictū eſt nomē tuum
deus patrū noſtrorꝫ: qui cū iratus fueris
miſericordiā facies: et in tēpore tribula-
tionis peccata dimittis hijs qui inuocāt
te. Ad te dn̄e faciem meā ꝯuerto: ad te
oculos meos dirigo. Peto dn̄e ut de vin-
culo improperij huiꝰ abſoluas me: aut
certe de ſup terrā eripias me. Tu ſcis do-
mine qa nūqꝫ cōcupiui virū: ⁊ mūdam
ſeruaui aīam meā ab omni cōcupiſcētia
Nunqꝫ cū ludentibꝰ miſcui me: neqꝫ cū
hijs qui in leuitate ambulāt participē
me ꝑbui. Virū aūt cū timore tuo nō cū
libidine mea cōſenſi ſuſcipere. Et aut
ego indigna fui illis: aut illi forſan mi-
chi nō fuerūt digni: quia forſan viro
alio ꝯſeruaſti me. Nō eſt eñ in hoīs po-
teſtate ꝯſiliū tuū. Hoc aūt ꝓ certo ha-
bet oīs qui colit te: qa vita eius ſi in ꝓ-
batione fuerit coronabit̄: ſi aūt ī tribu-
latione fuerit liberabit̄: et ſi in correpti-
one fuerit ad miſericordiā tuā puenire
licebit. Nō eñ delectaris in perditioni-
bus noſtris: qa poſt tēpeſtatē trāquillū
facis: ⁊ poſt lacrimationē ⁊ fletū exulta-
tionē infūdis. Sit nomē tuū deꝰ iſrł be-
nedictū ī ſecła. In illo tpe exaudite ſūt
ꝑces amborꝫ in cōſpectu glie ſūmi dei: ⁊
miſſus eſt angelꝰ dn̄i ſanctꝰ raphael ut
curaret eos ambos quorꝫ vno tēpore ſūt
orationes in ꝯſpectu dn̄i recitate. iiij

Igitur cū tobias putaret oratiōnē ſuā
exaudiri ut mori potuiſſet: vocauit ad
ſe tobiā filiū ſuum: dixitqꝫ ei. Audi fili
mi verba oris mei: et ea ī corde quaſi fū-
damentū conſtrue. Cum acceperit deus
aīam meā· corpꝰ meū ſepeli: et honorē
habebis matris tue· omnibꝰ diebꝰ vite
eius. Memor eñ eſſe debes: que ⁊ quāta
ꝑicula paſſa ſit ꝓpter te ī vtero ſuo. Cū
aūt et ipa compleuerit tempus vite ſue.
ſepelias eam circa me. Omibus aūt die-
bus vite tue ī mente habeto deū: ⁊ caue-
ne aliquādo peccato cōſentias: et preter-
mittas ꝑcepta dei noſtri. Ex ſubſtantia
tua fac elimoſinā: et noli auertere faciē
tuā ab vllo paupere. Ita eñ fiet: ut nec
a te auertatur facies dn̄i. Quomodo po-
tueris: ita eſto miſericors. Si multum
tibi fuerit abundanter tribue: ſi exiguū
tibi fuerit etiam exiguum libenter imper-
tiri ſtude. Premium enim bonum tibi
theſaurizas in die neceſſitatis: quoniā
elimoſina ab omni peccato et a morte
liberat: et nō patietur aīam ire in tene-
bras. Fiducia magna erit coram ſūmo
deo elimoſina: omnibus facientibꝰ eā.
Attende tibi fili mi ab omni fornicatio-
ne: ⁊ preter vxorem tuā nunqꝫ patiaris
crimen ſcire. Superbiam nunqꝫ in tuo
ſenſu· aut in tuo verbo dn̄ari pmittas
In ipa eñ initiū ſumpſit oīs perditio
Quicūqꝫ tibi aliquid operatꝰ fuerit· ſta-
tim ei mercedem reſtitue: et merces mer-
cenarij tui apud te omino nō remaneat

Quod ab alio oderis fieri tibi : vide ne
tu aliquãdo alteri facias. Panẽ tuũ cum
eſurientibꝫ ⁊ egẽtibꝫ comede: ⁊ de veſtimẽ-
tis tuis nudos tege. Panẽ tuũ ⁊ vinũ tu-
um ſup ſepulturã iuſti cõſtitue : et noli
ex eo mãducare et bibere cũ peccatoribꝰ.
Cõſiliũ ſemp a ſapiente pquire. Omni
tẽpore benedic deũ: ⁊ pete ab eo ut vias
tuas dirigat: et omĩa cõſilia tua in ipſo
permaneãt. Judico etiã tibi fili mi dediſ-
ſe me decem talenta argẽti dũ infantulꝰ
eſſes gabelo i rages ciuitate medorũ : et
cirographũ eiꝰ apud me habeo. Et ideo
perquire quomodo ad eũ peruenias: ⁊ re-
cipias ab eo ſupra memoratũ põdus ar-
genti: et reſtituas ei cirographum ſuũ.
Noli timere fili mi : pauperẽ quidẽ vitã
gerimus: ſed multa bona habebimus ſi
timuerimus deũ · et receſſerimus ab omĩ
peccato: et fecerimus bene.

v.

Tunc reſpõdit tobias patri ſuo et
dixit. Omnia quecũqꝫ precepiſti
michi · faciã pat. Quomodo aũt pecuniã
hanc inquirã · ignoro. Ille me neſcit
et ego eũ ignoro. Qđ ſignũ dabo ei?
Sꝫ neqꝫ viã p quã pergatur illuc · ali-
quando cognoui. Tunc pater ſuꝰ reſpõ-
dit illi · et dixit. Cirographum quidem
illius apud me habeo · qđ dum illi oſtẽ-
deris ſtatim reſtituet. Sed perge nũc et
inquire tibi aliquẽ fidelem virũ : qui eat
tecum ſalua mercede ſua · dum adhuc vi-
uo: ut recipias eam. Tũc egreſſus tobi-
as · inuenit iuuenẽ ſtantẽ ſplendidũ p-
cinctum: ⁊ quaſi paratũ ad ambulãdũ
Et ignorans ꝙ angelꝰ dei eſſet : ſaluta-
uit eũ · et dixit. Unde te habemꝰ bone iu-
uenis? At ille reſpõdit. Ex filijs iſrl. Et
tobias dixit ei. Noſti viam que ducit
in regione medoꝝ? Cui reſpondit. No-
ui: ⁊ oĩa itinera eiꝰ frequenter ambulaui:
et manſi apud gabelum fratrẽ nr̃m qui
moratur i rages ciuitate medoꝝ que po-
ſita eſt i mõte egbathanis. Cui tobias
ait. Suſtine me obſecro · donec hec ipa
nunciem patri meo. Tũc ingreſſus to-
bias · indicauit vniuerſa hec patri ſuo.
Sup que ammiratus pat : rogauit ut
introiret ad eum. Ingreſſus itaqꝫ ſalu-
tauit eũ et dixit. Gaudiũ tibi ſit ſemp.
Et tobias ait. Quale gaudiũ michi erit
qui in tenebris ſedeo · et lumẽ celi nõ vi-
deo? Cui ait iuuenis. Forti animo eſto:
in proximo ẽ ut a deo cureris. Dixit ita-
qꝫ illi tobias. Nũquid poteris pducere
filiũ meũ ad gabelum in rages ciuitatẽ
medoꝝ? Et cũ rediẽris · reſtituã tibi mer-
cedem tuã. Et dixit ei angelus. Ego du-
cam : et reducam eũ ad te. Cui tobias
reſpõdit. Rogo te : indica michi. De q̈
domo: aut de q̈ tribu es tu? Cui raphael
angelus dixit. Genus queris mercenna-
rij: an ipm mercennarium q cũ filio tuo
eat? Sed ne forte ſolicitũ te reddã: ego
ſum azarias · ananie magni filiꝰ. Et to-
bias reſpõdit. Ex magno genere es tu.
Sed peto ne iraſcaris: ꝙ voluerim cog-
noſcere genus tuũ. Dixit aũt illi ange-
lus. Ego ſanum ducam: et ſanum tibi
reducam filium tuũ. Reſpondẽs autem
tobias ait. Bene ambuletis: et ſit dñs
in itinere vr̃o: et angelus eius comitet
vobiſcum. Tunc paratis omnibꝰ que
erant in via portanda: fecit tobias vale
patri ſuo · et matri ſue: et ambulauerũt
ambo ſimul. Cumqꝫ pfecti eſſent: cepit
mater eius flere et dicere. Baculum ſe-
nectutis noſtre tuliſti: et tranſmiſiſti a
nobis. Nunq̃ fuiſſet ipſa pecunia: pro
qua miſiſti eũ. Sufficiebat nobis pau-
pertas noſtra : ut diuicias cõputaremꝰ
hoc · ꝙ videbamꝰ filiũ nr̃m. Dixitqꝫ ei

tobias. Noli flere. Saluus perueniet filius noſter: et ſaluus reuertet ad nos: et oculi tui videbūt illū. Credo eni quod angelꝰ dei bonꝰ comitetur ei: et bene diſponet omnia que circa eum geruntur: ita ut cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hāc vocem ceſſauit mater eius flere et tacuit. vi.

Profectus ē aūt tobias: et canis ſecutus ē eum: et manſit prima māſione iuxta fluuiū tigris. Et exiuit ut lauaret pedes ſuos: et ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expaueſcens tobias: clamauit voce magna dicēs. Dn̄e: inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehende brāciā eius: et trahe eū ad te. Quod cū feciſſet attraxit eū in ſiccum: et palpitare cepit ante pedes eius. Tūc dixit ei angelus. Exentera hūc piſcem: et cor eius: et fel. et iecur repone tibi. Sunt enim hec neceſſaria ad medicamēta vtiliter. Qd̄ cū feciſſet aſſauit carnes eius. et ſecū ſuſtulerūt in via cetera ſalierūt q̄ ſufficerēt eis: quouſq3 peruenirēt in rages ciuitatē medoꝝ. Tūc interrogauit tobias angelū: et dixit ei. Obſecro te azaria frater: ut dicas michi quod remediū habebūt iſta que de piſce ſeruare iuſſiſti. Et reſpōdenſq3 angelus dixit ei. Cordis eius particulam ſi ſup carbones ponas. fumꝰ eius extricat omne genus demoniorum ſiue a viro ſiue a muliere: ita ut vltra non accedat ad eos. Et dixit ei tobias. Vbi vis ut maneamꝰ? Reſpondenſq3 angelus ait. Eſt hic raguel nomine vir propinquus de tribu tua: et hic habet filiā nomine ſarā ſed neq3 maſculū neq3 feminam vllam habet aliam preter eā. Tibi debetur oīs ſubſtantia eius: et oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam a patre eiꝰ. et dabit tibi eā vxorē. Tūc reſpondit tobias. et dixit. Audio quia tradita ē ſeptē viris. et mortui ſūt: ſed et hoc audiui. q̄a demoniū occidit illos. Timeo ergo ne forte et michi hec eueniant: et cū ſim vnicus parentibꝰ meis: deponam ſenectutem illorū cum triſticia ad inferū. Tūc angelus raphahel dixit ei. Audi me: et oſtendam tibi. qui ſunt quibꝰ p̄ualere poteſt demoniū. Hij nāq3 qui cōiugiū ita ſuſcipiunt. ut deū a ſe et a ſua mente excludant. et ſue libidini ita vacent ſicut equus et mulus quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem demonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eam. ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab ea: et nichil aliud niſi orationibus vacabis cum ea. Ipſa autē nocte. incenſo iecore piſcis fugabitur demonium. Secunda vero nocte. in copulatione ſanctorū patriarcharū admitteris. Tercia vero nocte benedictionē cōſequeris: ut filij ex vobis procreētur incolumes. Tranſacta autem tercia nocte accipies virginem cum timore domini. amore filiorum magis q̄ libidinis ductus: ut in ſemine abrahe benedictionem in filijs oſequaris. vij.

Ingreſſi ſunt aūt ad raguelem: et ſuſcepit eos raguel cum gaudio. Intuenſq3 tobiam raguel: dixit anne vxori ſue. Quā ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo. Et cū hec dixiſſet. ait. Vnde eſtis iuuenes fratres nr̄i? At illi dixerūt. Ex tribu neptalim ſumꝰ: ex captiuitate niniue. Dixitq3 illis raguel. Noſtis tobiam frēm meū? Qui dixerūt. Nouimꝰ. Cūq3 multa bona loq̄ret de eo: dixit angelus ad raguelem. Tobias de quo interrogas. pater iſtiꝰ eſt. Et miſit ſe raguel. et cum lacrimis oſculatus eſt eū:

et plorans ſupra collū eius dixit. Bene-
dictio ſit tibi fili mi: quia boni ⁊ optimi
viri filius es. Sed ⁊ anna vxor eius ⁊ ſara
ipſorum filia lacrimate ſūt. Poſtq̄ aūt lo-
cuti ſūt: p̄cepit raguel occidi arietem · et
preparari conuiuiū. Cūq; hortaret eos di-
ſcūbere ad prandiū: tobias dixit. Hic
ego hodie nō māducabo neq; bibam:
niſi prius petitionē meā cōfirmes et pro-
mittas michi dare ſarā filiam tuā. Quo
audito verbo raguel expauit · ſciens qd
euenerit illis ſeptē viris · q̄ ingreſſi ſūt
ad eam: et timere cepit · ne forte ⁊ huic
ſimiliter cōtingeret. Et cū nutaret et nō
daret vllū petenti reſponſū: dixit ei an-
gelus. Noli timere dare eā iſti: q̄m huic
timenti deum debet cōiunx filia tua. Pro-
pterea alius nō potuit habere illā. Tūc
dixit raguel. Nō dubito q̄ deus preces ⁊
lacrimas meas ī conſpectu ſuo admiſerit
Et credo q̄m ideo fecit vos venire ad me
ut et iſta cōiungeret cognationi ſue · ſe-
cūdum legem moyſi. Et nūc noli dubi-
um gerere: q̄ tibi eā tradam. Et apprehē-
dens dextrā filie ſue: dextre tobie tradidit
dicens. Deus abrahā et deus yſaac et deus
iacob vobiſcū ſit · et ipſe cōiungat vos:
impleatq; benedictionē ſuā in vobis.
Et accepta carta · fecerūt cōſcriptionem
cōiugij. Et poſt hec epulati ſūt: benedi-
centes deū. Vocauitq; raguel ad ſe annā
vxorē ſuā: et precepit ei ut prepararet
alterū cubiculū. Et introduxit illuc ſarā
filiā ſuam: et lacrimata eſt. Dixitq; ei.
Forti animo eſto filia mea. Dñs celi det
tibi gaudiū p̄ tedio qd̄ ꝑpeſſa es. viij.
Poſtq̄ vero cenauerūt: introduxe-
runt iuuenē ad eam. Recordatus
itaq; tobias ſermonū angeli ꝓtulit de
caſſidili ſuo partem iecoris: poſuitq; eā
ſuper carbones viuos. Tunc raphael
angelus apprehendit demonium: et reli-
gauit eum in deſerto ſuperioris egipti.
Tūc hortatus eſt virginē tobias: dixitq;
ei. Sara exſurge ⁊ deprecemur deū hodie
et cras ⁊ ſecūdum cras: quia hijs tribus no-
ctibus deo iungimur: tercia aūt tranſacta
nocte · in noſtro erimus cōiungio. Filij
quippe ſanctorum ſumus: et nō poſſumus
ita cōiungi ſicut ⁊ gentes que ignorant
deum. Surgentes aūt pariter inſtanter
orabant ambo ſimul: ut ſanitas daret
eis. Dixitq; tobias. Dñe deus patrū no-
ſtrorū benedicant te celi terre mareq; et
fontes et flumina: et omēs creature tue
que in eis ſūt. Tu feciſti adam de limo
terre: dediſtiq; ei adiutoriū euā. Et nūc
dñe tu ſcis q̄a nō luxurie cauſa accipio
ſororem meā cōiungem: ſed ſola poſteri-
tatis dilectione ī qua benedicatur nomen
tuum in ſecula ſeculorum. Dixit itaq; ſara
Miſerere nobis dñe · miſerere nobis: et
conſeneſcamus ambo pariter ſani. Et fa-
ctū ē circa pullorum cantū · accerſiri iuſſit
raguel ſeruos ſuos: et abierūt cū eo pa-
riter ut foderent ſepulcrū. Dicebat eñ:
ſimili modo euenerit ei qd̄ ⁊ ceteris alijs
ſeptem viris q̄ ſūt ingreſſi ad eam. Cū-
q; paraſſet foſſam reuerſus raguel ad vx-
orem ſuā · dixit ei. Mitte vnā ex ancil-
lis tuis · ⁊ videat ſi mortuus eſt: ut ſepeli-
am eum anteq̄ illuceſcat. At illa miſit
vnā ex ācillis ſuis. Que ingreſſa cubicu-
lū reperit eos ſaluos et incolumes: ſecū
pariter dormiētes. Et reuerſa nūciauit
bonū nūcium. Et benedixerūt dñm · ra-
guel videlicet ⁊ anna vxor eius: et dixe-
runt. Benedicimus te dñe deus iſrl̄ q̄
non cōtigit nobis quemadmodū puta-
bamus. Feciſti eñ nobiſcū miſericordiā
tuā: et excluſiſti a nobis inimicū perſe-
quentē nos. Miſertus es autē duobus

vnicis. Fac eos domine eo plenius bene-
dicere te: ⁊ ſacrificiũ laudis tue ⁊ ſue ſa-
nitatis offerre: ut cognoſcat vniũſitas
gentiũ · quia tu es de⁹ ſolus in vniuerſa
terra. Statimq; precepit ſeruis ſuis ra-
guel ut replerẽt terra foſſam quam fece-
rant: priuſq̃ illuceſceret. Vxori autem
ſue dixit ut inſtrueret conuiuium: et p̄-
pararet omnia que in cibos erant iter a-
gentibus neceſſaria. Duas q̃ pingues
vaccas · et quatuor arietes occidi fecit:
et parari epulas omnibus vicinis ſuis
cũctiſq; amicis. Et adiurauit raguel to-
biam: ut duas ebdomodas moraretur
apud eum. De omnib⁹ autem que poſ-
ſidebat raguel dimidiam partem dedit
tobie: et fecit hanc ſcripturam: ut pars
dimidia que ſupererat. Poſt obitum eoꝝ
tobie dominio deueniret. ix

Tunc vocauit tobias angelum ad
ſe: quem quidem hominem exiſti-
mabat: dixitq; ei. Azaria frater: peto ut
auſcultes verba mea. Si meipſum tra-
dam tibi ſeruũ: nõ ero condignus pro-
uidencie tue. Tamen obſecro te ut aſſu-
mas tibi animalia ſiue ſuicia: et vadas
ad gabelum in rages ciuitatem medoꝝ
reddaſq; ei cirographum ſuum: et reci-
pias ab eo pecuniam · et roges cũ venire
ad nuptias meas. Scis enĩ ipſe quoniã
numerat pater me⁹ dies: et ſi tardauero
vna die plus contriſtatur anima eius.
Et certe vides quomõ adiurauit me ra-
guel: cuius adiuramentum ſpernere nõ
poſſum. Tũc raphael aſſumens q̃tuor
ex ſeruis raguelis et duos camelos · in
rages ciuitatem medorum perrexit: et in-
ueniens gabelum dedit ei cirographum
ſuum: et recepit omnem pecuniam. In-
dicauitq; ei de tobia filio tobie omĩa q̃
geſta ſunt: fecitq; eum ſecum venire ad
nuptias. Cumq; ingreſſus eſſet domum
raguelis · inuenit tobiam diſcumbentẽ:
et exiliens oſculati ſũt ſe inuicem Et fle-
uit gabelus: benedixitq; deum et dixit.
Benedicat te deus iſrahel: quia filius es
optimi viri et iuſti · et timentis deum ·
et elimoſinas facientis. Et dicatur bene-
dictio ſuper vxorem tuam · et ſuper parẽ-
tes veſtros: vt videatis filios veſtros et
filios filiorum veſtrorũ uſq; in terciam
et quartam generacionem: et ſit ſemen
veſtrum benedictum a deo iſrahel · qui re-
gnat in ſecula ſeculorum. Cumq; omẽs
dixiſſent amẽ: acceſſerunt ad conuiuiũ
Sed et cũ timore domini nupciarum cõ-
uiuium exercebant. x

Cum vero moras faceret tobias cau-
ſa nupciarum: ſollicitus erat pa-
ter eius tobias dicẽs. Putas quare mo-
ratur filius me⁹: aut quare detẽtus eſt
ibi? Putas ne gabelus mortuus eſt · et
nemo reddit illi pecuniam? Cepit autẽ
contriſtari nimis ipſe et anna vxor ei⁹
cum eo: ⁊ ceperunt ambo ſimul flere: eo
q̃ die ſtatuto minime reuerteret̃ fili⁹
eoꝝ ad eos. Flebat igit̃ mater ei⁹ irreme-
diabilibus lacrimis: atq; dicebat. Heu
heu me fili mi ut qd te miſim⁹ peregrina-
ri · lumen oculorum noſtrorũ · baculum
ſenectutis noſtre: ſolaciũ vite noſtre
ſpem poſteritatis noſtre? Omĩa ſil' in te
vno habẽtes: te tẽſte nõ debuim⁹ dimit-
tere ire a nobis. Cui dicebat tobias.
Tace ⁊ noli turbari: ſanus eſt filius no-
ſter: ſatis fidelis eſt vir ille cum quo mi-
ſimus eum. Illa aũt nullo modo cõſo-
lari poterat ſed cottidie exiliẽs circũſpici-
ebat · et circuibat vias omnes per quas
ſpes remeandi videbatur: ut procul vi-
deret eũ ſi fieri poſſet venientẽ. Ac vero
raguel dicebat ad generũ ſuũ. Mane hic.

et ego mittam nunciū ſalutis de te ad
tobiam patrem tuū. Cui tobias ait. E-
go noui qa pater meus et mat᷑ mea mo-
do dies cōputant: ⁊ cruciat᷑ ſpirit⁹ eorū
in ipſis. Cūq; verbis multis rogaret ra-
guel tobiam. ⁊ ille eū nulla ratione vel-
let audire: tradidit ei ſaram et dimidiā
partē oīs ſubſtātie ſue. in pueris. i pu-
ellis. in pecudib⁹. in camelis. et in vac-
cas et pecunia multa: et ſaluū atq; gau-
dentē dimiſit eū a ſe dicens. Angel⁹ dn̄i
ſanct⁹ ſit i itinere vr̄o: perducatq; vos
incolumes. et inueniatis oīa recte circa
parentes veſtros: ⁊ videant oculi mei fi-
lios veſtros priuſq̄ moriar. Et apprehē-
dentes parentes filiam ſuā. oſculati ſūt
eam. et dimiſerunt ire: monentes eam
honorare ſocros. diligere maritū. rege-
re familiā. gubernare domū: ⁊ ſeipām ir-
reprehenſibilē exhibere. ca. xi.

Cumq; reuerterent᷑: peruenerūt ad
charram que eſt in medio itinere
contra niniuen vndecimo die. Dixitq;
angelus. Tobia frater: ſcis quēadmo-
dum reliquiſti patrē tuū. Si placet ita-
q; tibi precedamus: et lento gradu in ſe
quant᷑ iter noſtrum familie ſimul cū cō-
iuge tua. et cum animalib⁹. Cumq; hoc
placuiſſet ut irent: dixit raphael ad to-
biam. Tolle tecum ex felle piſcis. erit
enim neceſſariū. Tulit itaq; tobias ex
felle illo: ⁊ abierunt. Anna aūt ſedebat
ſecus viam cottidie in ſupcilio montis:
vnde reſpicere poterat de longinquo. Et
dum ex eodem loco ſpecularet᷑ aduentū
eius: vidit a longe ⁊ ilico cognouit ve-
nientē filiū ſuum. currenſq; nūciauit vi-
ro ſuo dicens. Ecce venit fili⁹ tuus. Di-
xitq; raphael ad tobiā. At vbi introie-
ris domū tuam. ſtatim adora dn̄m deum
tuum: ⁊ grās agens ei. accede ad patrē
tuum: et oſculare eum. Statimq; lini
ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis. qd̄
portas tecum. Scias eīm quoniam aperi-
entur mox oculi eius: ⁊ videbit pat᷑ tu⁹
lumen celi: et in aſpectu tuo gaudebit.
Tunc precucurrit canis qui ſimul fuerat
in via: et q̄ſi nunci⁹ adueniens blandi-
mento ſue caude gaudebat. Et exſurgēs
cecus pater. cepit offenſis pedibus cur-
rere: et data manu puero. occurrit i ob-
uiam filio ſuo. Et ſuſcipiens oſculatus
eſt eum cū vxore ſua: ⁊ ceperūt flere pre
gaudio. Cumq; adoraſſent deū et. grati-
as egiſſent: cōſederunt. Tunc ſumens
tobias de felle piſcis. liniuit oculos pr̄i
ſuo. Et ſuſtinuit quaſi dimidiā fere ho-
ram: et cepit albugo ex oculis eius q̄ſi
membranū oui egredi. Quod apprehen-
dens tobias traxit ab oculis ei⁹: ſtatim
q; viſum recepit. Et glorificabant deū
ipſe videlicet et vxor eius: et oēs qui ſcie-
bant eum. Dicebatq; tobias. Benedico
te domine de⁹ iſrl᷑ quia tu caſtigaſti me
et tu ſaluaſti me. Et ecce ego video to-
biam filiū meum. Ingreſſa eſt etiā poſt
ſeptem dies ſara vxor filij eius. ⁊ omīs
familia ⁊ pecora ſana: et cameli. ⁊ pecu-
nia multa vxoris: ſʒ et illa pecunia quā
receperat a gabelo. Et narrauit parenti-
bus ſuis omīa beneficia dei: que feciſſet
circa eum per hominem q̄ eum duxerat.
Veneruntq; achior et nabath conſobri-
ni tobie. gaudentes ad tobiā: et cōgra-
tulantes ei de omnib⁹ bonis que circa il-
lum oſtenderat de⁹. Et per ſeptem dies
epulantes omnes cū gaudio magno ga-
uiſi ſunt. xii.

Tunc vocauit ad ſe tobias filiū ſu-
um: dixitq; ei. Quid poſſum⁹ da-
re viro iſti ſancto qui venit tecū? Reſpō-
dens tobias. dixit patri ſuo. Pater quā

mercedem dabimus ei: aut quid dignū
poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit ⁊
reduxit ſanum: pecuniam a gabelo ipſe
recepit: vxorem ipē me habere fecit ⁊ de-
monium ab ea ipē compeſcuit: gaudiū
parentibus eius fecit: me ipm̄ a deuora-
tione piſcis eripuit: te quoq; videre fecit
lumen celi: et bonis omnibus per eum
repleti ſumus. Quid illi ad hec poteri-
mus dignū dare? Sed peto te pater mi
ut roges eum ſi forte dignabitur medi-
etatem de omnibus que allata ſunt ſibi
aſſumere. Et vocantes eū pater ſcilicet
et filius: tulerunt eum in partem: et ro-
gare ceperunt ut dignaretur dimidiam
partem omnium que attulerant acceptā
habere. Tunc dixit eis occulte. Benedi-
cite deum celi: et coram omnibus viuenti-
bus cōfitemini ei: quia fecit vobiſcum
miſericordiam ſuam. Etenim ſacramen-
tum regis abſcondere bonū eſt: opera aūt
dei reuelare et confiteri honorificum eſt.
Bona eſt oratio cum ieiunio et elemoſi-
na: magis q̄ theſauros auri recondere:
quoniam elimoſina a morte liberat: et
ipſa eſt que purgat peccata: ⁊ facit inue-
nire vitam eternam. Qui autem faciunt
peccatum et iniquitatem: hoſtes ſunt a-
nime ſue. Manifeſto ergo vobis verita-
tem: et non abſcondam a vobis occultū
ſermonem. Quando orabas cum lacri-
mis et ſepeliebas mortuos: et derelin-
quebas prandium tuum ⁊ mortuos ab-
ſcondebas per diem in domo tua et no-
cte ſepeliebas eos: ego obtuli orationē
tuam domino. Et quia accept⁹ eras deo
neceſſe fuit ut temptatio probaret te.
Et nunc miſit me dominus ut curarem
te et ſaram vxorem filij tui a demonio li-
berarem. Ego enim ſum raphahel ange-
lus: vnus ex ſeptem qui aſtamus ante
dominū. Cumq; hec audiſſent turbati ſūt
et trementes ceciderunt ſuper terram in fa-
ciem ſuam. Dixitq; eis angel⁹. Pax vo-
bis. Nolite timere. Etenim cum eſſem
vobiſcum per voluntatē dei: ipſū bene-
dicite ⁊ cantate illi. Videbar quidem vo-
biſcum mādūcare et bibere: ſed ego ci-
bo inuiſibili ⁊ potu q̄ ab hominibus vi-
deri non poteſt vtor. Tempus eſt ergo
ut reuertar ad eum qui me miſit: vos
autē benedicite deum: et narrate omnia
mirabilia eius. Et cum hec dixiſſet: ab
aſpectu eorū ablatus eſt: et vltra eū vi-
dere non potuerūt. Tunc ꝓſtrati ꝑ ho-
ras tres in faciem: benedixerūt deum. Et
exſurgentes narrauerunt omnia mira-
bilia eius.

XIII.

Aperiens autem tobias ſenior os ſu-
um: benedixit dominum et dixit.
Magn⁹ es dn̄e in eternū: ⁊ in omnia ſecu-
la regnū tuū: quoniā tu flagellas et ſal-
uas: deducis ad inferos ⁊ reducis: ⁊ nō
eſt q̄ effugiat manū tuam. Cōfitemini
dn̄o filij iſrl̄: et in cōſpectu gentiū lauda-
te eū: qm̄ ideo diſperſit vos inter gētes
q̄ ignorant eū: ut vos enarretis mira-
bilia eius: ⁊ faciatis ſcire eos quia non
eſt alius de⁹ omnipotens preter eum. Ip-
ſe caſtigauit nos propter iniquitates no-
ſtras: et ipſe ſaluabit nos propter miſe-
ricordiam ſuam. Aſpice ergo que fecit
nobiſcū: ⁊ cū timore ⁊ tremore: cōfite-
mini illi: regēq; ſeculorū exaltate in operi-
bus vr̄is. Ego aūt in terra captiuitatis
mee cōfitebor illi: qm̄ oſtēdit maieſtatē
ſuā in gentē peccatricē. Cōuertimini itaq;
peccatores: ⁊ facite iuſticiam coram dn̄o:
credentes q̄ faciat vobiſcū miſericordiā ſuā.
Ego autē ⁊ anima mea in eo letabimur
Benedicite domino omnes electi eius et
agite dies leticie: et confitemini illi.

Iherusalē ciuitas dei: castigauit te dñs
in operib9 manuū tuaꝝ. Confitere dño
in bonis tuis et benedic deū seculoꝝ: ut
reedificet in te tabernaculū suū. et reuo-
cet ad te omēs captiuos: et gaudeas in
omīa secula seculoꝝ. Luce splēdida ful-
gebis: ⁊ omēs fines terre adorabūt te.
Nationes ex longinquo ad te veniēt:
et munera deferentes adorabūt in te do-
minū: ⁊ terrā tuā i sanctificacōnē habe-
būt. Nomen eñ magnū inuocabūt in
te. Maledicti erūt qui cōtempserint te:
⁊ condemnati erūt omēs qui blasphema-
uerīt te benedictiq3 erūt qui edificaue-
rint te. Tu aūt letaberis in filijs tuis:
quoniā omēs benedicent. et congrega-
būtur ad dñm. Beati omēs q diligunt
te: ⁊ qui gaudēt sup pace tua. Anima
mea benedic dñm: quoniā liberauit ihe-
rusalē ciuitatē suā. Beat9 ero: si fuerint
reliquie seminis mei ad vidēdā clarita-
tē iherusalē. Porte iherusalē ex saphiro
et smaragdo edificabūtur: et ex lapide
precioso omnis circuit9 muroꝝ ei9. Ex
lapide cādido ⁊ mūdo omēs platee eius
sternentur: ⁊ per vicos ei9 alleluia cā-
tabitur. Benedictus dñs qui exaltauit
eam: ut sit regnū eius in secula seculoꝝ
super eam amen. XIIII

Et consumati sūt sermones tobie
Et postq̄ illuminatus est tobias
vixit ānis quadraginta duob9: ⁊ vidit
filios nepotum suoꝝ. Completis itaq3
annis centūduob9. sepultus est honori-
fice in niniue. Quinquaginta namq3 ⁊
sex annoꝝ lumē oculoꝝ amisit: sexage-
narius vero recepit. Reliquū vero vite
sue in gaudio fuit: et cū bono profectu
timoris dei perrexit i pace. In hora aūt
mortis sue vocauit ad se tobiam filium
suum. et septem iuuenes filios suos
nepotes: dixitq3 eis. Prope erit interit9
niniue. Nō eñ excidit verbū dñi: et fra-
tres nostri qui dispersi sunt a terra isra-
hel. reuertent ad eā. Omnis autem ter-
ra eius deserta replebitur: et domus dei
que in ea incensa est iterum reedificabi-
tur: ibiq3 reuertentur omnes timentes
deum. Et relinquent gentes ydola sua:
et venient i ihrlm. et inhabitabūt in ea ⁊
gaudebūt i ea oēs reges terre. adorātes
regē isrl. Audite ergo filij mei. prem
vrm. Seruite dño i veritate: et inqui-
rite ut faciatis q placita sūt illi. Et filijs
vris mādate. ut faciāt iusticias ⁊ elemo-
sinas: ut sint memores dei: ⁊ benedicāt
eum in omni tēpore in veritate ⁊ in tota
virtute sua. Nunc ergo filij audite me
et nolite manere hic. Sed quacumq3
die sepelieritis matrē vestram. circa me
in vno sepulcro: ex eo dirigite gressus
vestros ut exeatis hinc. Video enim: q̄a
iniq̄tas ei9 finē dabit ei. Factū est aūt
post obitū matris sue. tobias abscessit
ex niniue cū vxore sua ⁊ filijs. ⁊ filioꝝ
filijs: et reuersus ē ad soceros suos. In-
uenitq3 eos incolumes i senectute bona
et curā eoꝝ gessit. Et ipse clausit oculos
eoꝝ: et omnē hereditatē dom9 raguelis
ipe pcepit: viditq3 q̄ntā generationē fi-
lios filioꝝ suoꝝ. Et cōpletis ānis nona-
ginta et nouē in timore dñi: cū gaudio
sepelierūt eum. Omīs aūt cognatio ei9
et omīs generatio eius in bona vita et
in sancta conuersatione pmāsit: ita ut ac-
ceptus esset tam deo q̄ homib9: ⁊ cūctis
habitantib9 terram.

Incipit plogus in libro. Judith.

Apud hebreos liber iudith in-
ter agyographa legitur: cu-
ius auctoritas ad roboran-
da illa q̄ i contentionē veniūt

minus ydonea iudicatur. Chaldeo tamē
ſermone cōſcriptus · inter hyſtorias cō-
putatur. Sed quia hunc librū ſinod⁹
nicea · in numero ſanctarū ſcripturarū
legit̃ cōputaſſe · acquieui poſtulationi
veſtre · immo exactioni: ⁊ ſepoſitis occu-
pationibus quibus vehementer artabar
huic vnam lucubracunculam dedi: ma-
gis ſenſum e ſenſu quā ex verbo verbū
transferens. Multorū codicum varieta-
tē viciosiſſimā amputaui: ſola ea que i-
telligentia integra in verbis chaldeis in-
uenire potui · latinis expreſſi. Accipite
iudith viduam caſtitatis exemplum: ⁊
triumphali laude perpetuis eā preconijs
declarate. Hanc enim non ſolū feminis
ſed et viris imitabilem dedit: qui caſti-
tatis eius remunerator virtutem talem
tribuit · ut inuictum omnibus homini-
bus vinceret: inſuperabilem ſuperaret.

Incipit liber Judith.

Arphaxat itaq; rex me-
dorum ſubiugauerat
multas gentes imperio
ſuo: et ipſe edificauit
ciuitatem potētiſſimā
quā appellauit gebata-
nis. Ex lapidibus quadratis et ſectis
fecit muros eius: in altitudine cubitorū
ſeptuaginta · et in latitudine cubitorū
triginta: turres vero eius poſuit in alti-
tudine cubitorum centū. Per quadrum
vero eorū · latus vtrumq; vicenorum pe-
dū ſpatio tendebat̃: poſuitq; portas eius
in altitudinē turriū. Et gloriabat̃ quaſi
potens in potentia exercitus ſui: et i glo-
ria quadrigarū ſuaꝝ. Anno igit̃ duode-
cimo regni ſui · nabuchodonoſor rex aſ-
ſirioꝝ qui regnabat i niniue ciuitate ma-
gna pugnauit contra arphaxat: et obti-
nuit eum in campo magno qui appellat̃
ragau · circa eufraten et tigrin · et yada-
ſon in campo erioch regis elicorū. Tūc
exaltatum eſt regnū nabuchodonoſor:
et cor eius eleuatū eſt. Et miſit ad om-
nes q̄ habitabant in cilicia · ⁊ damaſco
et libano · et ad gentes que ſunt in car-
melo et cedar · et inhabitantes galileā ·
in campo magno eſdrelon: et ad oēs
qui erant in ſamaria · et trans flumē ior-
danen · uſq; ieruſalem · et omnem ter-
ram yeſſe · quouſq; perueniatur ad mon-
tes ethiopie. Ad hos omnes miſit nun-
cios nabuchodonoſor: rex aſſiriorū: qui
omnes vno animo ↄtra dixerunt · et re-
miſerūt eos vacuos: ac ſine honore ab-
iecerunt. Tunc indignatus nabuchodo-
noſor rex ad omnem terram illam · iura-
uit per regnum et tronum ſuū: q͛ defen-
deret ſe de omnibus hijs. II.

Anno tercio decimo nabuchodono-
ſor regis · viceſima ⁊ ſecunda die
menſis primi · factū ē verbū in domo na-
buchodonoſor regis aſſiriorū: ut defen-
deret ſe. Vocauitq; oēs maiores oēſq;
duces bellatores ſuos: et habuit cū eis
miſteriū ↄſilij ſui. Dixitq; cogitatōnē ſuā
in eo eſſe: ut omnē terram ſuo iugaret
imperio. Quod dictū cū placuiſſet omib⁹:
vocauit nabuchodonoſor rex holofernē
principē milicie ſue: et dixit ei. Egredere
aduerſū omne regnū occidētis: et contra
eos p̄cipue q̄ ↄtempſerūt impꝛiū meū.
Nō parcet oculus tu⁹ vlli regno: omnē
q; vrbē munitā ſubiugabis michi. Tūc
holofernes vocauit duces ⁊ magiſtrat⁹
virtutis aſſirioꝝ: ⁊ dinumerauit viros
in expeditione ſicut p̄cepit ei rex · cētum
uiginti milia peditum pugnatorum · et
equites ſagittarios duodecim milia. Om-
nemq; expeditionē ſuā preire fecit i mul-
titudine innumerabilium camelorum:

cum hijs que exercitibus ſufficeret copi-
oſe: boum q̃z armenta · gregeſq; ouium
quorũ nõ erat numerus. Frumentum ex
omni ſiria in trãſitu ſuo parari cõſtitu-
it. Aurũ vero et argentũ de domo regis
aſſumpſit multũ nimis. Et profectus ẽ
ipſe et omĩs exercit⁹ cum quadrigis ⁊ eq-
tibus et ſagittarijs: qui cooperuerũt fa-
ciem terre ſicut locuſte. Cumq; pertrãſiſſ
fines aſſirioꝝ venit ad magnos mõtes
angi qui ſũt a ſiniſtro cilicie: aſcẽditq;
omĩa caſtella eoꝝ: et obtinuit omnem
munitionẽ. Effregit aũt ciuitatẽ opina-
tiſſimã melothi: p̃dicauitq; oĩns filios
tharſis · et filios yſmahel qui erãt cõtra
faciem deſerti · et ad auſtrũ terre celeon.
Et trãſiuit eufraten · et venit in meſopo-
tamiam: et fregit omnes ciuitates excel-
ſas q̃ erãt ibi a torrente mambre uſque
quo perueniatur ad mare: et occupauit
terminos ei⁹ a cilicia uſq; ad fines iaphet
qui ſũt ad auſtrũ. Adduxitq; oĩns fili-
os madian · ⁊ p̃dauit omnẽ locupletatio-
nem eoꝝ: omeſq; reſiſtentes ſibi occidit
in ore gladij. Et poſt hec deſcendit in cã-
pos damaſci in diebus meſſis et ſuccen-
dit omĩa ſata: omeſq; arbores et vine-
as fecit incidi: et cecidit timor illius ſup
omẽs inhabitantes terram. III.

Tunc miſerunt legatos ſuos vni-
uerſarũ vrbiũ ac p̃uinciarũ reges
ac principes ſirie · ſcilicet et meſopota-
mie · et ſirie ſobal · et libie · atq; cilicie:
qui venientes ad holofernem dixerunt.
Deſinat indignatio tua circa nos. Me-
lius eſt enĩ ut viuentes ſeruiam⁹ nabu-
chodonoſor regi magno · et ſubditi ſi-
mus tibi: q̃z morientes cum interitu no-
ſtro ipi ſeruitutis noſtre dãna patiamur
Omĩs ciuitas noſtra omĩſq; poſſeſſio ·
oĩns colles et mõtes · et cãpi · et armẽta
boũ gregeſq; ouiũ · et capraꝝ equorũq;
cameloꝝ et vniuſe facultates nr̃e atq;
familie ĩ cõſpectu tuo ſũt. Sint omĩa
ſub lege tua. Nos etiã et filij nr̃i · ſerui
tui ſumus. Veni nobis pacificus dñs:
et vtere ſeruitio noſtro ſicut placuerit
tibi. Tunc deſcendit de montibꝫ cũ equi-
tibus ĩ virtute magna: et obtinuit om-
nem ciuitatẽ · ⁊ omnem inhabitantem
terrã. De vniuſis aũt vrbibꝫ aſſũpſit ſi-
bi auxiliarios viros fortes et electos
ad bellũ. Tantuſq; metus p̃uincijs il-
lis incubuit ut vniuſaꝝ vrbiũ habita-
tores principes et honorati ſimul cũ po-
pulis exirent in obuiã venienti · excipi-
entes eũ cũ coronis et lampadibꝫ: ducẽ-
tes choros in timpanis et tibijs. Nec
iſta tamẽ facientes · ferocitatẽ ei⁹ pectoris
mitigare potuerũt. Nã ⁊ ciuitates eoꝝ de-
ſtruxit: et lucos eoꝝ excidit. Preceperat
enim illi nabuchodonoſor rex · ut om-
nes deos terre exterminaret: videlicet ut
ipſe ſolus diceret̃ deus ab hijs nationi-
bus que potuiſſent holofernis potentia
ſubiugari. Pertrãſiens aũt ſiriã ſobal
et omnẽ appamiam · omnẽq; meſopo-
tamiam · venit ad ydumeos in terra ga-
baa: accepitq; ciuitates eorum · et ſe-
dit ibi per triginta dies: in quibꝫ diebꝫ
adunari precepit vniuſum exercitum
virtutis ſue. IIII.

Tunc audientes hec filij iſrahel qui
habitabãt terrã iudee: timuerunt
valde a facie eius. Tremor etiam ⁊ hor-
ror inuaſit ſenſus eorũ: ne hoc faceret
iheruſalem et templo dñi: qd̃ fecerat ce-
teris ciuitatibꝫ ⁊ templis earum. Et mi-
ſerũt in omnẽ ſamariã per circuitũ uſq;
iericho: et p̃occupauerũt omẽs vertices
montium. Et muris circũdederũt vicos
ſuos: et congregauerunt frumenta in

preparationem pugne. Sacerdos etiã eliachim ſcripſit ad vniuerſos qui erãt contra eſdrelon. que eſt contra faciem campi magni iuxta dotaim: et vniuſis p quos vie tranſitus eſſe poterat: ut obtinerẽt aſcenſus montiũ p quos via eſſe poterat ad iheruſalem ut illic cuſtodirẽt vbi anguſtũ iter eſſe poterat inter montes. Et fecerũt filij iſrahel: ſcḋm quod conſtituerat eis ſacerdos dñi eliachim. Et clamauit omis pplus ad dñm inſtãtia magna: et humiliauerũt animas ſuas in ieiunijs. ipi et mulieres eoꝝ. Et induerũt ſe ſacerdotes cilicijs: et infantes proſtrauerũt contra faciẽ templi dñi: et altare dñi operuerunt cilicio. Et clamauerũt ad dñm deũ iſrl̃ vnanimiť ne darenť ĩ predã infantes eoꝝ et vxores eoꝝ in diuiſionẽ et ciuitates eoꝝ ĩ exterminũ et ſancta eoꝝ ĩ pollutionẽ: et fierent ĩ obprobrium gentibꝫ. Tũc eliachim ſacerdos dñi magnus circuiuit omnẽ iſrahel allocutuſqꝫ eſt eos dicens. Scitote qm̃ exaudiuit dominꝰ pces veſtras: ſi manẽtes permanſeritis in ieiunijs et orationibus in conſpectu domini. Memores eſtote moyſi ſerui domini: qui amalech confidentem in virtute ſua et in potentia ſua et in exercitu ſuo. et in clipeis ſuis et in curribus ſuis et in equitibus ſuis nõ ferro pugnando: ſed precibus ſanctis orando deiecit. Sic erunt vniuerſi hoſtes iſrahel: ſi perſeuerauentis ĩ hoc opere qđ cepiſtis. Ad hanc igitur exhortationẽ eius deprecantes dominum. pmanebãt in cõſpectu domini: ita ut etiam hij qui offerebãt domino olocauſta. precincti cilicijs offerrent ſacrificia dño: et erat cinis ſup capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant deum: ut viſitaret populum ſuum iſrahel. b

Nunciatumqꝫ eſt holoferni principi militie aſſiriorũ qꝫ filij iſrahel prepararent ſe ad reſiſtendum. ac montium itinera concluſiſſent. et furore nimio exarſit ĩ iracũdia magna. Vocauitqꝫ omnes principes moab et duces ammon et dixit eis. Dicite michi quis ſit populꝰ iſte qui montana obſidet: aut q̃ et quales et quante ſint ciuitates eorum: que etiam ſit virtus eorũ aut que ſit multitudo eorũ uel qs rex milicie illoꝝ. Quare pre omnibus qui habitant in oriente iſti contempſerunt me. et nõ exierũt in obuiam nobis: ut ſuſciperent nos cũ pace. Tunc achior dux omnium filioꝝ amon reſpondens ait. Si digneris audire domine. dicam veritatem in cõſpectu tuo de populo iſto qui in montanis habitat: et non egredietur verbum falſum ex ore meo. Populus iſte ex progenie caldeorum eſt. Hic primum ĩmeſopotania habitauit: quoniam noluerũt ſequi deos patrum ſuorum qui erant in terra caldeorum. Deſerentes itaqꝫ cerimonias patrum ſuorũ que in multitudine deorum erant vnum deum celi coluerũt qui et precepit eis ut exirent inde: et habitarent in carram. Cũqꝫ operuiſſet omnem terrã fames. deſcenderunt in egiptũ: illicqꝫ per quadringentos annos ſic mltiplicati ſunt: ut dinumerari eorum nõ poſſet exercitus. Cumqꝫ grauaret eos rex egipti atqꝫ in edificationibus vrbiũ ſuarũ in luto et latere ſubiugaſſet eos: clamauerunt ad dominum ſuum et percuſſit totam terrã egipti. plagis varijs Cũqꝫ eieciſſent eos egiptij a ſe. et ceſſaſſet plaga ab eis et iterum eos vellet capere et ad ſuum ſeruitium reuocare. fugientibꝫ hijs deus celi mare aperuit: ita ut hinc inde aque quaſi murus ſolidarenť

et iſti pede ſicco fundū maris perambu-
lādo trāſirent. In quo loco dum innu-
merabilis exercitus egiptiorū eos perſeq̄-
retur · ita aquis coopertus eſt: ut nō re-
maneret uel vnꝰ · qui factū poſteris nū-
ciaret. Egreſſis etiā mare rubrū deſerta
ſyna mōtis occurrerunt: in quibꝫ nūq̄
homo habitare potuit: uel filius hoīs
requieuit. Illic fontes amari obdulca-
ti ſunt eis ad bibendū: et ꝑ annos qua-
draginta annonam de celo cōſecuti ſūt.
Vbicunq; ingreſſi ſūt: ſine arcu ⁊ ſagit-
ta · et abſq; ſcuto ⁊ gladio · deus eorū
pugnauit ꝓ eis et vicit. Et nō fuit qui
inſultaret ꝑplo iſti: niſi quādo receſſit a
cultu dn̄i dei ſui. Quocienſcūq; aūt pret̄
ipm deum ſuum alterum coluerūt: dati
ſūt in predam et in gladiū et in obpro-
briū. Quociēſcūq; aūt penituerūt ſe re-
ceſſiſſe a cultura dei ſui: dedit eis deus ce-
li virtutē reſiſtendi. Denique cananeum
regem iebuſeum · ⁊ phereſeum ⁊ eueū ⁊
etheum et amorreum et omēs potentes ī
eſebon ꝓſtrauerūt: et terras eoꝝ et ciui-
tates eoꝝ ipi poſſederūt: et vſq; dū non
peccarent ī conſpectu dei ſui erāt cū illis
bona. Deus eīn illorū odit iniquitatē.
Nam et ante hos annos cū receſſiſſent a
via quā dederat illis deus ut ambularēt
in ea · exterminati ſunt prelijs a multis
nationibꝫ: et plurimi eoꝝ captiui abdu-
cti ſūt in terrā nō ſuā. Nuper aūt reuer-
ſi ad dn̄m deum ſuū ex diſperſione qua
diſperſi fuerāt adunati ſūt: ⁊ aſcenderūt
montana hec omīa: et iterū poſſident ihe-
ruſalē · vbi ſūt ſancta ſanctoꝝ. Nūc er-
go mi dn̄e ꝑquire ſi ē aliqua iniquitas
eorū: in cōſpectu dei eoꝝ: aſcendamꝰ ad
illos qm̄ tradens tradet illos deus: eoꝝ ti-
bi: et ſubiugati erūt ſub iugo potentie
tue. Si vero nō eſt offenſio ꝑpli huius
coram deo ſuo nō poterimꝰ reſiſtere illis
quoniā deus eoꝝ defendet illos: ⁊ erimꝰ
in obprobriū vniuerſe terre. Et factum
eſt cū ceſſaſſet loq̄ achior verba hec: ira-
ti ſūt omēs magnates holofernis · et co-
gitabāt interficere eum dicentes ad alte-
rutrum. Quis eſt iſte qui filios iſrahel
poſſe dicat reſiſtere regi nabuchodono-
ſor · et exercitibꝫ eius: homines inermes
et ſine virtute · ⁊ ſine peritia artis pugne
Vt ergo agnoſcat achior qm̄ fallit nos
aſcendemꝰ in mōtana: ⁊ cū capti fuerint
potentes eoꝝ tūc cū eiſdem gladio trāſ-
uerberabitur: ut ſciant omnes gentes
qm̄ nabuchodonoſor deus terre eſt · et
preter ipm alius non eſt. — vi —

Factum eſt aūt cū ceſſaſſent loqui:
indignatus holofernes vehement̄
dixit ad achior. Quomō ꝓphetaſti no-
bis dicēs q gens iſrl̄ defendat̄ a deo ſuo
ut oſtendam tibi quoniā nō eſt deus ni-
ſi nabuchodonoſor: cū ꝑcuſſerimꝰ eos
omēs ſicut hominē vnū · tūc et ipe cum
illis aſſiriorū gladio interibis: et omīs
iſrl̄ tecū ꝑditione diſperiet: ꝓbabis qm̄
nabuchodonoſor dn̄s ſit vniuerſe terre
Tuncq; gladius militie mee tranſiet ꝑ
latera tua: et cōfixus cades inter vulne-
ratos iſrahel: et nō reſpirabis vltra do-
nec extermineris cū illis. Porro aūt ſi
ꝓphetiam tuā veram exiſtimas nō conci-
dat vultus tuus: et pallor q faciem tuā
obtinet abſcedat a te: ſi verba mea hec
putas impleri nō poſſe. Vt autē noue-
ris quia ſimul cū illis hec experieris: ec-
ce ex hac hora illorū ꝑplo ſociaberis: ut
dū dignas mei gladij penas exceperint ·
ipe ſimul vltioni ſubiaceas. Tunc ho-
lofernes precepit ſeruis ſuis: ut compre-
henderent achior ⁊ ducerent eū in bethu-
liam: ⁊ traderent eū in manus filioꝝ iſrl̄

Et accipientes eum ſui holofernis · pro-
fecti ſunt per campeſtria : ſed cum appro-
pinquaſſent ad montana · exierunt con-
tra eos fundibularij. Illi autem diuer-
tentes a latere montis · ligauerunt achi-
or ad arborem manibus et pedibus : et
ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eū :
et reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Por-
ro filij iſrahel deſcendentes de bethulia ·
venerunt ad eum. Quem ſoluentes du-
xerunt ad bethuliam : atq; in medium
populi illum ſtatuentes percunctati ſunt
quid rerum eſſet ꝙ illum vinctum aſſi-
rij reliquiſſent. In diebus illis erant il-
lic principes · ozias filiꝰ micha de tribu
ſymeom : et charmi qui et gothoniel.
In medio itaq; ſeniorū et in conſpectu
omniū achior dixit om̄ia q̄ ip̄e locutus
fuerat ab holoferne interrogatus : et q̄-
liter pplˢ holofernis voluiſſet propter
hoc verbum interficere eum : ⁊ quemad-
modum ip̄e holofernes iratus iuſſerit
eum iſrahelitis hac de cauſa tradi : ut dū
vinceret filios iſrahel · tunc ⁊ ip̄m achi-
or diuerſis iubeat ſupplicijs interire : ꝓ-
pter hoc ꝙ dixiſſet · deꝰ celi defenſor eoꝝ
eſt. Cumq; achior vniuerſa hec expoſuiſ-
ſet · omis pplˢ cecidit in faciem adoran-
tes dn̄m : ⁊ cōmuni lamentatione ⁊ fle-
tu vnanimes p̄ces ſuas dn̄o effuderunt
dicentes. Domine deus celi et terre intu-
ere ſuperbiā eorum et reſpice ad noſtrā
humilitatē · et faciem ſanctorū tuorum
attende : et oſtende quoniam nō derelin-
quis preſumentes de te : et preſumentes
de ſe ⁊ de ſua virtute gloriantes humili-
as. Finito itaq; fletu : et per totum diem
oratione populorum completa : conſo-
lati ſunt achior dicentes. Deus patrum
noſtrorum cuius tu virtutē predicaſti
ip̄e tibi hāc dabit viciſſitudinē : ut eoꝝ
magis tu interitū videas. Cum vero do-
minus deus noſter dederit hāc libertatē
ſeruis ſuis : ſit ⁊ tecum deus in medio no-
ſtri · ut ſicut placuerit tibi ita cum tuis
omnibꝫ cōuerſeris nobiſcū. Tūc ozias
finito concilio ſuſcepit eum ī domū ſuā
et fecit cenā magnā. Et vocatis omnibꝫ
preſpiteris · ſimul expleto ieiunio refece-
runt. Poſtea vero conuocatus ē omnis
pplˢ : ⁊ ꝑ totā noctē intra eccleſiā orauē-
rūt : petentes auxiliū a deo iſrl̄. vij

Holofernes aūt altera die p̄cepit ex-
ercitibꝫ ſuis : ut aſcenderēt ɔtra be-
thuliam. Erāt aūt pedites bellatoꝝ cen-
tumuiginti milia ⁊ equites viginti duo
milia : p̄ter preparationes viroꝝ illorū
q̄s occupauerat captiuitas : ⁊ adducti fu-
erāt de ꝓuincijs ⁊ vrbibꝫ vniūſe iuuen-
tutis. Om̄s parauerīt ſe pariť ad pugnā
cōtra filios iſrl̄ : ⁊ venerūt ꝑ crepidinem
montis uſq; ad apicem qui reſpicit ſup
dothaim a loco qui dicitur belma · uſq;
ad chelmon qui eſt contra eſdrelon. Fi-
lij aūt iſrl̄ ut viderunt multitudinem il-
lorū proſtrauerūt ſe ſup terram mitten-
tes cinerem ſuper capita ſua : vnanimes
orantes ut deꝰ iſrl̄ miſericordiā ſuā oſtē-
deret ſup populū ſuū. Et aſſumentes ar-
ma ſua bellica · ſederūt per loca que angu-
ſti itineris tramitē dirigūt inter montu-
oſa : et erāt cuſtodiētes ea tota die et no-
cte. Porro holofernes dū circuit per gy-
rum · reperit ꝙ fons qui influebat aque-
ductū illorū a parte auſtrali extra ciuita-
tem dirigeret : ⁊ incidi p̄cepit aqueductū
illoꝝ. Erāt tamē nō longe fontes a mu-
ris ex quibus furtim videbantur hauri-
re aquam : ad refocillādum potius quā
ad potandum. Sed filij ammon et mo-
ab · acceſſerunt ad holofernem dicentes.
Filij iſrl̄ nō ī lācea nec ī ſagitta ɔfidūt

ſed montes defendūt illos: et muniūt
illos colles in precipitio conſtituti. Ut
ergo ſine cōgreſſione pugne poſſis ſu-
perare eos pone cuſtodes fontium ut nō
hauriant ex eis: et ſine gladio interfici-
es eos: uel certe fatigati tradent ciuitatē
ſuam quā putant in mōtibus poſitā ſu-
perari nō poſſe. Et placuerūt verba hec
coram holoferne et coram ſatellitibus
eius: et conſtituit per gyrum centenari-
os per ſingulos fontes. Cūq; iſta cuſto-
dia per dies viginti fuiſſet expleta. defe-
cerūt ciſterne et collectiones aquaꝝ om-
nibus inhabitantibꝫ bethuliam: ita ut
non eſſet intra ciuitatē vnde ſaciarentur
uel vna die: quoniā ad menſurā dabat̄
pplis aqua quotidie. Tunc ad oziam
congregati omēs viri femineq; iuuenes
et paruuli. omēs ſimul vna voce dixe-
runt. Iudicet deꝰ inter nos ⁊ te: quoniā
feciſti ĩ nos mala. nolens loqui pacifice
cum aſſiriis: et ꝓpter hoc vendidit nos
deus in manibus eorū. Et ideo nō eſt q̄
adiuuet: cū proſternamur ante oculos
eorū in ſiti et perditione magna. Et nūc
ꝯgregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt
ut ſponte tradamus nos omēs populi
holoferni. Melius eſt enim ut captiui
benedicamꝰ dominū viuentes: q̄ moria-
mur et ſimus obprobrium omni carni
cū videamꝰ vxores noſtras et infantes
noſtros mori ante oculos noſtros. Cō-
teſtamur hodie celū ⁊ terrā et deū patrū
noſtroꝝ qui vlciſcitur nos ſecūdum pec-
cata noſtra. ut iam tradatis ciuitatē in
manū milicie holofernis: ut ſit finis no-
ſter breuis in ore gladii: qui lōgior effi-
citur in ariditate ſitis. Et cum hec dixiſ-
ſent: factꝰ eſt fletus ⁊ vlulatus magnꝰ
in eccl̄ia magna oībꝫ: ⁊ p mltas horas
vna voce clamauerunt ad deū dicentes

Peccauimus cum patribꝫ noſtris: iniu-
ſte egimus: iniquitatē fecimꝰ. Tu quia
pius es miſerere noſtri et ĩ tuo flagello
vindica iniquitates noſtras: ⁊ noli tra-
dere confitentes te pp̄lo qui ignorat te:
vt non dicant inter gentes vbi eſt deꝰ
eorū. Et cum fatigati hiis clamoribus
et hiis fletibꝫ laſſati ſiluiſſent: exurgēs
ozias infuſus lacrimis dixit. Equo a-
nimo eſtote fratres: et hos quinq; dies
expectemus a domino miſericordiā. For-
ſitan enim indignationē ſuam abſcidet
et dat gloriā nomini ſuo. Si aūt trāſ-
actis quinq; diebus nō venerit adiuto-
riū: faciemꝰ hec verba q̄ locuti eſtis. viii

Et factum eſt cū audiſſet hec v̄ba
iudith vidua. que erat filia mera-
ri. filii idox filii ioſeph filii ozie filii elai
filii iamnor. filii gedeon filii rafoim fi-
lii achitob filii melchie filii enam filii
nathanie filii ſalathiel filii ſymeon filii
ruben: et vir eius fuit manaſſes: q̄ mor-
tuus eſt ĩ diebus meſſis ordeacee: inſta-
bat enī ſuper alligantes manipulos ĩ cā-
po et venit eſtus ſuper caput eiꝰ: et mor-
tuus eſt in bethulia ciuitate ſua et ſepul-
tus ē illic cū patribus ſuis. Erat aūt iu-
dith relicta eius vidua iam annis tribꝫ
et menſibus ſex. Et in ſuperioribus do-
mus ſue fecit ſibi ſecretū cubiculū ĩ quo
cū puellis ſuis clauſa morabat̄: ⁊ habēs
ſup lumbos ſuos ciliciū. ieiunabat omī
bus diebus vite ſue: preter ſabbata et
neomenias. et feſta domus iſrahel. Erat
aūt elegāti aſpectu nimis: cui vir ſuus
reliquerat diuitias multas et familiam
copioſam: ac poſſeſſiones armentis bo-
um ⁊ gregibus ouium plenas. Et erat
hec in omibus famoſiſſima. quoniam
timebat dominū valde: nec erat qui loq̄-
retur de illa verbū malū. Hec itaq; cum

audiſſet quoniam ozias pmiſiſſet q
tranſacto quinto die traderet ciuitatem:
miſit ad preſpiteros chabri et charmi
et venerunt ad illam: et dixit illis. Quod
eſt hoc verbum in quo conſenſit ozias.
ut tradat ciuitatē aſſyriis: ſi intra qnq;
dies nō venerit vobis adiutorium? Et
qui eſtis vos qui temptatis dominum?
Non eſt iſte ſmo qui miſericordiā pũo-
cet: ſed potius qui iram excitet. et furo-
rem accendat. Poſuiſtis vos tēpus miſe-
rationis dñi: et i arbitriū vrm diem con-
ſtituiſtis ei. Sed quia patiens dñs eſt.
in hoc ipo peniteamus et ī dulgentiā eius
fuſis lacrimis poſtulemus. Non enī q̄ſi
homo deus ſic cōminabitur: neq; ſicut
filius hois ad iracūdiā inflammabi-
tur. Et ideo humiliemus illi animas no-
ſtras: et in ſpiritu conſtituti humiliato
ſeruientes illi. dicamus flentes domino
ut ſecundum voluntatem ſuam ſic faci-
at nobiſcum cito miſericordiam ſuam:
ut ſicut conturbatū eſt cor noſtrum in
ſupbia eorum ita etiam de noſtra humi-
litate gloriemur: quoniam non ſumus
ſecuti peccata patrū noſtrorum qui dereli-
querunt deum ſuum. et adorauerunt de-
os alienos: pro quo ſcelere dati ſunt in
gladium et in rapinam. et ī confuſionē
inimicis ſuis. Nos autē alterum deum
neſcimus pter ipm. Expectemus humiles
conſolationem eius. et exquiret ſangui-
nem noſtrum de afflictionibus inimicorum
noſtrorum: et humiliabit oēs gentes
quecumq; inſurgūt otra nos: et faciet
illas ſine honore dñs deus noſter. Et
nunc fratres quoniam vos qui eſtis pre-
ſpiteri i populo dei et ex vobis pendet ani-
ma illorum: ad eloquium vrm corda
eorum erigite: ut memores ſint q tem-
ptati ſūt patres noſtri. ut probarentur
ſi vere colerent deum ſuū. Memores eſſe
debent quomodo pater noſter abraham
temptatus eſt: et per multas tribulatio-
nes probatus. dei amicus effectus eſt.
Sic yſaac. ſic iacob. ſic moyſes: et om-
nes qui placuerunt deo p multas tribu-
lationes tranſierunt fideles. Illi autem
qui temptationes non ſuſceperunt cum
timore domini. et impatientiam ſuam et
improperiū murmurationis ſue contra
dominū protulerunt: exterminati ſūt ab
exterminatore: et a ſerpentibus perierūt
Et nos ergo nō vlaſcamur nos p hiis
que patimur: ſed reputātes peccatis no-
ſtris hec ipa ſupplicia minora eſſe: flagel-
la dñi quaſi ſerui q corripimur ad emē-
dationē et nō ad pditionem noſtram e-
ueniſſe credamus. Et dixerūt illi ozias
et preſpiteri. Omnia que locuta es vera
ſunt: et nō eſt i ſermonibus tuis vlla rep-
henſio. Nunc ergo ora pro nobis: qm
mulier ſancta es. et timens deū. Et dixit
illis iudith. Sicut quod potui loqui dei
eſſe cognoſcitis: ita quod facere diſpo-
ſui probate ſi ex deo eſt. et orate ut fir-
mum faciat deus cōſiliū meū. Stabitis
vos ad portam nocte iſta: et ego exeam
cum abra mea: et orate ut ſicut dixiſtis
in diebus quinq; reſpiciat dñs pplm ſuum
iſrl. Vos aūt nolo ut ſcrutemini actū meū
et uſq; dū renūciē vobis. nil aliud fiat
niſi oratio pro me ad dñm deū nrm. Et
dixit ad eā ozias pnceps iude. Vade ī pa-
ce: et dñs ſit tecum i vltionē inimicorū
nrorū. Et reuertentes abierūt. IX.
Quibus abſcedentibus iudith in-
greſſa eſt oratorium ſuum: et in-
duens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper ca-
put ſuum: et proſternens ſe dño clama-
bat ad dñm dicens. Domine deus pris
mei ſymeon. qui dediſti illi gladium

in defenſione alienigenarū qui violato-
res extiterūt ī coinquinatione ſua. et de-
nudauerunt femur virginis in cōfuſio-
nem: et dediſti mulieres illoꝝ in p̄dam.
et filias illorū i captiuitatē. ⁊ omnē pre-
dam ī diuiſionē ſeruis tuis qui zelauerūt
zelum tuū: ſubueni queſo te dn̄e deꝰ me-
us michi viduę/ Tu enim feciſti priora
et illa poſt illa cogitaſti: et hoc factū eſt
qd̄ ipſe voluiſti/ Omnes em̄ vie tue pa-
rate ſūt: et tua iudicia in tua ꝓuidentia
poſuiſti. Reſpice caſtra aſſirioꝝ nūc: ſi-
cut tūc caſtra egiptiorū videre dignatꝰ
es: quādo poſt ſeruos tuos armati cur-
rebāt. confidentes in quadrigis et in eq̄-
tatu ſuo ⁊ ī multitudine bellatoꝝ/ Sed
aſpexiſti ſup caſtra eorū: et tenebre fati-
gauerūt eos/ Tenuit pedes eoꝝ abiſſus
et aque operuerūt eos/ Sic fiant et iſti
dn̄e. qui cōfidunt in multitudine ſua. ⁊
in curribꝫ ſuis. ⁊ ī contis. et in ſagittis
ſuis. ⁊ ī lanceis gloriantur: ⁊ neſciunt
q̄a tu ipſe es deus noſter qui cōteris bella
ab inicio. ⁊ dn̄s nomen eſt tibi/ Erige
brachiū tuū ſicut ab inicio: ⁊ alliſe vir-
tutem eorum in virtute tua/ Cadat vir-
tus eoꝝ ī iracūdia tua. q̄ ꝓmittūt ſe vi-
olare ſancta tua: ⁊ polluere tabernaculū
nōis tui: ⁊ deicere gladio ſuo cornu al-
taris tui/ Fac dn̄e: ut gladio ꝓprio eius
ſuperbia amputet̃/ Capiat̃ laqueo ocu-
loꝝ ſuoꝝ in me: ⁊ percucies eū ex labijs
caritatis mee/ Da michi ī animo cōſtan-
tiam ut contemnā illū: ⁊ virtutem: ut
euertam illū/ Erit enim hoc memoriale
nominis tui: cū manus femine deiecerit
eū/ Non em̄ in multitudine eſt virtus
tua domine: neq; ī equoꝝ viribꝫ volun-
tas tua/ Nec ſupbi ab inicio placuerūt ti-
bi: ſed humiliū ⁊ māſuetoꝝ ſemper tibi
placuit depcatio/ Deus celorū. creator
aquaꝝ. ⁊ dn̄s totiꝰ creature. exaudi me
miſeram deprecantē: et de tua miſcdia p̄-
ſumentē/ Memento domine teſtamenti
tui. et da verbum in ore meo. et ī corde
meo cōſilium corrobora: ut domus tua
in ſanctificatione tua permaneat: et om-
nes gētes agnoſcant quia tu es deus et
non eſt alius preter te.

Factum eſt aūt cū ceſſaſſet clamare
ad dominū: ſurrexit de loco in quo
iacuerat ꝓſtrata ad dn̄m/ Vocauitq; ab-
ram ſuā: et deſcendēs in domum ſuā. ab-
ſtulit a ſe ciliciū: et exuit ſe veſtimentis
viduitatis ſue/ Et lauit corpus ſuū. et
vnxit ſe mirro optimo: et diſcriminauit
crinem capitis ſui. ⁊ impoſuit mitrā ſup
caput ſuū: et induit ſe veſtimentis iocū-
ditatis ſue/ Et induit ſandalia pedibus
ſuis: aſſumpſitq; dextraliola. et lilia. et
inaures et anulos: et omnibus orna-
mentis ſuis ornauit ſe/ Cui etiā dn̄s cō-
tulit ſplendorem: quoniā oīs iſta com-
poſitio non ex libidine. ſed ex virtute
pendebat/ Et ideo dn̄s hanc in illam pul-
chritudinē ampliauit: ut incomparabi-
li decore omniū oculis appareret/ Impo-
ſuit itaq; abre ſue aſcopā vini. et vas
olei et polentā et lapides. et panes et ca-
ſeū ⁊ profecta ē/ Cumq; veniſſet ad por-
tas ciuitatis: inuenerunt expectātē oziā
et preſbiteros ciuitatis/ Qui cū vidiſſēt
eā: ſtupentes mirati ſunt nimis pulch-
ritudinē eius/ Nichil tamen interrogā-
tes eam dimiſerūt trāſire dicentes/ Deꝰ
patrum noſtroꝝ det tibi gratiā: et om̄e
conſiliū tui cordis ſua virtute corrobo-
ret: et glorietur ſup te iheruſalem. ⁊ ſit
nomē tuū in numero ſanctorū ⁊ iuſtoꝝ
Et dixerūt hij qui illic erant om̄es vna
voce fiat fiat/ Judith vero orans dn̄m
trāſiuit p portas. ipſa ⁊ abra eius/ Factū

eſt aũt cum deſcenderet montem circa or-
tum diei: occurrerũt ei exploratores aſ-
ſiriorum: et tenuerũt eã dicentes. Unde
venis: aut quo vadis? Que reſpondit.
Filia ſũ hebreorũ. Ideo ego fugi a facie
eorũ: quoniã futurũ agnoui qȝ dent vo-
bis in depredationẽ. pro eo qȝ contem-
nentes vos noluerunt vltro dare ſeip-
ſos: ut inuenirent miſericordiã in cõſpe-
ctu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecũ
dicens. Vadam ad faciem principis ho-
lofernis ut indicẽ illi ſecreta illorũ: et o-
ſtendam illi quo aditu poſſit obtinere
eos: ita ut nõ cadat vir vnus de exercitu e-
ius. Et cum audiſſent viri illi verba eius
conſiderabãt faciẽ eius: et erat in oculis
eorũ ſtupor: quoniã pulchritudinẽ eius
mirabantur nimis. Et dixerũt ad eam.
Conſeruaſti animã tuam: eo qȝ tale re-
periſti conſiliũ ut deſcenderes ad dominũ
noſtrum. Hoc aũt ſcias: quoniã cũ ſte-
teris in conſpectu eius bene tibi faciet: et
eris gratiſſima in corde eius. Duxeruntqȝ
illã ad tabernaculũ holofernis: et nunci-
antes eam. Cumqȝ intraſſet ante faciem
eius: ſtatim captus eſt in ſuis oculis ho-
lofernes. Dixerũtqȝ ad eũ ſatellites eius
Quis contemnat pplm hebreorũ qui tã
decoras mulieres habent: ut nõ pro hijs
merito pugnare cõtra eos debeamus? Vi-
dens itaqȝ iudith holofernem ſedentẽ in
conopeo qđ erat ex purpura et auro. et
ſmaragdo et lapidibus precioſis intextũ: et
cũ in faciẽ eius intendiſſet. adorauit eũ p-
ſternens ſe ſuper terrã: et eleuauerũt eam
ſerui holofernis iubẽte dño ſuo. xi
Tunc holofernes dixit ei. Equo a-
nimo eſto et noli pauere in corde
tuo: quoniã ego nũquam nocui viro q
voluit ſuire nabuchodonoſor regi. Po-
pulus aũt tuus ſi nõ contempſiſſet me:
nõ alleuaſſem lanceã meã ſuper eũ. Nũc
aũt dic michi qua ex cauſa receſſiſti ab
illis: et placuit tibi ut venires ad nos.
Et dixit illi iudith. Sume verba ancille
tue: qm̃ ſi ſecutus fueris verba ancille
tue: perfectam rem faciet dñs tecum. Vi-
uit enĩ nabuchodonoſor rex terre. et vi-
uit virtus eius que eſt ĩ te ad correptionẽ
oĩm animarũ errantiũ: quoniã nõ ſolũ
homines ſeruient illi p te: ſed et beſtie
agri obtemperãt illi. Nũciat enim animi
tui induſtria. vniũſis gentibus: et indica-
tum eſt omni ſeculo quoniã tu ſolus bo-
nus et potens es in omni regno eius: et di-
ſciplina tua omibus prouincijs predicat
Nec hoc latet qđ locutus eſt achior: nec
illud ignorat qđ ei iuſſeris euenire. Cõ-
ſtat enĩ deũ noſtrũ ſic peccatis offenſum
ut mãdauerit per prophetas ſuos ad popu-
lũ: qȝ tradat eum pro peccatis ſuis. Et
quoniã ſciunt ſe offendiſſe deũ ſuũ filij
iſrt̃: tremor tuus ſup ipos eſt. Inſup etiã
fames inuaſit eos. et ab ariditate aque
iam inter mortuos cõputãtur. Deniqȝ
hoc ordinãt. ut interficiãt pecora ſua et
bibant ſanguinẽ eorũ: et ſancta dñi ſui
que precepit deus nõ contingi. ĩ frumento
vino et oleo. Hec cogitauerunt impen-
dere: et volunt cõſumere. que nec mani-
bus deberent contingere. Ergo quoniã
hec faciunt: certum eſt qđ in perditionẽ
dabũtur. Quod ego ancilla tua cognoſcẽs
fugi ab illis: et miſit me dñs hec ipa nũ-
ciare tibi. Ego enĩ ancilla tua deum colo
etiam nunc apud te: et exiet ancilla tua
et orabo deum: et dicet michi. quando e-
is reddat peccatum ſuum. et veniens nun-
ciabo tibi: ita ut ego adducam te p me-
diam ihrĩuſalem. Et habebis omnem po-
pulum iſrahel ſicut oues quibus nõ eſt
paſtor. et nõ latrabit vel vnus contra te

quoniã hec michi dicta ſũt per puidẽciã
dei. Et qm̃ iratus ẽ illis deꝰ: hec ipa miſ-
ſa ſum nunciare tibi. Placuerunt autẽ
oĩa verba hec coram holoferne et corã
pueris eiꝰ. et mirabantur ad ſapiẽciam
eius: et dicebãt alter ad alterum. Non
eſt talis mulier ſup terrã in aſpectu. in
pulchritudine et in ſenſu verborũ. Et
dixit ad illã holofernes. Benefecit deus
qui miſit te ante pplm̃. ut des illum tu in
manibꝫ noſtris. Et quoniã bona ẽ pro-
miſſio tua: ſi fecerit michi hoc. deꝰ tuus
erit et meus deus. et tu in domo nabu-
chodonoſor magna eris: et nomen tuũ
nominabitur in vniũſa terra. xii

Tunc iuſſit eam introire vbi repoſi-
ti erãt theſauri eius. et iuſſit illic
manere eã et conſtituit quid daret illi
de conuiuio ſuo. Cui reſpõdit iudith ⁊ di-
xit. Nunc nõ potero mãducare ex hijs
q̃ michi p̃cipis tribui. ne veniat ſup me
offenſio. Ex hijs aũt q̃ michi detuli mã-
ducabo. Cui holofernes ait. Si defece-
rint tibi iſta q̃ tecũ detuliſti: qd faciemꝰ
tibi. Et dixit iudith. Viuit anima tua
dñe meꝰ qm̃ nõ expendet oĩa hec ancilla
tua: donec faciat deus in manu mea hec
que cogitaui. Et induxerũt illã ſerui eiꝰ
in tabernaculũ. quo preceperat: et petijt
dum introiret ut daretur ei copia nocte
et ante lucem egredi foras ad oracionẽ
et dep̃candi dñm. Et p̃cepit cubicularijs
ſuis ut ſicut placeret illi exiret et introi-
ret ad adorãdum deum ſuum per triduũ
Et exibat noctibꝫ in vallem bethulie: et
baptiſabat ſe in fonte aque. Et ut aſcẽ-
debat. orabat dñm deũ iſrl' ut dirigeret
viam eius ad liberacionem populi ſui.
Et introiens munda manebat in taber-
naculo. uſqꝫ dũ acciperet eſcã ſuã in ve-
ſperũ. Et factũ ẽ. q̃rta die. Holofernes
fecit cenã ſeruis ſuis: et dixit ad vagao
eunuchum. Vade et ſuade hebreã illã ut
ſponte cõſenciat habitare mecũ. Fedum
eſt enĩ apud aſſirios ſi femina irrideat
virũ agendo ut i inmunis ab eo trãſeat.
Tunc introiuit vagao ad iudith et di-
xit. Non vereatur bona puella introire
ad dñm meũ ut honorificet' ante faciem
eius: et mãducet cũ eo et bibat vinũ in
iocunditate. Cui iudith reſpõdit. Que
ego ſum ut contradicã dño meo? Omne
qd erit ante oculos eius bonũ ⁊ optimũ
faciam. Quicquid aũt illi placuerit hoc
michi erit optimũ oĩbꝫ diebꝫ vite mee
Et ſurrexit ⁊ ornauit ſe veſtimẽto ſuo:
et ingreſſa ſtetit ante faciẽ eiꝰ. Cor aũt
holofernis cõcuſſũ eſt: erat enĩ ardens ĩ
cõcupiſcentia eius. Et dixit ad eã holo-
fernes. Bibe nũc ⁊ accumbe in iocũdita-
te: qm̃ inueniſti graã corã me. Et dixit
iudith. Bibam dñe: qm̃ magnificata ẽ
anima mea hodie pre oĩbꝫ diebꝫ meis.
Et accepit ⁊ mãducauit ⁊ bibit corã ipo
ea q̃ parauerat illi ancilla eius. Et iocũ-
dus factꝰ eſt holofernes ad eã: bibitqꝫ
vinũ multũ nimis quantũ nunq̃ bibe-
rat in vita ſua. xiii

Ut aũt ſero factũ eſt feſtinauerunt
ſerui illius ad hoſpitia ſua: et cõ-
cluſit vagao oſtia cubiculi et abijt. E-
rant aũt oĩes fatigati a vino. Eratqꝫ
iudith ſola in cubiculo. Porro holofer-
nes iacebat ĩ lecto nimia ebrietate ſopi-
tus. Dixitqꝫ iudith puelle ſue. ut ſtaret
foris ante cubiculũ ⁊ obſeruaret. Stetit
qꝫ iudith ante lectũ. orans cũ lacrimis
et labiorꝫ motu ĩ ſilẽcio dicẽs. Cõfirma
me dñe deus iſrl'. et reſpice in hac hora
ad opera manuũ mearũ: ut ſicut pmiſi-
ſti ihrlm ciuitatẽ tuã erigas: et hoc qd
credẽs p te poſſe fieri cogitaui pficiã. Et

Cum hec dixiſſet: acceſſit ad columnam
que erat ad caput lectuli eius: ⁊ pugio-
nem eius qui ī ea ligatus pendebat exſol-
uit. Cumq; euaginaſſet illum · apprehen-
dit comā capitis eius et ait. Confirma
me dñe de⁹ in hac hora. Et percuſſit bis
in ceruicem eius: et abſcidit caput eius
et abſtulit conopeum eius a columnis ·
et euoluit corpus eius truncum. Et poſt
puſillū exiuit et tradidit caput holofer-
nis ancille ſue: ⁊ iuſſit ut mitteret illud
in peram ſuam. Et exierunt due ſcd̄m
conſuetudinē ſuam quaſi ad orationē.
et tranſierunt caſtra: et girantes vallē.
venerunt ad portam ciuitatis. Et dixit
iudith a longe cuſtodibus murorum.
Aperite portas quoniā nobiſcum eſt de⁹
qui fecit virtutem in iſrahel. Et factū eſt
cum audiſſent viri vocem eius · vocaue-
runt preſpiteros ciuitatis. Et occurrerūt
ad eam omnes · a minimo uſq; ad ma-
ximum: quoniā ſperauerūt eam iam nō
eſſe venturā. Et accendentes luminaria
congirauerūt circa eā vniuſi. Illa aūt
aſcendens in eminentiorem locum: iuſſit
fieri ſilentiū. Cumq; omnes tacuiſſent:
dixit iudith. Laudate dñm deū noſtrum
qui nō deſeruit ſperātes in ſe: ⁊ in me an-
cillā ſuā · adimpleuit miſericordiā ſuā ·
quā promiſit domui iſrahel: et interfecit
in manu mea hoſtem ppl'i ſui in hac no-
cte. Et pferens de pera caput holofernis
oſtendit illis dicens. Ecce caput holo-
fernis principis militie aſſiriorum. Et ec-
ce canopeum illius in quo recumbebat
in ebrietate ſua: vbi ⁊ per manū femine
percuſſit illum dominus deus noſter. Vi-
uit autē ipſe dominus quoniam cuſto-
diuit me angelus eius et hinc euntē et
ibi commorantem et inde huc reuerten-
tem: et nō permiſit me dominus ancillā
ſuā coinquinari: ſed ſine pollutione pec-
cati reuocauit me vobis · gaudentem in
victoria ſua in euaſione mea · in liberati-
one veſtra. Confitemur illi om̄es qm̄
bonus quoniam in ſeculum miſericor-
dia eius. Vniuerſi autē adorantes domi-
num dixerūt ad eam. Benedixit te dñs
in virtute ſua: qui per te ad nichilū rede-
git inimicos noſtros. Porro ozias prin-
ceps populi iſrahel dixit ad eam. Bene-
dicta es tu filia a dño deo excelſo · p̄ om-
nibꝫ mulieribus ſuper terram. Benedi-
ctus dñs qui creauit celū ⁊ terrā · qui te
direxit in vulnera capitis principis ini-
micorum noſtrorū: quia hodie nomen
tuum ita magnificauit · ut non recedat
laus tua de ore hominū · qui memores
fuerint virtutis domini in eternum: pro
quibus nō pepercisti anime tue propter
anguſtias ⁊ tribulationem generis tui
ſed ſubueniſti ruine ante conſpectū dei nr̄i
Et dixit oīs pp'ls fiat fiat. Porro achior
vocat⁹ venit. Et dixit ei iudith. De⁹ iſrl'
cui tu teſtimoniū dediſti quod vlciſcat
ſe de inimicis ſuis: ipſe caput oīm incre-
dulorū incidit ī hac nocte ī manu mea.
Et ut probes quia ita eſt: ecce caput ho-
lofernis qui in contemptu ſuperbie ſue
deum iſrahel contempſit · et tibi interi-
tum minabatur dicens: cum captus fu-
erit populus iſrahel gladio perforari p̄-
cipiam latera tua. Videns autem achior
caput holofernis anguſtiatus pre pa-
uore cecidit in faciem ſuam ſuper terram
et eſtuauit anima eius. Poſtea vero quā
reſumpto ſpiritu recreatus eſt: procidit
ad pedes eius · et adorauit eam et dixit.
Benedicta tu a deo tuo in omni taberna-
culo iacob: quoniam ī omni gente que
audierit nomen tuum magnificabitur
ſuper te deus iſrahel. xiiij

Dixit aūt iudith ad omnem pplm.
Audite me fratres. Suſpendite
caput hoc ſup muros noſtros: ⁊ erit cū
exierit ſol · accipiat vnuſquiſq; arma
ſua et exite cū impetu: non ut deſcēdatis
deorſum ſed quaſi impetū facientes. Tūc
exploratores neceſſe erit ut fugiant ad
principem ſuum excitādū ad pugnam.
Cūq; duces eorꝫ cucurrerīt ad tabernacu-
lum holofernis · ⁊ inuenerīt cū truncatū
in ſuo ſanguine volutatū: decidet ſuper
eos timor. Cūq; cognoueritis fugere e-
os ite poſt illos ſecuri: qm̄ dn̄s cōteret
eos ſub pedib⁹ veſtris. Tunc achior vi-
dens virtutē quā fecit deus iſrl' relicto gē-
tilitatis ritu credidit deo · et circumcidit
carnem preputij ſui · ⁊ appoſitus eſt ad
pplm iſrl': ⁊ omnis ſucceſſio generis ei⁹
uſq; in hodiernū diem. Mox aūt ut or-
tus eſt dies · ſuſpenderūt ſup muros ca-
put holofernis: accepitq; vnuſqſq; vir
arma ſua: et egreſſi ſūt cū grandi ſtrepi-
tu ⁊ vlulatu. Quod videntes explorato-
res · ad tabernaculū cucurrerunt. Porro
hij qui in tabernaculo erant venientes et
ante ingreſſū cubiculi perſtrepentes · exci-
tandi gratia inquietudinem arte molie-
bant᷑: ut nō ab excitantib; ſed a ſonan-
tibus holofernes euigilaret. Null⁹ eni
audebat cubiculū virtutis aſſiriorꝫ pul-
ſando aut intrādo aperire. Sed cū veniſ-
ſent ei⁹ duces ac tribuni et vniuerſi ma-
iores exercitus aſſiriorū: dixerūt cubicu-
larijs. Intrate ⁊ excitate illū: qm̄ egreſ-
ſi mures de cauernis ſuis auſi ſūt ꝓuo-
care nos ad preliū. Tūc ingreſſus va-
gao cubiculū eius ſtetit ante cortinam ·
et plauſū fecit manib; ſuis: ſuſpicabat᷑
eni illum cū iudith dormire. Sed cū nul-
lum motū iacentis ſenſu auriū caperet ·
acceſſit proximans ad cortinā: ⁊ eleuās
eam vidit cadauer abſq; capite holofer-
nis in ſuo ſanguine tabefactum iacere
ſup terrā · exclamauit voce magna cū fle-
tu · et ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſ-
ſus tabernaculū iudith nō inuenit eam
Et exiliuit foras ad pplm · et dixit. Vna
mulier hebrea fecit cōfuſionē in domo
regis nabuchodonoſor. Ecce eī holofer-
nes iacet in terra · ⁊ caput eius nō eſt in
illo. Quod dum audiſſent pn̄cipes vir-
tutis aſſiriorū · ſciderūt omnes veſtimē-
ta ſua: et intollerabilis timor et tremor
cecidit ſup eos: ⁊ turbati ſūt animi eorꝫ
valde. Et fact⁹ ē clamor ī cōparabilis
in medio caſtrorꝫ eorū.

- xv -

Cumq; omnis exercitus decollatū ho-
lofernem audiſſet · fugit mens et
conſiliū ab eis: et ſolo tremore et metu
agitati fuge preſidiū ſumūt: ita ut nul-
lus loqueretur cū proximo ſuo · ſed in-
clinato capite relictis omnib; euadere
feſtinabāt hebreos · quos armatos ſup
ſe venire audierāt: fugientes p vias cā-
porū et ſemitas colliū. Videntes itaq; fi-
lij iſrahel fugientes ſecuti ſunt illos · de-
ſcenderūtq; clangentes tubis et vlulan-
tes poſt ipos. Et qm̄ aſſirij non aduna-
ti in fugam ibant precipites: filij autem
iſrahel vno agmine pſequentes · debilita-
bant omnes quos inuenire potuiſſent.
Miſitq; ozias nuncios per omnes ciuita-
tes et regiones iſrahel. Omnis itaq; re-
gio · omniſq; vrbs electā iuuentutē ar-
matam miſit poſt eos: et perſecuti ſunt
eos ī ore gladij quouſq; peruenirent ad
extremitatē finiū ſuorꝫ. Reliq aūt q erāt
in bethulia · ingreſſi ſūt caſtra aſſiriorꝫ
et predam quam fugientes aſſirij reliq̄-
rant abſtulerunt · et onuſtati ſūt valde
Hij vero qui victores reuerſi ſūt ad be-
thuliā · oīa queq; erāt illorꝫ abſtulerūt

ſecum: ita ut non eſſet numerus i peco-
ribus in iumentis et vniuerſis mobili-
bus eoꝝ: ut a minimo uſq; ad magnū
omnes diuites fierent depredationibus
eoꝝ. Joachim autem ſummus pontifex
de iheruſalem venit in bethuliam cū vni-
verſis preſpiteris ſuis ut videret iudith
Que cum exiſſet ad illum. benedixerūt
illā omes vna voce dicentes. Tu glo-
ria iheruſalem. tu leticia iſrahel. tu ho-
norificencia ppli noſtri: quia feciſti viri-
liter et confortatum eſt cor tuum eo qd̄
caſtitatem amaueris. et poſt virum tuū
alterū neſcieris: ideo et manus dn̄i con-
fortauit te. et ideo eris benedicta ineter-
nū. Et dixit omīs popul9 fiat fiat. Per
dies aūt triginta vix collecta ſunt ſpo-
lia aſſiriorum a pplo iſrahel. Porro aūt
vniuerſa que holofernis peculiaria fuiſſe
probata ſunt. dederūt iudith in auro et
argento et veſtibus et gemmis et omni
ſuppellectili: et tradita ſunt omnia illi a
populo. Et omnes ppli gaudebant cum
mulieribus et virginibus et iuuenib9
in organis et cytharis. xvi

Tunc cātauit canticum hoc dn̄o iu-
dith dicens. Incipite dn̄o i tym-
panis. cātate dn̄o in cymbalis: modula-
mini illi pſalmū nouum exultate et in-
uocate nomē eius. Domin9 cōterens bel-
la. dn̄s nomen eſt illi: qui poſuit caſtra
ſua in medio ppli ſui. ut eriperet nos de
manu omnium inimicoꝝ noſtrorum.
Venit aſſur ex montib9 ab aquilone in
multitudine fortitudinis ſue: cui9 multi-
tudo obturauit torrentes ⁊ equi eorū co-
operuerunt valles. Dixit ſe incenſurū fi-
nes meos. et iuuenes meos occiſurū gla-
dio: infantes meos dare in predam. et
virgines in captiuitatē. Dn̄s aūt omni-
potēs nocuit eū. et tradidit eū i man9
femine: et confudit eū. Non enī cecidit
potens eorū a iuuenib9. nec filij tytan p-
cuſſerūt eū nec excelſi gigantes impoſue-
rūt ſe illi: ſed iudith filia merari in ſpe-
cie faciei ſue diſſoluit eū. Exuit enī ſe ve-
ſtimēta viduitatis: et induit ſe veſtimē-
ta leticie i exultatione filioꝝ iſrl̄. Vnxit
faciē ſuā vngento. colligauit cinannos
ſuos mitra ad decipiēdū illū. Sandalia
ei9 rapuerūt oclos ei9: pulcritudo ei9 ca-
ptiuā fecit animā ei9: amputauit pugio-
ne ceruicē eius. Horruerūt perſe conſtā-
tiam ei9. et medi audaciā ei9. Tūc vlu-
lauerīt caſtra aſſiriorū quādo apparueīt
humiles mei. areſcentes in ſiti. Filij pu-
ellaꝝ compunxerūt eos. et ſicut pueros
fugientes occiderūt eos: perierunt i pre-
lio a facie dn̄i dei mei. ymnum cantem9
domino: ymnum nouum cantemus deo
noſtro. Adonai domine magnus es tu
et preclarus in virtute. et quem ſupera-
re nemo poteſt. Tibi ſeruiat omnis crea-
tura tua. quia dixiſti et facta ſunt. miſi-
ſti ſpiritū tuū et creata ſunt: et nō ē qui
reſiſtat voci tue. Montes a fundamen-
tis mouebuntur cum aquis: petre ſicut
cera liqueſcet ante faciem tuam. Qui au-
tem timent te magni erunt apud te per
omnia. Ve genti i ſurgenti ſuper genus
meum. Dominus enī omipotens vindi-
cauit in eis: in die iudicij viſitabit illos
Dabit enim ignem et vermes in carnes
eorū: ut urantur et ſentiant uſq; i ſem-
piternum. Et factum eſt poſt hec. omis
populus poſt victoriam venit in iheruſa-
lem adorare dominū: et mox ut purifi-
cati ſunt obtulerūt omnes olocauſta.
et vota et repromiſſiones ſuas. Porro
iudith vniuerſa vaſa bellica holofernis
que dedit illi populus. ⁊ conopeū quod
ipſa ſuſtulerat in anathema obliuionis

Erat aūt populus iocūdus ſcd̄m faciē
ſanctoꝝ: et p tres menſes gaudiū hui⁹
victorie celebratū eſt cum iudith. Poſt
dies aūt illos vnuſquiſqꝫ redijt ī ſua ⁊
iudith magna facta ē in bethulia: et p̄-
clarior erat vniūſe terre iſrł. Erat etiā
virtute caſtitatis adiuncta: ita ut non
cognoſceret virū omīb⁹ dieb⁹ vite ſue
ex quo defunctus eſt manaſſes vir eius
Erat aūt diebus feſtis ꝓcedens cum ma-
gna gloria. Manſit aūt ī domo viri ſui
annos centū quīqꝫ ⁊ dimiſit abram ſuā
liberam: et defuncta eſt ac ſepulta cū vi-
ro ſuo in bethulia: luxitqꝫ illā omīs po-
pulus diebus ſeptē. In omni aūt ſpa-
tio vite eius nō fuit qui pturbaret iſrł.
et poſt mortē eius annis multis. Dies
aūt victorie hui⁹ feſtiuitatis. ab hebre-
is in numero ſanctoꝝ dieꝝ accipit: ⁊ coli-
tur a iudeis ex illo tēpore uſqꝫ in preſen-
tem diem. Explicit liber Judith.

Incipit prologus in libro heſter.

Librum heſter variȷs tranſ-
latoribus conſtat eſſe vici-
atum quem ego de archiuis
hebreorū releuās verbum e
verbo expreſſius trāſtuli. Quē librum
editio vulgata latino hinc inde ver-
borum finib⁹ trahit. addens ea que ex tē-
pore dici poterāt ⁊ audiri: ſicut ſolitū ē
ſcolarib⁹ diſciplinis ſūpto themate ex-
cogitare. quibus verbis vti potuit qui
iniuriā paſſus eſt. uel ille q̄ iniuriā fecit
Vos aūt o paula ⁊ euſtochiū qm̄ et bi-
bliothecas hebreoꝝ ſtuduiſtis intrare.
et interpretum certamina comprobaſtis
tenentes heſter hebraicū librū per ſingła
verba noſtrā tranſlationē aſpicite: ut
poſſitis agnoſcere me nichil etiā augmē-
taſſe addendo: ſed fideli teſtimonio ſim-
pliciter ſicut ī hebreoꝝ habetur. hiſtoriā
hebraicā latine lingue tradidiſſe. Nec
affectamus laudes hoīm nec vituperati-
ones expaueſcim⁹: deo enī placere curan-
tes minas hoīm penitus nō timemus:
quoniam deus diſſipat oſſa eoꝝ qui ho-
minib⁹ placere deſiderāt: et ſecundū apo-
ſtolum qui eiuſmodi ſūt ſerui criſti eſſe
non poſſūt. Rufino in libro heſter al-
phabetū ex minio uſqꝫ ad theta litterā fe-
cimus diuerſis ī locis: volentes ſcilicet
ſeptuaginta interpretū ordinē per hec in-
ſinuare ſtudioſo lectori. Nos enī iuxta
morem hebraicū ordinē ꝓſequi etiam in
ſeptuaginta editione maluimus. Explicit
plogus. Incipit liber heſter.

In diebus aſſueri qui regnauit ab india
uſqꝫ ethiopiā ſup centūuigintiſeptē pro-
uincias: quando ſedit ī ſolio regni ſui.
ſuſa ciuitas regni ei⁹ exordiū fuit. Ter-
cio igitur anno imperij ſui fecerat grāde
conuiuium cunctis principib⁹. et pueris
ſuis fortiſſimis perſaꝝ et medoꝝ inclitis
et prefectis prouinciaꝝ corā ſe: ut oſten-
deret diuitias glorie regni ſui ac magni-
tudinē. atqꝫ iactantiā potentie ſue mul-
to tēpore: centum videlicet et octoginta
diebus. Cūqꝫ implerent̄ dies conuiuij.
inuitauit omnē ppłm qui inuentus ē in
ſuſis a maximo uſqꝫ ad minimū: ⁊ iuſſit
ſeptem diebus conuiuium preparari in
veſtibulo orti ⁊ nemoris. qđ regio cul-
tu et manu conſitū erat. Et pendebāt ex
omī pte tentoria aerii coloris ⁊ carbaſini
ac iacinctini. ſuſtentata funib⁹ biſſinis
atqꝫ purpureis: qui eburneis circulis in-
ſerti erāt et columnis marmoreis fulcie-
bātur. lectuli quoqꝫ aurei et argentei ſu-
per pauimentum ſmaragdino et pario
ſtratū lapide diſpoſiti erāt. qđ mira va-
rietate pictura decorabat. Bibebāt autē
qui inuitati erant aureis poculis: ⁊ alijs

atqȝ aliis vaſis cibi inferebantur. Vinū
quoqȝ ut magnificencia regia dignum
erat habundans et precipuū ponebatur:
nec erat qui nolentes cogeret ad biben-
dū: ſed ſic rex ſtatuerat preponens mē-
ſis ſingulos de principibꝫ ſuis: ut ſume-
ret vnuſquiſqȝ quod vellet. Vaſchi q̄ꝫ
regina fecit conuiuium feminaꝝ in pala-
tio vbi rex aſſuerus manere conſueue-
rat. Itaqȝ die ſeptimo cum rex eſſet hila-
rior et poſt nimiam potionem incaluiſ-
ſet mero · precepit mauman et bazatha
et arbona et bagatha et abgatha et za-
rath et carchas ſeptem eunuchis qui in
conſpectu eius miniſtrabāt · ut introdu-
cerent vaſchi reginā coram rege · poſito
ſuper caput eius diademate: ut oſtende-
ret cunctis populis et principibus eius
pulcritudinem. Erat enim pulcra valde.
Que renuit et ad regis imperium quod
per eunuchos mandauerat venire cōtem-
pſit. Unde iratꝰ rex et nimio furore ſuc-
cenſus · interrogauit ſapientes q̄ ex mo-
re regio ſemper ei aderebāt et illorū faci-
ebat cuncta conſilio · ſcientium leges ac
iura maiorum: erāt autem primi ⁊ pro-
ximi charſena et ſethar et admatha et
tharſis et mares et marſana et mamu-
cha ſeptem duces perſarum atqȝ medoꝝ
qui videbant faciem regis et primi poſt
eum reſidere ſoliti erant: cui ſententie va-
ſchi regina ſubiaceret que aſſueri regis
imperium quod p eunuchos mandaue-
rat · facere noluiſſet. Reſpōditqȝ mamu-
cha audiente rege atqȝ principibꝫ. Non
ſolū regem leſit regina vaſchi · ſed om-
nes populos ⁊ principes qui ſunt in cun-
ctis provinciis regis aſſueri. Egredietur
enim ſermo regine ad omnes mulieres
ut contemnāt viros ſuos et dicāt. Rex
aſſuerꝰ iuſſit ut regina vaſchi intraret

ad eū · ⁊ illa noluit: atqȝ hoc exēplo om-
nes principum coniuges perſarum atqȝ
medorum paruipendent imperia maritoꝝ.
Unde regis iuſta eſt indignatio. Si tibi
placet egrediatur edictū a facie tua · et
ſcribatur iuxta legem perſarum atqȝ medo-
rum quam preteriri illicitum eſt: ut ne-
quaq̄ʒ vltra vaſchi ingrediatur ad re-
gem · ſed regnum illiꝰ altera que melior
eſt illa accipiat. Et hoc in omne qđ la-
tiſſimū eſt provinciarum tuarū diuulge-
tur imperiū: et cūcte vxores tam maioꝝ
quā minorum deferant maritis ſuis ho-
norē. Placuit ↄſiliū eiꝰ regi et princip-
ibꝫ: fecitqȝ rex iuxta cōſiliū mamuchā et
miſit epiſtolas ad vniuerſas ꝓuincias
regni ſui: ut queqȝ gēs audire et legere
poterat diuſis linguis ⁊ litteris · eſſe vi-
ros pricipes ac maiores i domibꝫ ſuis: et
hoc per cunctos ppłos diuulgari. · ij ·

His ita geſtis poſtq̄ʒ regis aſſueri
indignatio deferbuerat recordatꝰ
eſt vaſchi ⁊ que feciſſet et que paſſa eſ-
ſet · dixeruntqȝ pueri regis ac miniſtri
eius. Querantur regi puelle virgines
ac ſpecioſe · ⁊ mittantur qui conſiderant
per vniuerſas provincias puellas ſpeci-
oſas ⁊ virgines: ⁊ adducant eas ad ciui-
tatem ſuſan · et tradant in manu femi-
narum ſub manu egei eunuchi qui eſt
prepoſitus ⁊ cuſtos mulieꝝ regiaꝝ: ⁊ ac-
cipiant mundū muliebrē ⁊ cetera ad v-
ſus neceſſaria. Et quecunqȝ inter omēs
oculis regis placuerit · ipſa regnet pro
vaſchi. Placuit ſermo regi: ⁊ ita ut ſug-
geſſerant iuſſit fieri. Erat vir iudeus in
ſuſis ciuitate vocabulo mardocheꝰ filiꝰ
iair filii ſemei · filii cis · de ſtirpe iemini · q̄
tranſlatus fuerat de iheruſalem · eo tem-
pore quo iechoniam regem iuda nabu-
chodonoſor rex babilonis tranſtulerat

qui fuit nutricius filie fratris ſui ediſſe
que altero nomine vocabatur heſter · ⁊
vtrūq; parentē amiſerat · pulcra nimis
et decora facie. Mortuiſq; patre eius ac
matre · mardocheus ſibi eam adoptauit
in filiam. Cumq; percrebuiſſet regis im-
periū · ⁊ iuxta mandatū illius multe pul-
cre virgines adducerent̄ ſuſan · et egeo
traderent̄ eunucho: heſter quoq; inter ce-
teras puellas ei tradita ē ut ſeruaret̄ in
numero feminarū. Que placuit ei et in-
uenit gratiam in cōſpectu illius. Et pre-
cepit eunucho ut acceleraret mūdū mu-
liebrem ⁊ traderet ei partes ſuas · et ſeptē
puellas ſpecioſiſſimas de domo regis:
et tam ipſam quā pediſſequas eius orna-
ret atq; excoleret. Que noluit indicare
ei pplm̄ ⁊ patriam ſuā. Mardocheus enī
preceperat ei ut de hac re omnino retice-
ret: qui deambulabat cottidie ante veſti-
bulū domus ī qua electe virgines ſerua-
bātur: curam agens ſalutis heſter · et
ſcire volens quid ei accideret. Cum autē
veniſſet tempus ſingularū per ordinem
puellarū ut intrarent ad regem · expletis
omnibus que ad cultū muliebrem per-
tinebant menſis duodecimus vertebat̄:
ita dūtaxat ut ſex menſib; oleo vnge-
rentur mirtino · et aliis ſex quibuſdam
pigmentis et aromatib; vterentur. In-
gredienteſq; ad regem · quicquid poſtu-
laſſent ad ornatū pertinens accipiebant
et ut eis placuerat: cōpoſite de triclinio
feminarū ad regis cubiculū trāſiebat. Et
q̄ intrauerat veſpere egrediebat̄ mane:
atq; inde in ſcd̄as edes deducebātur que
ſub manu ſagazi eunuchi erant · q̄ con-
cubinis regis preſidebat: nec habebat po-
teſtatē ad regem vltra redeundi niſi vo-
luiſſet rex · ⁊ eam venire iuſſiſſet ex noīe
Euoluto aūt tēpore p ordinē: inſtabat
dies q̄ heſter filia abiahel fratris mardo-
chei · quā ſibi adoptauerat in filiam · de-
beret intrare ad regē. Que nō queſiuit
muliebrem cultū: ſed quecunq; voluit e-
geus eunuchus cuſtos virginū · hec ei
ad ornatū dedit. Erat enī formoſa val-
de ⁊ incredibili pulcritudine: oīm oculis
gratioſa et amabilis videbatur. Ducta
eſt itaq; ad cubiculū regis aſſueri men-
ſe decimo qui vocatur thebeth · ſeptimo
anno regni ei9: ⁊ adamauit eā rex pluſ-
q̄ omēs mulieres: habuitq; gratiam et
miſericordiam coram eo ſup omēs mu-
lieres: et poſuit diadema regni in capite
eius: fecitq; eam regnare in loco vaſthi
Et iuſſit conuiuiū preparari permagni-
ficum cunctis principib; et ſeruis ſuis ·
pro coniunctione ⁊ nupciis heſter. Et
dedit requiē ī vniuerſis puinciis: ac do-
na largitus ē iuxta magnificentiā prin-
cipalem. Cumq; et ſcd̄o quererent̄ vir-
gines · et congregarentur · mardocheus
manebat ad ianuam regis: necdumq;
prodiderat heſter patriā ⁊ pplm̄ ſuū: iuxta
mandatū eius. Quicquid enī ille preci-
piebat obſeruabat heſter: et ita cūcta fa-
ciebat ut eo tempore ſolita erat quo eā
paruulam nutriebat. Eo igitur tēpore
quo mardocheus ad regis ianuā mora-
batur · irati ſūt bagathan ⁊ thares duo
eunuchi regis · qui ianitores erāt et in
primo palatii limine p̄ſidebānt: volue-
rūtq; inſurgere ī regem et occidere eum.
Quod mardocheum nō latuit. Statim
q; nūciauit regine heſter: et illa regi ex
noīe mardochei qui ad ſe rem detulerat.
Queſitum eſt ⁊ inuentū: ⁊ appenſus eſt
vterq; eorū ī patibulo. Et iuſſit rex ut ī
libro memoriali ſcriberet̄: ut p vita ſu-
a aliqd̄ opēſaret ei. Mandatūq; ē hiſto-
riis ⁊ annalib; traditū corā rege. iii.

Poſt hec rex aſſuerus exaltauit amā
filium amadathi qui erat de ſtir-
pe agag: et poſuit ſolium eius ſuper om-
nes prĩcipes quos habebat. Cũctiq; ſer-
ui regis qui in foribꝰ palacij verſabant̃
flectebant genua · et adorabant aman.
Sic eñ ꝓceperat eis imperator. Solus
mardocheus nõ flectebat genu · neq; ado-
rabat eũ. Cui dixerunt pueri regis qui
ad fores palacij reſidebãt. Cur p̄ter ce-
teros non obſeruas mandatum regis?
Cunq; hoc crebrius dicerẽt · ⁊ ille nollet
audire: nunciauerũt aman ſcire cupien-
tes vtrum perſeueraret in ſentẽcia: dixe-
rat enim eis ſe eſſe iudeum. Quod cum
audiſſet aman · et experimẽto probaſſet
qđ mardocheus nõ ſibi flecteret genu nec
ſe adoraret · iratus ē valde: ⁊ ꝓ nichilo
duxit ĩ vnum mardocheum mittere ma-
nus ſuas: audierat eñ qđ eſſet gentis
iudee: magiſq; voluit omnem iudeorum
qui erant in regno aſſueri perdere natio-
nem. Menſe primo cuius vocabulum ē
niſan · ãno duodecimo regni aſſueri · miſ-
ſa eſt ſors in vrnam que hebraice dicit̃
phur coram aman · qua die et quo mē-
ſe gens iudeorũ deberet interfici: et exiuit
menſis duodecimus qui vocatur adar.
Dixitq; aman regi aſſuero. Eſt populꝰ
per omnes prouincias regni tui diſper-
ſus ⁊ a ſe mutuo ſeparatus nouis vtēs
legibus et cerimonijs · inſuper et regis
ſcita cõtemnens: et optime noſti quod
non expediat regno tuo ut inſoleſcat p
licentiam. Si tibi placet decerne ut pere-
at: et decem milia talentorum appendā
archarijs gaze tue. Tulit ergo rex anu-
lũ ſuũ quo vtebat̃ de manu ſua ⁊ dedit
eũ aman filio amadati de ꝓgenie agag
hoſti iudeorum: dixitq; ad eũ. Argentũ
quod tu polliceris tuũ ſit: de populo age
quod tibi placet. Vocatiq; ſũt ſcribe re-
gis menſe primo niſan terciadecima die
eiuſdem menſis: ⁊ ſcriptum eſt ut iuſſe-
rat aman ad omnes ſatrapas regis · et
iudices prouinciarum diuerſarũq; gen-
tium · ut queq; gens legere poterat ⁊ au-
dire · pro varietate linguarum ex noīe
regis aſſueri: et littere ſignate ipſius a-
nulo miſſe ſunt per curſores regis ad vni-
uerſas prouincias · ut occiderent atq; de-
lerent omnes iudeos a puero uſq; ad ſe-
nem paruulos ⁊ mulieres · vno die hoc
eſt terciodecimo mēſis duodecimi qui vo-
cat̃ adar: et bona eorũ diriperēt. Sūma
autem epiſtolarũ hec fuit: ut omnes ꝓ-
uincie ſcirent et pararent ſe ad p̄dictam
diem. Feſtinabant curſores qui miſſi e-
rãt regis imperiũ explere. Statimq; in
ſuſis pependit edictum regis: ⁊ aman ce-
lebrante conuiuium · et cunctis iudeis q̄
erant in vrbe flentibus.

IIII

Que cũ audiſſet mardocheus ſcidit
veſtimenta ſua: ⁊ indutus eſt ſac-
co · ſpargens cinerem capiti: ⁊ in platea
medie ciuitatis voce magna clamabat
oſtendens amaritudinem animi ſui: et
hoc eiulatu uſq; ad fores palacij gradi-
ens. Nõ enim erat licitum indutum ſa-
co aulam regis intrare. In omnibus
quoq; prouincijs oppidis ac locis ad
que crudele regis dogma peruenerat · plã-
ctus ingens erat apud iudeos · ieiuniũ ·
vlulatus · et fletus · ſacco ⁊ cinere mul-
tis pro ſtratu vtentibus. Ingreſſi autē
ſunt puelle heſter et eunuchi: nunciaue-
runtq; ei. Quod audiens conſternata
eſt: ⁊ veſtem miſit ut ablato ſacco indu-
erent eam. Quam accipere noluit. Acci-
toq; athach eunucho quē rex miniſtrum
ei dederat: precepit ut iret ad mardoche-
um · et diſceret ab eo cur hoc faceret.

Egreſſuſq; athach iuit ad mardocheum
et inuenit eū ſtantē ī platea ciuitatis an-
te oſtiū palatij. Qui indicauit ei oīa q̄
acciderāt. quomō aman ꝓmiſiſſet ut in
theſauros regis ꝓ iudeorū nece inferret
argentū: exemplarq; edicti q̄d pēdebat
in ſuſis dedit ei ut regine oſtenderet: et
moneret eam ut intraret ad regem. ⁊ de-
precaretur eū ꝓ populo ſuo. Regreſſus
athach nūciauit heſter oīa que mardo-
cheus dixerat. Que reſpondit ei: et iuſ-
ſit ut diceret mardocheo. Oīes ſerui re-
gis et cūcte que ſub ditione eius ſūt no-
runt prouincie. q̄d ſiue vir ſiue mulier
nō vocatus interius atriū regis intraue-
rit. abſq; vlla cunctatione ſtatim interfi-
ciatur: niſi forte rex aureā virgā ad eū
tetenderit. pro ſigno clementie. atq; ita
poſſit viuere. Ego igitur quomō ad re-
gem intrare potero: que triginta iam di-
ebus nō ſum vocata ad eū? Quod cū au-
diſſet mardocheus rurſū mandauit he-
ſter dicens. Ne putes q̄d animā tuam
tantū liberes: quia in domo regis es p̄
cūctis iudeis. Si enī nūc ſiluēris per
aliā occaſionē liberabūt iudei: ⁊ tu ⁊ do-
mus patris tui peribitis. Et quis nouit
vtrū idcirco ad regnū veneris: ut ī tali
tēpore parareris? Rurſumq; heſter hec
mardocheo verba mādauit. Vade ⁊ con-
grega omnes iudeos quos in ſuſis repe-
reris: et orate pro me. Nō comedatis ⁊
non bibatis tribus diebus ⁊ tribus no-
ctibus. et ego cū ancillulis meis ſimilit̄
ieiunabo: et tūc ingrediar ad regem cō-
tra legē faciens inuocata. tradenſq; me
morti et periculo. Juit itaq; mardoche⁹
et fecit omnia q̄ heſter preceperat. V.

Die aūt tercio induta eſt heſter re-
galibus veſtimentis: et ſtetit in a-
trio dom⁹ regie quod erat interius otra
baſilicam regis. Et ille ſedebat ſup ſoli-
um ſuū ī cōſiſtorio palatij otra oſtium
domus. Cūq; vidiſſet heſter reginā ſtā-
tem placuit oculis eius: et extendit otra
eā virgā aureā quam tenebat manu.
Que accedens oſculata ē ſummitatē vir-
ge eius: dixitq; ad eā rex. Quid vis he-
ſter regina? Que ē peticio tua? Etiā ſi di-
midiam partē regni petieris dabit̄ tibi.
At illa reſpondit. Si regi placet obſe-
cro ut venias ad me hodie et aman tecū
ad conuiuiū q̄d paraui. Statimq; rex.
vocate inquit cito aman ut heſter obedi-
at volūtati. Venerūt itaq; rex et aman
ad conuiuiū q̄d eis regina parauerat.
Dixitq; ei rex poſtq̄ vinū biberat habū-
danter. Quid petis ut detur tibi et ꝓ q̄
re poſtulas? Etiā ſi dimidiā ptem rgni
mei petieris impetrabis. Cui reſpondit
heſter. Petitio mea ⁊ preces ſūt iſte. Si
inueni in conſpectu regis gr̄iam. et ſi re-
gi placet ut det michi quod poſtulo et
meā ipleat petitionē: veniat rex ⁊ aman
ad conuiuiū q̄d paraui eis: ⁊ cras aperiā
regi voluntatē meā. Egreſſus eſt itaq;
illo die aman letus et alacer. Cūq; vi-
diſſet mardocheū ſedentē ante fores pala-
tij. et nō ſolū non aſſurrexiſſe ſibi ſed
nec motū quidē de loco ſeſſionis ſue. in-
dignat⁹ eſt valde: ⁊ diſſimulata ira reu̇-
ſus in domū ſuā conuocauit ad ſe ami-
cos ſuos ⁊ zares vxorem ſuā: ⁊ expoſuit
illis magnitudinem diuiciaꝝ ſuarū filio-
rumq; turbā: ⁊ quāta eū gloria ſup oēs
principes ⁊ ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et
poſt hec ait. Regina q̄q; heſter nullū aliū
vocauit ad conuiuiū cū rege preter me:
apud quā eciam cras cū rege pranſur⁹
ſum. Et cū hec omia habeam nichil me
habere puto q̄diu video mardocheum
iudeū ſedentē āte fores regias. Reſponditq;

ei zares vxoꝛ eius · et ceteri amici / Iube
parari excelſam trabē habētem altitudi-
nis quinquaginta cubitos: et dic mane
regi ut appendatᷣ ſup eā mardocheus: et
ſic ibis cū rege letꝰ ad cōuiuiū. Placuit
ei cōſiliū: et iuſſit excelſā ꝑparari crucē.
Noctē illā duxit rex ī ſomnē: VI.
iuſſitqꝫ ſibi afferri hiſtorias et an-
nales prioꝝ tempoꝛū. Que cum illo pre-
ſente legerentur: ventum eſt ad illum lo-
cum vbi ſcriptum erat quomodo nun-
ciaſſet mardocheus inſidias bagathan
et thares eunuchoꝛum · regem aſſuerum
iugulare cupientium. Quod cū audiſſet
rex ait. Quid pro hac fide honoris ac p̄-
mij mardocheus cōſecutus ē? Dixerūtqꝫ
ei ſerui illius ac miniſtri. Nichil omni-
no mercedis accepit. Statimqꝫ rex · q̄s
eſt inquit ī atrio? Aman quippe interiꝰ
atrium domus regie intrauerat: ut ſug-
gereret regi et iuberet mardocheum affigi
patibulo quod ei fuerat preparatum.
Reſponderūtqꝫ pueri. Aman ſtat ī atrio
Dixitqꝫ rex. Ingrediatur. Cumqꝫ eſſet
ingreſſus ait illi. Quid debet fieri viro
quem rex honoꝛare deſiderat? Cogitans
autē in coꝛde ſuo aman et reputans qđ
nullum aliū rex niſi ſe vellet honoꝛare ·
reſpondit homo quem rex honoꝛare cu-
pit debet indui veſtibꝫ regijs et imponi
ſup equū q̄ de ſella regis eſt · et accipere
regium diadema ſup caput ſuum · ⁊ pri-
mus de regijs pꝛincipibus ac tirannis
teneat equum eius: et p plateam ciuita-
tis incedens clamet et dicat. Sic hono-
rabitur quencunqꝫ rex voluerit honora-
re. Dixitqꝫ ei rex · feſtina ⁊ ſumpta ſtola
et equo fac ut locutus es mardocheo iu-
deo qui ſedet ante foꝛes palacij. Caue ne
quicquā de hijs que locutꝰ es pretermit-
tas. Tulit itaqꝫ aman ſtolā et equum:
indutūqꝫ mardocheū in platea ciuitatis
et impoſitū equo precedebat atqꝫ clama-
bat. Hoc honoꝛe condignꝰ ē quencūqꝫ rex
voluerit honoꝛare. Reuerſuſqꝫ eſt mardo-
cheus ad ianuā palacij: et aman feſtina-
uit ire in domū ſuā lugens · et coopto
capite: narrauitqꝫ zares vxoꝛi ſue ⁊ ami-
cis oīa que eueniſſent ſibi. Cui reſpōde-
rūt ſapientes quos habebat in cōſilio ⁊
vxoꝛ eius. Si de ſemine iudeoꝝ eſt mar-
docheus ante quē cadere cepiſti · nō ei po-
teris reſiſtere: ſed cades in ɔſpectu eius.
Adhuc illis loquētibꝫ venerūt eunuchi
regis: et cito eum ad cōuiuiū qđ regina
parauerat pergere cōpulerūt. VII.
Intrauit itaqꝫ rex et aman ut biberēt cū
regina. Dixitqꝫ ei rex etiā ſcđa die poſtq̄
vino incaluerat. Que ē peticō tua heſter
ut detur tibi: et quid vis fieri? Etiam ſi
dimidiā partē regni mei petieris impetra-
bis. Ad quē illa reſpōdit. Si inueni g̃-
tiam in oculis tuis o rex et ſi tibi placet
dona michi animā meā ꝓ qua rogo · et
populum meum pro quo obſecro? Tra-
diti enim ſumus ego et ppl̄us meus ut
cōteramur iugulemur et pereamus. At-
qꝫ vtinā ī ſuos ⁊ famulas venderemur ⁊
eſſet tolerabile malū ⁊ gemens tacerem:
nunc aūt hoſtis noſter eſt cuius crudeli-
tas redundat in regē. Reſpondenſqꝫ rex
aſſuerus ait. Quis eſt iſte et cuius poten-
tie · ut hec audeat facere? Dixitqꝫ heſter
Hoſtis et inimicus noſter peſſimus iſte
eſt aman. Quod ille audiens ilico ob-
ſtupuit: vultū regis et regine ferre nō
ſuſtinens. Rex autem ſurrexit iratus:
et de loco conuiuij intrauit in oꝛtum ar-
boꝛibꝫ conſitū. Aman q̄qꝫ ſurrexit ut ro-
garet heſter reginā ꝓ anima ſua: intelle-
xit enī a rege paratū ſibi malū. Qui cum
reuerſus eſſet de oꝛto nemoꝛibꝫ conſito

et intraſſet conuiuij locū : reperit aman
ſup lectū corruiſſe in quo iacebat heſter
et ait. Etiā reginā vult opprimere me p̄-
ſente in domo mea. Necdū verbū de ore
regis exierat : ⁊ ſtatim operuerūt faciem
eius. Dixitqꝫ arbona vnus de eunuchis
qui ſtabat ī miniſterio regis. En lignū
qd̄ parauerat mardocheo qui locutus ē
pro rege · ſtat ī domo aman · habēs alti-
tudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit
rex. Appendite eū in eo. Suſpenſus ē
itaqꝫ aman ī patibulo quod parauerat
mardocheo : ⁊ regis ira requieuit. viii

Die aūt illo dedit rex aſſuerꝰ heſter
regine domū amā aduerſarij iude-
orū : ⁊ mardocheus ingreſſus eſt ante fa-
ciem regis. Confeſſa eſt eñ ei heſter · qd̄
eſſet patruus ſuus. Tulitqꝫ rex anulū
quē ab aman recipi iuſſerat · et tradidit
mardocheo. Heſter aūt ↄſtituit mardo-
cheum ſup domū ſuā. Nec hijs cōtenta
procidit ad pedes regis : fleuitqꝫ ⁊ locuta
ad eū orauitqꝫ ut maliciā aman agagite
⁊ machinacōnes eiꝰ peſſimas quas exco-
gitauerat ↄtra iudeos · iuberet irritas fi-
eri. At ille ex more ſceptrū aureū protē-
dit manu quo ſignū clementie mōſtra-
bat. Illaqꝫ cōſurgens ſtetit ante eū · et
ait. Si placet regi ⁊ ſi inueni gratiā in
oculis eius et deprecatio mea nō ei vide-
tur eſſe cōtraria : obſecro ut nouis epi-
ſtolis veteres amā littere inſidiatoris
et hoſtis iudeorū · quibus eos in cūctis
regis prouintijs perire preceperat corri-
gant. Quomō eñ potero ſuſtinere ne-
cem et interfectionē pp̄li mei ? Reſpōdit
qꝫ rex aſſuerꝰ heſter regine et mardocheo
iudeo. Domū aman cōceſſi heſter et ip̄m
iuſſi affigi cruci : q̄a auſus ē manū mit-
tere in iudeos. Scribite ergo iudeis ſicut
vobis placet ex regis nomīe : ſignātes
litteras anulo meo. Hec eñ cōſuetudo
erat ut epiſtolis que ex regis noīe mit-
tebāt̄ et illius anulo ſignate erāt nemo
auderet cōtradicere. Accitiſqꝫ ſcribis et
librarijs regis · erat autē tempus tercij
menſis qui appellat̄ ſiban : viceſima et
tercia illius die ſcripte ſunt epiſtole ut
mardocheꝰ voluerat ad iudeos ⁊ ad p̄nci-
pes · procuratoreſqꝫ et iudices qui centū
uigintiſeptem prouincijs ab india uſqꝫ
ethiopiam preſidebant : prouintie atqꝫ
prouincie · populo et populo · iuxta lin-
guas et litteras ſuas : et iudeis ꝓut le-
gere poterant et audire. Ipeqꝫ epiſtole
que ex regis noīe mittebāt̄ · anulo illiꝰ
obſignate ſūt et miſſe p veredarios : q̄
per omēs prouincias diſcurrentes · vete-
ras litteras nouis nūcijs preuenirent.
Quibꝰ imperauit rex · ut cōuenirēt iude-
os per ſingulas ciuitates · et in vnū pre-
ciperent cōgregari · ut ſtarent ꝓ anima-
bus ſuis : et omēs inimicos ſuos cū cō-
iugibꝰ ac liberis ſuis ⁊ vniuſis domibꝰ
interficerent atqꝫ delerent. Et cōſtituta
eſt per omnes prouincias vna vltioīs
dies · id eſt terciadecima die mēſis duode-
cimi adar. Sūmaqꝫ ep̄le hec fuit ut in
omibus terris ac pp̄lis q̄ regis aſſueri
ſub iacebant imperio : notū fieret para-
tos eſſe iudeos ad capiendā vindictā de
hoſtibus ſuis. Egreſſiqꝫ ſunt veredarij
celeres nūcios perferentes : et edictū re-
gis pependit in ſuſis. Mardocheus autē
de palatio ⁊ de cōſpectu regis egrediens
fulgebat veſtibꝰ regijs iacinctinis videli-
cet ⁊ aerinis coronā aureā portans ī ca-
pite · et amictꝰ ſerico palio atqꝫ purpu-
reo. Omīſqꝫ ciuitas exultauit atqꝫ leta-
ta eſt. Iudeis aūt noua lux oriri viſa ē
gaudiū · honor · ⁊ tripudiū. Apud om-
nes pp̄los vrbes atqꝫ ꝓuincias quocūqꝫ

regis precepta veniebāt · mira exaltatio
epule atq; conuiuia et feſtus dies: intā-
tum ut alterius plures gentis et ſecte e-
orum religioni et cerimonijs iungerent̄.
Grādis enim cunctos iudaici nominis
terror inuaſerat.

IX.

Igitur duodecimi menſis quem adar vo-
cari ante iam diximus · terciadecima die
quando cunctis iudeis interfectio para-
batur et hoſtes eorum inhiabant ſanguī-
ni · verſa vice iudei ſuperiores eſſe ceperūt
et ſe de aduerſarijs vindicare. Congre-
gatiq; ſunt p ſingulas ciuitates · et op-
pida et loca · ut extenderent manum con-
tra inimicos ⁊ perſecutores ſuos. Nullus
q; auſus eſt reſiſtere eo quod omnes po-
pulos magnitudinis eorū formido pe-
netraret. Nam ⁊ prouinciarum iudices
duces et procuratores · omniſq; digni-
tas que ſingulis locis et operibus pre-
erāt · extollebant iudeos timore mardo-
chei: quē principem eſſe palacij et pluri-
mum poſſe cognouerant. Fama quoq;
nominis eius creſcebat quotidie: et per
cunctorum ora volitabat. Itaq; percuſ-
ſerūt iudei inimicos ſuos plaga magna
et occiderunt eos · reddentes eis quod ſi-
bi parauerāt facere: in tantum ut etiam
in ſuſis quingentos viros interficerent
extra decem filios aman agagite hoſtis
iudeorum. Quorum iſta ſunt nomina:
pharſan dathan et delphon et eſphata et
phorata ⁊ adalia ⁊ aridatha ⁊ epher me-
ſtha ariſai et aridai et vaiſatha. Quos
cum occidiſſent predas de ſubſtancijs e-
orum tangere noluerūt. Statimq; nu-
merus eorum qui occiſi erant in ſuſis ad re-
gem relatus eſt. Qui dixit regine. In
vrbe ſuſis interfecerunt iudei quīgentos
viros · et alios decem filios aman: quan-
tam putas eos exercere cedem ī vniūſis
prouincijs? Quid vltra poſtulas: et quid
vis ut fieri iubeam? Cui illa reſpondit.
Si regi placet detur poteſtas iudeis · ut ſi-
cut fecerunt hodie in ſuſis ſic et cras fa-
ciant: et decē filij aman ī patibulis ſuſpē-
dantur. Precepit rex ut ita fieret. Sta-
timq; ī ſuſis pependit edictum: et decem
filij aman ſuſpenſi ſunt. Cōgregatis iu-
deis quartadecima die menſis adar inter-
fecti ſunt in ſuſis trecenti viri: nec eorū
ab illis direpta ſubſtantia eſt: ſed et per
omnes prouincias · q̄ dicioni regis ſub-
iacebant pro animabus ſuis ſteterunt
iudei · interfectis hoſtibus ac perſecutori-
bus ſuis: in tantū ut ſeptuagintaquīq;
milia occiſorum implerentur · et nullus
de ſubſtantijs eorum quicq̄ contingeret.
Dies autem terciuſdecimus mēſis adar
vnus apud omnes interfectionis fuit:
et quartadecima die cedere deſierūt. Quē
cōſtituerunt eſſe ſolemnem: ut in eo om-
ni tēpore deinceps vacarent epulis gau-
dio atq; conuiuijs. At hij qui in vrbe
ſuſis cedem exercuerant terciodecimo ⁊ qr-
todecimo die eiuſdem menſis in cede ver-
ſati ſunt: decimoquinto autem die percu-
tere deſierunt. Et idcirco eundem diem
conſtituerunt ſolemnem epularum at-
q; leticie. Hij vero iudei qui in oppidis
nō muratis ac villis morabant̄ · quar-
tumdecimum diem menſis adar conuiui-
orum et gaudij decreuerunt: ita ut exul-
tent in eo et mittant ſibi mutuo partes
epularum ⁊ ciborū. Scripſit itaq; mar-
docheus omnia hec · ⁊ litteris comprehen-
ſa miſit ad iudeos qui in omnibus regis
prouincijs morabantur: tam in vicino
poſitis q̄ procul: ut quartamdecimam
et quintamdecimam diem menſis adar
pro feſtis ſuſciperent · et reuertente ſem-
per anno ſolemni honore celebrarent:

quia in ipis diebꝫ ſe vlti ſūt iudei de ini-
micis ſuis: et luctus atq; triſticia i bila-
ritatē gaudiūq; cōuerſi ſūt: eſſentq; di-
es iſti epiſtolarū atq; leticie. ⁊ mitterent
ſibi inuicem ciborū partes: et pauperibꝫ
munuſcula largirentur. Suſceperūtq;
iudei in ſolemnē ritum cuncta que eo tē-
pore facere ceperāt: et q̄ mardocheus litte-
ris facienda mādauerat. Aman enī filiꝰ
amadati ſtirpis agag hoſtis et aduerſari-
us iudeoꝝ cogitauit cōtra eos malū: ut
occideret illos atq; deleret: ⁊ miſit phur
quod nostra lingua vertitur in ſortem:
et poſtea ingreſſa eſt heſter ad regē ob-
ſecrans ut conatus eius litteris regis ir-
riti fierent: et malū quod cōtra iudeos
cogitauerat reuerteretur in caput eius.
Denique et ipm et filios eius affixerunt
cruci: atq; ex illo tēpore dies iſti appella-
ti ſūt phurim id eſt ſortiū: eo q̄d phur
id eſt ſors i vrnā miſſa fuerit. Et cūcta
que geſta ſūt epiſtole id eſt libri huius
volumine continentur: queq; ſuſtinue-
rint et que deinceps i mutata ſint. ſuſce-
perunt iudei ſup ſe ⁊ ſemen ſuū. et ſuper
cunctos qui religioni eoꝝ voluerint co-
pulari: ut nulli liceat duos hos dies abſ-
q; ſolemnitate trāſigere quos ſcriptura
teſtatur: et certa expetūt tempora annis
ſibi iugiter ſuccedentibꝫ. Iſti ſunt dies
quos nulla vnq̄ delebit obliuio. et per
ſingulas generationes cuncte i toto or-
be puincie celebrabūt: nec eſt vlla ciui-
tas in qua dies phurim id eſt ſortium
nō obſeruentur a iudeis. et ab eoꝝ pge-
nie que hijs cerimonijs obligata eſt.
Scripſerūtq; heſter regina filia abiahel
et mardocheus iudeus etiā ſcdam epiſto-
lam. ut oīni ſtudio dies iſta ſolemnis
ſanxiretur in poſterū. Et miſerunt ad
omnes iudeos qui in centūuigintiſeptē
prouincijs regis aſſueri verſabant. ut
haberent pacē ⁊ ſuſciperent veritatē. ob-
ſeruātes dies ſortiū: et ſuo tēpore cum
gaudio celebrarent. ſicut conſtituerāt
mardocheus ⁊ heſter. Et illi obſeruanda
ſuſceperūt a ſe ⁊ a ſemine ſuo ieiunia. at-
q; clamores ⁊ ſortiū dies: et omnia q̄
libri huius qui vocatur heſter hiſtoria
continentur.

X.

Rex vero aſſuerus omnē terrā et cū-
ctas maris inſulas fecit tributari-
as: cuius fortitudo ⁊ imperiū ⁊ dignitas
atq; ſublimitas q̄ exaltauit mardocheū
ſcripta ſunt in libris medorū atq; perſa-
rum: et quomō mardocheus iudaice ge-
neris ſecūdꝰ a rege aſſuero fuerit et ma-
gnꝰ apud iudeos. et acceptabilis plebi
fratrū ſuoꝝ. querens bona pplo ſuo. et
loquens ea que ad pacem ſeminis ſui p-
tinerent. Que habent in hebreo plena fi-
de expreſſi: hec aūt que ſecunt ſcripta re-
peri i editione vulgata que grecorū lin-
gua et litteris cōtinent: et interim poſt
finē libri hoc capitulū ferebat q̄d iuxta
cōſuetudinē noſtrā obelo id eſt veru p̄-
notauimus. Dixitq; mardocheꝰ. A deo
facta ſūt iſta. Recordatus ſum ſomnij
q̄d videram hec eadē ſignificantis: nec e-
orū quicquā irritum fuit. Paruus fonſ
qui creuit i fluuiū ⁊ i lucem ſolemq; cō-
uerſus eſt. et i aquas plurimas redun-
dauit. heſter eſt: quā rex accepit vxorē
et voluit eſſe reginā. Duo aūt dracones
ego ſum ⁊ aman. Gentes que conuene-
rāt. hij ſūt qui conati ſūt delere nomen
iudeorū. Gens aūt mea iſrl' eſt que cla-
mauit ad dn̄m: et ſaluū fecit dn̄s popu-
lum ſuū. liberauitq; nos ab oibꝫ malis
et fecit ſigna magna atq; portenta inter
gentes: ⁊ duas ſortes eſſe p̄cepit. vnā
ppli dei ⁊ alterā cunctaꝝ gentiū. Venitq;

vtraqꝫ ſors i ſtatutum ex illo iam tem-
pore coram deo vniuerſis gentibus: et
recordatus eſt dominus populi ſui·ac
miſertus hereditatis ſue. Et obſuabūt
dies iſti in menſe adar quartadecima et
quintadecima die euiſdem menſis· cum
omni ſtudio et gaudio in vnum cetum
populi congregati in cunctas deinceps
generationes pp̄li iſrahel. xi.
Anno quarto regnātibꝫ ptolomeo
et cleopatra·attulerūt doſitheus
qui ſe ſacerdotē ⁊ leuitici generis ferebat
et ptolomeus filiꝰ eiꝰ hāc epiſtolā phu-
rim·quā dixerūt interp̄tatū eſſe liſima-
chū ptolomei filiū i ih̄rlm. Hoc q̄ꝫ prin-
cipiū erat in editione vulgata: qđ nec
in hebreo nec apud vllū fert̄ interpretū
Anno ſcđo regnāte artarxerſe maximo
prima die menſis niſan: vidit ſommū
mardocheus filius iaheri filij ſemei·filij
cis de tribu beniamin·homo iudeus qui
habitabat in vrbe ſuſis: vir magnus·
et inter primos aule regie. Erat autē de
eo numero captiuoꝝ quos tranſtulerat
nabuchodonoſor rex babilonis de ihe-
ruſalem cū iechonia rege iuda: et hec eiꝰ
ſomnium fuit. Apparuerunt voces et tu-
multus·tonitrua et terremotus et con-
turbatio ſup terrā: et ecce duo dracones
magni parati q̄ꝫ cōtra ſe in prelium: ad
quorū clamorem cūcte concitate ſūt na-
tiones·ut pugnarent cōtra gentē iuſto-
rum. Fuitq̄ꝫ dies illa tenebraꝝ et diſcri-
minis·tribulationis·et anguſtie·et in-
gens formido ſup terrā. Conturbataq̄ꝫ
eſt gens iuſtorū timentiū mala ſua et p̄-
parata ad mortem. Clamaueruntq̄ꝫ ad
deum: et illis vociferantibꝫ fons paruus
creuit in fluuium maximum·et i aquas
plurimas redundauit. Lux et ſol ortus
eſt ⁊ humiles exaltati ſūt·et deuorauerūt
inclitos. Q̄d cum vidiſſet mardocheus
et ſurrexiſſet de ſtratu: cogitabat quid
deꝰ facere vellet: ⁊ fixū habebat i aīo et
ſcire cupiens qđ ſignificaret ſomnium
Morabatur aūt eo tēpore xii
in aula regis·cū bagatha ⁊ thara
eunuchis regis qui ianitores erant pa-
lacij. Cumq̄ꝫ intellexiſſet cogitationes
eorū ⁊ curas diligentius ꝑuidiſſet didi-
cit quod conarentur i regē artarxerſen
manus mittere: et nūciauit ſup eo regi.
Qui de vtroq̄ꝫ habita queſtione·cōfeſ-
ſos iuſſit duci ad mortem. Rex aūt qđ
geſtum erat ſcripſit in commentarijs.
Sed ⁊ mardocheꝰ rei memoriā i litteris
tradidit. Precepitq̄ꝫ ei rex ut in aula pa-
lacij moraret̄·datis ei pro dilatione mu-
neribꝫ. Aman vero filiꝰ amadathi buge-
us erat glorioſiſſimꝰ corā rege: ⁊ voluit
nocere mardocheo et pp̄lo eiꝰ pro duobꝫ
eunuchis regis q̄ fuerāt interfecti. Huc
uſq̄ꝫ proemium. Que ſequnt̄ in eo loco
poſita erāt vbi ſcriptū eſt i volumine ⁊
diripuerūt bona uel ſubſtantias eorū.
Que in ſola vulgata editione reperimꝰ.
Epiſtole aūt hec exemplar fuit. xiii
Rex maximus artarxerſes ab india
uſq̄ꝫ ethiopiam centumuigintiſe-
ptem prouinciarum principibus et du-
cibus·qui eius imperio ſubiecti ſunt ſa-
lutē dicit. Cū plurimis gentibꝫ impera-
rem·et vniuerſum orbem mee ditioni
ſubiugaſſem: volui nequaquam abuti
potentie magnitudine·ſed clementia et
leuitate gubernare ſubiectos: ut abſq̄ꝫ
vllo terrore vitam ſilencio trāſigentes
optata cunctis mortalibus pace fruerē-
tur. Querente autem me a conſiliarijs
meis quomō poſſet hoc impleri: vnus
qui ſapientia et fide ceteros precellebat·
et erat poſt regem ſecūdus aman nomīe

indicauit michi ĩ toto orbe terrarũ pplm
eſſe diſperſũ qui nouis vteretur legibꝰ
et cõtra oĩm gentiũ cõſuetudinẽ faciẽs
regũ iuſſa contemneret: et vniuſaꝝ con-
cordiam nationũ ſua diſſenſione viola-
ret. Quod cũ didiciſſemus · videntes vnã
gentem rebellem aduerſus omne hoĩm
genus puerſis uti legibus · noſtriſqꝫ iuſ-
ſionibus cõtraire · et turbare ſubiectaꝝ
nobis prouinciaꝝ pacẽ atqꝫ concordiã:
iuſſimus ut quoſcũqꝫ aman qui omĩbꝫ
ꝓuincijs prepoſitꝰ eſt et ſcd̃s a rege · et
quẽ patris loco colimus mõſtrauerit ·
cũ cõiugibꝫ ac liberis deleant̃ ab inimi-
cis ſuis nulluſqꝫ eorũ miſereatur · quar-
tadecima die duodecimi menſis adar an-
ni preſentis: ut nephariJ hoĩes vno die
ad inferos deſcendentes · reddant imperio
nr̃o pacẽ quã turbauerãt. Huiuſqꝫ exẽ-
plar epiſtole. Que ſecunt̃ poſt cũ locũ
ſcripta reperi vbi legit̃ · pergenſqꝫ mar-
docheus fecit omnia que ei mandauerat
heſter: nec tamen habentur ĩ hebraico et
apud nullũ penitus ferũtur interpretũ.
Mardocheus aũt deprecatus eſt dñm · me-
mor oĩm operũ eiꝰ et dixit. Dñe dñe rex
omĩpotens · in ditione enĩ tua cũcta ſunt
poſita: et non eſt qui poſſit tue reſiſtere
volũtati · ſi decreueris ſaluare iſrl̃. Tu fe-
ciſti celũ et terrã ⁊ quicquid celi ambitu
cõtinetur dñs oĩm es · nec eſt q̃ reſiſtat
maieſtati tue. Cũcta noſti et ſcis q̃a nõ
pro ſupbia ⁊ cõtumelia ⁊ aliqua glorie
cupiditate fecerim hoc · ut nõ adorarẽ a-
man ſupbiſſimũ: libẽter enĩ ꝓ ſalute iſrl̃
etiã veſtigia pedũ eiꝰ deoſculari paratꝰ eſ-
ſem: ſed timui ne honorẽ dei mei trãſferẽ-
rem ad hoĩnem · et ne quẽquã adorarẽ
excepto deo meo. Et nũc dñe rex deꝰ ab-
raham miſerere ppl̃i tui: qui volũt nos
inimici noſtri perdere et hereditatẽ tuam
delere. Ne deſpicias partem tuam quã
redemiſti de egipto. Exaudi deprecacio-
nem meã et propicius eſto ſorti et funi-
culo tuo: et conuerte luctũ noſtrum in
gaudiũ · ut viuẽtes laudemꝰ nomẽ tuũ
domine: ⁊ ne claudas ora te canentiũ.
Omnis quoqꝫ iſrl̃ pari mẽte ⁊ obſecra-
tione clamauit ad dominum: eo q᷑ eis
certa mors impenderet. xiiij

Heſter quoqꝫ regina cõfugit ad do-
minũ pauens periculũ q᷑ immine-
bat. Cumqꝫ depoſuiſſet veſtes regias.
fletibꝫ luctu apta indumenta ſuſcepit:
et pro vnguentis varijs cinere ⁊ ſtercore
impleuit caput · et corpus ſuũ humilia-
uit ieiunijs: omniaqꝫ loca in quibꝫ ante
letari cõſueuerat crinium laceracõne cõ-
pleuit · Et deprecabatur dominũ deũ iſrl̃
dicens · domine mi qui rex noſter es ſo-
lus adiuua me ſolitariam: et cuius p̃ter
te nullus auxiliator eſt alius. Periculũ
meũ in manibus meis eſt. Audiui a pa-
tre meo q᷑ tu domine tuliſſes iſrahel de
cunctis gentibus · et patres noſtros ex
omnibus retro maioribꝫ ſuis · ut poſſi-
deres hereditatem ſempiternam: feciſtiqꝫ
eis ſicut locutus es. Peccauimꝰ in con-
ſpectu tuo: et idcirco tradidiſti nos in
manꝰ inimicoꝝ noſtrorũ. Coluimꝰ enĩ
deos eorũ. Iuſtus es domine. Et nunc
non eis ſufficit quod duriſſima nos op-
ꝑimunt ſeruitute: ſed robur manuũ
ſuarum ydolorum potencie deputantes
volunt tua mutare ꝓmiſſa · et delere he-
reditatem tuã · et claudere ora laudãciũ
te · atqꝫ extinguere gloriã templi et alta-
ris tui: ut aperiant ora gencIũ et laudẽt
ydolorum fortitudinem et predicẽt car-
nalem regem in ſempiternum. Ne tra-
das domine ſceptrũ tuũ hijs q̃ nõ ſũt.
ne rideant ad ruinã noſtrã ſed conuerte

conſilium eorum ſuper eos · et eum qui
in nos cepit ſeuire diſperde. Memento
domine et oſtende te nobis in tempore
tribulationis noſtre: et da michi fiduci-
am dñe rex deorũ et vniuerſe dñe pote-
ſtatis: tribue ſermonem compoſitum in
ore meo in conſpectu leonis · et transfer
cor illius in odium hoſtis noſtri: ut et
ipſe pereat et ceteri qui ei conſentiunt.
Nos autem libera in manu tua: et adiu-
ua me nullum alium auxilium habentẽ
niſi te domine · qui habes omnium ſcien-
tiam · et noſti quia oderim gloriam ini-
quorum: et deteſter cubile incircumciſo-
rum et omnis alienigene. Tu ſcis neceſ-
ſitatem meã quod abominer ſignũ ſup-
bie · et glorie mee qd̃ ẽ ſuper caput meũ
in diebus oſtenſionis mee: et deteſter
illud quaſi pannum menſtruate · et nõ
portem in dieb9 ſilencij mei: et quod nõ
comederim in menſa aman · nec michi
placuerit conuiuiũ regis · et nõ biberim
vinũ libaminũ ⁊ nũq̃ letata ſit ancilla
tua ex q̊ huc trãſlata ſũ uſq; in preſentẽ
diẽ: niſi ĩ te dñe de9 abrahã. De9 fortis
ſup omẽs exaudi vocẽ eoꝝ q̃ nullã aliã
ſpem habent ⁊ libera nos de manu iniq̊-
rum: et erue me a timore meo. Hec q̊q;
addita reperi in editione vulgata. xv
Et mandauit ei haũt dubiũ quin
heſter mardocheus · ut ingrederet̃
ad regem: ut rogaret pro populo ſuo et
pro patria ſua. Memorare inquit dierũ
humilitatis tue · quomodo nutrita ſis
in manu mea: quia aman ſecundus a re-
ge locutus eſt contra nos in mortem: et
tu inuoca dominum et loquere regi pro
nobis · et libera nos de morte. Nec non
et iſta que ſubdita ſunt. Die autem ter-
cio depoſuit veſtimenta ornatus ſui: ⁊ cir-
cundata ẽ glĩa ſua. Cũq; regio fulgeret

habitu et inuocaſſet omnium rectorem
et ſaluatorem deum: aſſumpſit duas fa
mulas · et ſuper vnam quidem innitebat̃
quaſi pre delicijs · ⁊ nimia teneritudine
corpus ſuum ferre non ſuſtinens: alte-
ra autem famularum ſequebatur domi-
nam defluentia in humũ indumenta ſu-
ſtentans. Ipſa autẽ roſeo colore vultũ
perfuſa · et gratis ac nitentib9 oculis tri-
ſtem celabat animum · et nimio timore
contractum. Ingreſſa igitur cuncta p
ordinem oſtia ſtetit contra regem · vbi
ille reſidebat ſup ſolium regni ſui · indu-
tus veſtibus regijs auroq; fulgens ⁊ p̃-
cioſis lapidibus: eratq; terribilis aſpe-
ctu. Cunq; eleuaſſet faciem et ardentib9
oculis furorem pectoris indicaſſet: regi-
na corruit ⁊ in pallorem colore mutato
lapſum ſuper ancillulam reclinauit ca-
put. Cõuertitq; deus ſpiritum regis in
manſuetudinem: ⁊ feſtinus ac metuens
exiliuit de ſolio et ſuſtentãs eam vlnis
ſuis donec rediret ad ſe · hijs verb̃ blan
diebatur. Quid habes heſter? Ego ſũ
frater tuus noli metuere. Non morie-
ris. Non enim pro te ſed pro omnibus
hec lex conſtituta eſt. Accede igitur et
tange ſceptrum. Cunq; illa reticeret · tu-
lit auream virgã ⁊ poſuit ſup collũ ei9
et oſculatus eſt eam et ait. Cur michi
non loqueris? Que reſpondit. Vidi te
dñe quaſi angelum dei: et conturbatũ
eſt cor meũ pre timore glorie tue. Valde
enim mirabilis es dñe: et facies tua ple-
na eſt gratiarũ. Cũq; loqueret̃ rurſus
corruit et pene exanimata eſt. Rex autẽ
turbabatur et omnes miniſtri eius con-
ſolabantur eam. Exemplar epiſtole re
gis artaxerxis quã pro iudeis ad totas
regni ſui ꝓuincias miſit: qd̃ ⁊ ipm̃ in he
braico volumine non habetur. xvi

REx magnus artarxerſes ab india uſq; ethiopiā cētūviginti ſeptē prouinciarū ducibus ac principibus · qui noſtri iuſſioni obediūt: ſalutē dicit Multi bonitate principū ⁊ honore qui in eos collatus eſt abuſi ſūt in ſupbiā et nō ſolum ſubiectos regibus nituntur opprimere · ſed datam ſibi gloriā nō ferentes in ipos qui dederunt moliunt inſidias. Nec contenti ſūt gratias non agere beneficijs · ⁊ humanitatis i ſe iura violare: ſed dei q̄ cuncta cernentis arbitrant ſe poſſe fugere ſententiā. Et intantū veſanie prorupērūt ut eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant · ⁊ ita cūcta agunt ut omniū laude digni ſint · mendaciorum cuniculis conentur ſubuertere: dum aures principū ſimplices ex ſua natura alios eſtimātes callida fraude decipiunt. Que res ex veteribus probatur hiſtorijs · ⁊ ex hijs que geruntur quotidie: quomodo malis quorūdam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauentur · Unde prouidendū eſt paci omniū prouinciarū · Nec putare debetis ſi diuſa iubeamus ex animi noſtri venire leuitate: ſed pro qualitate ⁊ neceſſitate tēporū: ut rei publice poſcit vtilitas ferre ſententiam Et ut manifeſtius quod dicimus intelligatis · aman filius amadathi et animo et gente macedo alienuſq; a perſarū ſanguine · et pietatem noſtrā ſua crudelitate cōmaculans · peregrinus a nobis ſuſceptꝰ eſt: et tantā in ſe expertus humanitatē ut pater noſter vocaretur ⁊ adoretur ab omībus poſt regem ſcd'us: qui intantū arrogātie tumorē ſublatus eſt ut regno priuare nos nitteret et ſpiritu Nam mardocheū cuius fide et beneficijs viuimus et cōſortē regni noſtri heſter · cum omi gente ſua noīs quibuſdā atq; inauditis machinis expetiuit in mortē: hoc cogitans ut illis interfectis inſidiaretur noſtre ſolitudini · et regni perſarū transferret in macedonas. Nos autē a peſſimo mortaliū iudeos nece deſtinatos in nulla penitus culpa reperimꝰ: ſed e cōtrario iuſtis vtentes legibus ⁊ filios altiſſimi et maximi ſemperq; viuentis dei · cuius beneficio et patribus noſtris · et nobis regnū eſt traditū et uſq; hodie cuſtoditur. Unde eas litteras quas ſub nomine noſtro ille direxerat ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis id eſt ſuſis · ⁊ ipſe q̄ machinatus eſt et omnis cognacio eius pendet in patibulis: nō nobis ſed deo reddēte ei quod meruit. Hoc aūt edictū quod nunc mittimus in cūctis vrbibus proponatur · ut liceat iudeis vti legibꝫ ſuis: q̄bus debetis eſſe adminiculo ut eos qui ſe ad necem eorū parauerant poſſint interficere · tercia decima die menſis duodecimi qui vocatur adar. Hunc em̄ diem deus omnipotens meroris et luctus eis vertit in gaudiū. Unde et vos inter ceteros feſtos dies. Hanc habetote diē · ⁊ celebrate eam cū omi leticia: ut et in poſterum cognoſcātur omnes qui fideliter perſis obediunt dignā p fide recipere mercedē: qui aūt inſidiātur regno eorū perire p ſcelere. Omnis autem prouincia et ciuitas q̄ noluerit ſolemnitatis huius eſſe particeps gladio et igne pereat: et ſic deleatur ut non ſolū hominibꝫ ſ; etiā inuia beſtijs ſit i ſempitnū · p exemplo cōtemptꝰ et inobedientie. Explicit liber heſter

Incipit prologus in libro iob

COgor per ſingulos ſcripture diuine libros aduſarior reſpōdere maledictis · qui interptacōnē meā reprehenſione

ſeptuaginta interpretum criminantur:
quaſi nō et apud grecos aquila ſimma-
chus et theodocion · uel verbum e verbo
uel ſenſū e ſenſu uel ex vtroq; cōmixtū
et medie temperatum · genus tranſlatio-
nis expreſſerint: et omnia veteris inſtru-
menti volumina origenes obelis aſteri-
ſciſq; diſtinxerit · quos uel additos uel
theoditione ſumptos tranſlationi antiq̄
inſeruit: ꝓbans defuiſſe quod additū
eſt. Diſcāt igitur obtrectatores mei re-
cipere in toto quod in partibus ſuſceperūt
aut interpretationem meā cum aſteriſcis
ſuis radere. Neq; enim fieri poteſt ut q̄s
plura intermiſiſſe ſuſceperint · non eoſ-
dem etiam in quibuſdam erraſſe fateant̄
precipue in iob: cui ſi ea que ſub aſteri-
ſcis addita ſunt ſubtraxeris pars maxi-
ma detruncabitur: et hec dūtaxat apud
grecos. Ceterum apud latinos ante eā
trāſlationem quam ſub aſteriſcis ⁊ obe-
lis nuper edidimus · ſeptingenti ferme
aut octingenti verſus deſunt: ut decurta-
tus et laceratus corroſuſq; liber fedita-
tem ſui publice legentibꝰ prebeat. Hec
autem tranſlatio nullum de veteribus ſe-
quitur interpretē: ſed ex ipſo hebraico
arabicoq; ſmone et interdum ſiro · nūc
verba nunc ſenſus · nunc ſimul vtrūq;
reſonabit. Obliquꝰ enī etiā apud hebre-
os totus liber fertur ⁊ lubricus: ⁊ quod
greci rethores vocant ſcematis menos-
dumq; aliud loquit̄ aliud ait. Ut ſi ve-
lis anguillā uel murenulam ſtrictis te-
nere manibus · quāto fortius preſſeris
tanto citius elabit̄. Memini me ob in-
telligentiam huius voluminis liddeum
quendam preceptorem · qui apud hebre-
os primus haberi putabatur · non par-
uis redemiſſe nummis: cuiꝰ doctrina an
aliquid profecerim neſcio. Hoc vnum
ſcio nō potuiſſe me interpretari · niſi qđ
ante intellexeram. A principio itaq; vo-
luminis uſq; ad verba iob · apud hebre-
os proſa oratio eſt. Porro a verbis iob
in quibꝰ ait · pereat dies in qua natus ſū
et nox in qua dictum eſt conceptus eſt
homo · uſq; ad illū locū vbi ante finem
voluminis ſcriptum eſt · id circo ipſe me
reprehendo et ago penitentiam in favilla
et cinere · exametri verſus ſunt · dactilo
ſpondeoq; currentes: et ꝓpter lingue ydi-
oma crebro recipiētes et alios pedes · nō
earundem ſillabarum ſed eorūdem tem-
porum. Interdum quoq; rithmus ipſe
dulcis et tinnulus fertur numeris lege
reſolutis quod metrici magis quā ſim-
plex lector intelligunt. A ſupradicto
aūt verſu uſq; ad finē libri paruū coma
quod remanet proſa oratione contexit̄.
Quod ſi cui videtur incredulū metro ſci-
licet eſſe apud hebreos · ⁊ in morem no-
ſtri flacci grecīq; pindari et alchei et ſaf-
pho uel pſalterium vel lamentationes ie-
remie · uel omnia ferme ſcripturarū can-
tica comprehendi: legat philonem ioſe-
phum origenem · ceſarienſem euſebium
et eorum teſtimonio me verū dicere cō-
probabit. Audiant quapropter canes
mei idcirco me ī hoc volumine laboraſ-
ſe · non ut interpretationem antiquā re-
prehenderem: ſed ut ea que ī illa aut ob-
ſcura ſūt aut omiſſa · aut certe ſcriptoꝝ
vicio deprauata · manifeſtiora noſtra in-
terpretatione fierēt · q̄ ⁊ hebreū ſermonē
ex parte didicimus · et in latino pene ab
ipſis cunabulis inter gramaticos et re-
thores et philoſophos detriti ſumus.
Quod ſi apud grecos poſt ſeptuaginta
editionē · iam xp̄i euāgelio choruſcāte
iudeus aquila et ſimmachus ac theo-
docion iudaizantes heretici ſunt recepti ·

qui multa miſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione celarūt: et tamen in ex aplois habentur apud eccleſias. et ex-planātur ab eccleſiaſticis viris: quāto magis ego criſtianus et de parentibus criſtianis nat⁹. et vexillū crucis in mea frōte portans. cui⁹ ſtudiū fuit omiſſa re-petere. depravata corrigere. ⁊ ſacramēta eccleſie puro ⁊ fideli aperire ſermone: ul' a faſtidioſis uel a malignis lectoribus nō debeo reprobari. Habeant qui volūt veteres libros uel ī membranis purpu-reis auro argentoq; deſcriptos uel vncia-alib⁹ ut vulgo aiunt litteris onera ma-gis exarata quam codices: dūmodo mi-chi meiſq; pmittant pauperes habere ce-dulas. et non tam pulcros codices quā emendatos. Vtraq; autē editio et ſeptu-aginta iuxta grecos et mea iuxta hebre-os. in latinū meo labore tranſlata eſt. Eligat vnuſquiſq; quod vult: ⁊ ſtudi-oſum me magis quā maliuolū probet

Alius prologus. In libro Job.

Si aut fiſcellā iunco texerem aut palmaꝝ folia complica-rem aut in ſudore vultus mei comederē panem. ⁊ ven-tris opus ſollicita mente pertractarē: nul-lus morderet nemo reprehenderet. Nūc aūt q̄a iuxta ſententiā ſaluatoris volo operari cibū qui nō perit et antiquā diui-norū voluminū viam ſentibus virgul-tiſq; purgare: error michi geminus in-figitur. corrector viciorū falſarius vo-cor. et errores non auferre ſed ſerere. Tanta eſt enī vetuſtatis ꝯſuetudo ut e-tiam cōfeſſa pleriſq; vicia placeant: dū magis pulcros volūt habere codices q̄ emendatos. Quapropter o fratres dile-ctiſſimi iunciā nobilitatis ⁊ humilitatis exēplar ⁊ p flabello calatis ſportelliſq; munuſculis monachoꝝ: ſpiritalia hec et manſura dona ſuſcipite: ac beatum iob qui ad huc apud latinos iacebat ī ſtercore et vermib⁹ ſcatebat erroꝝ. inte-grū et immaculatūq; gaudete. Quomō enī poſt probacionem atq; victoriā du-plicia ſūt ei vniūſa reddidit. ita ego ī linguam noſtrā ut audacter loquar. fe-ci eum habere que amiſerat igit' et vos et vnūquemq; lectorem ſolita pfacione cōmoneo et in principijs librorū eadem ſemp annectens rogo: ut vbicūq; ſem-per precedentes virgulas videritis. ſcia-tis ea que ſubiecta ſunt in hebraicis vo-luminibus nō haberi. Porro vbi ſtelle ymago pfulſerit. ex hebreo ī ſermone no-ſtro addita ſunt. Necnon ⁊ illa que ha-beri videbantur. et ita corrupta erant ut ſenſum legentibus tollerent. orantib⁹ vobis magno labore correxi: magis v-tile quid ex odio meo eccleſijs criſti ve-turū ratus. quam ex aliorum negocio.

Incipit liber Job.

Vir erat in terra hus nomine iob. Et erat vir ille ſimplex et re-ctus ac timens deū: ⁊ recedens a malo. Na-tiq; ſūt ei ſeptem filij. et tres filie. Et fuit poſſeſſio eius ſeptē milia ouiū. ⁊ tria milia camelorū. quin-genta q̄q; iuga boum et quingētē aſine: ac familia multa nimis. Eratq; vir il-le magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius et faciebant cōuiuiū p do-mos. vnuſquiſq; in die ſuo. Et mitten-tes vocabant tres ſorores ſuas. ut co-mederent et biberent cum eis. Cumq; in orbē tranſiſſet dies conuiuij mittebat ad eos iob et ſanctificabat illos: con-ſurgēſq; diluculo offerebat olocauſta

per ſingulos. Dicebat enī. Ne forte pec-
cauerint filij mei: et benedixerint deo in
cordibus ſuis. Sic faciebat iob cunctis
diebus. Quadam autē die cū veniſſent
filij dei ut aſſiſterent coram dn̄o: affuit
inter eos etiam ſathan. Cui dixit dn̄s.
Unde venis? Qui reſpondens ait. Circui-
ui terram et perambulaui eam. Dixitq;
dominus ad eum. Nunquid conſidera-
ſti ſeruū meū iob quod nō ſit ei ſimilis
in terra: homo ſimplex ⁊ rectus ⁊ timēs
deū ac recedens a malo? Cui reſpondens
ſathan ait. Nūquid fruſtra timet iob de-
um? Nonne tu vallaſti eū ac domū ei⁹
vniuerſamq; ſubſtantiā ei⁹ per circuitū?
Operib⁹ manuū eius benedixiſti: et poſ-
ſeſſio ei⁹ creuit i terra. Sed extende pau-
lulum manum tuā et tange cuncta que
poſſidet: niſi i facie tua bn̄dixerit tibi. Di-
xit ergo dn̄s ad ſathan. Ecce vniuerſa
que habet in manu tua ſūt: tantū in eū
ne extendas manū tuā. Egreſſuſq; eſt
ſathan a facie dn̄i. Cum autē quadā die
filij et filie ei⁹ comederent et biberent vi-
num i domo fratris ſui primogeniti: nū-
cius venit ad iob qui diceret. Boues a-
rabant et aſine paſcebantur iuxta eos:
et irruerunt ſabei tuleruntq; omnia. et
pueros percuſſerunt gladio: ⁊ euaſi ego
ſolus ut nunciarem tibi. Cumq; adhuc
ille loqueret̄. venit alter ⁊ dixit. Ignis
dei cecidit e celo: ⁊ tactas oues pueroſq;
conſūpſit: et effugi ego ſol⁹ ut nūciarē
tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquēte venit ali-
us et dixit. Chaldei fecerūt tres turmas
et inuaſerūt camelos et tulerūt eos: nec
nō et pueros percuſſerūt gladio: ⁊ ego
fugi ſol⁹ ut nūciarē tibi. Adhuc loque-
bat̄ ille: et ecce ali⁹ intrauit ⁊ dixit. Filijs
tuis et filiab⁹ veſcentibus et bibentib⁹
vinū in domo fratris ſui primogeniti.
repente vent⁹ vehemens irruit a regione
deſerti et concuſſit q̄tuor angulos dom⁹
que corruens oppreſſit liberos tuos. et
mortui ſūt: ⁊ effugi ego ſol⁹ ut nūciarē
tibi. Tunc ſurrexit iob. ⁊ ſcidit tunicā
ſuam: et tonſo capite corruens in terrā
adorauit et dixit. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee: et nudus reuertar
illuc. Dominus dedit dominus abſtulit
ſicut domino placuit ita factum eſt: ſit
nomen domini benedictum. In omib⁹
hijs non peccauit iob labijs ſuis: neq;
ſtultū quid contra deū locutus eſt. ij
Factum eſt autem cum quadā die
veniſſent filij dei et ſtarent coram
domino: veniſſet quoq; ſathan inter e-
os et ſtaret in conſpectu eius ut diceret
dominus ad ſathan. Unde venis? Qui
reſpondens ait. Circuiui terram: et per-
ambulaui eam. Et dixit dominus ad ſa-
than. Nunquid conſideraſti ſeruum me-
um iob ꝙ non ſit ei ſimilis i terra. vir
ſimplex et rectus et timens deum ac re-
cedens a malo: et adhuc retinens inno-
centiam? Tu autem commouiſti me ad-
uerſus eum: ut affligerem eum fruſtra.
Cui reſpondens ſathan ait. Pellem pro
pelle: et cuncta que habet homo dabit
pro anima ſua. Alioquin mitte manum
tuam et tāge os eius. et carnem: ⁊ tūc
videbis quod in faciem benedicat tibi.
Dixit ergo dominus ad ſathan. Ecce in
manu tua eſt: veruntamen animā illius
ſerua. Egreſſus igitur ſathan a facie do-
mini percuſſit iob vlcere peſſimo: a plan-
ta pedis uſq; ad verticem eius. Qui te-
ſta ſaniem radebat: ſedens i ſterquilinio
Dixit autem illi vxor ſua. Adhuc tu
permanes in ſimplicitate tua? Benedic
deo et morere. Qui ait ad illam. Quaſi
vna de ſtultis mulieribus locuta es.

Si bona ſuſcepimus de manu dñi : ma-
la quare nõ ſuſtineamus ? In omibus
hijs non peccauit iob labijs ſuis. Igiẽ
audientes tres amici iob omne malum
quod accidiſſet ei venerũt ſinguli de lo-
co ſuo: eliphaz themanites ⁊ baldad ſu-
ites et ſophar naamathites. Cõdixerãt
enim: ut pariter venientes viſitarent eũ
et cõſolarentur. Cumq; eleuaſſent pro-
cul oculos ſuos : non cognouerũt eum
Et exclamantes plorauerũt : ſciſſiſq; ve-
ſtibus ſparſerũt puluerem ſup caput ſu-
um in celum. Et ſederũt cum eo in terra
ſeptem diebus et ſeptem noctibus : et ne-
mo loquebatur ei verbũ . Videbant enĩ
dolorem eſſe vehementem. iij.

Post hec aperuit iob os ſuũ : et ma-
ledixit diei ſuo: et locut⁹ eſt . Pe-
reat dies in qua natus ſum: et nox in q̃
dictũ eſt cõceptus eſt homo . Dies illa
vertetur in tenebras . Nõ requirat eum
deus deſup et non illuſtreẽ lumine . Ob-
ſcurent eum tenebre et vmbra mortis .
Occupet eũ caligo et inuoluatur amari-
tudine . Noctem illam tenebroſus tur-
bo poſſideat . Nõ computetur in dieb⁹
anni nec numeretur in menſibus . Sit
nox illa ſolitaria: nec laude digna . Ma-
ledicant ei qui maledicũt diei:qui para-
ti ſũt ſuſcitare leuiathan . Obtenebrẽt
ſtelle caligine eius. Expectet lucem et nõ
videat : nec ortũ ſurgẽtis aurore . Quia
nõ concluſit oſtia ventris qui portauit
me : nec abſtulit mala ab oculis meis .
Quare nõ in vulua mortuus ſũ . egreſ-
ſus ex vtero nõ ſtatim perij ? Quare exce-
ptus genibus: cur lactatus vberibus ?
Nunc enĩ dormiens ſilerẽ . ⁊ ſomno meo
requieſcerem cũ regib⁹ ⁊ ɔſulibus terre
qui edificant ſibi ſolitudines : aut cum
principibus q̃ poſſident aurũ : et replẽt
domos ſuas argento . Aut ſicut abortiuũ
abſconditũ non ſubſiſterem : uel q̃
concepti non viderũt lucem . Ibi impij
ceſſauerunt a tumultu: et ibi requieue-
runt feſſi robore: et quõdam vincti pa-
riter ſine moleſtia. Non exaudierũt vo-
cem exactoris . Paruus et magnus ibi
ſunt: et ſeruus liber a dño ſuo. Quare
miſero data eſt lux . et vita hijs qui in
amaritudine anime ſũt ? Qui expectãt
mortẽ ⁊ nõ venit: q̃ſi effodiẽtes theſau-
rũ : gaudentq; vehementer cum inuenerit
ſepulcrum . Viro cuius abſcõdita eſt
via: et circũdedit eum de⁹ tenebris. An-
tequam comedam ſuſpiro . et quaſi in-
undantes aque ſic rugitus meus: quia
timor quem timebã euenit michi: ⁊ qđ
verebar accidit . Nonne diſſimulaui ?
Nõne ſilui ? Nõne quieui ? Et venit ſup
me indignacio. iiij.

Reſpondens autem eliphás thema-
nites dixit. Si ceperimus loqui ti-
bi: forſitan moleſte accipies. Sed con-
ceptum ſermonem quis tenere poterit.
Ecce docuiſti multos: et manus laſſas
roboraſti . Vacillantes confirmauerũt
ſermones tui : et genua trementia cõfor-
taſti. Nunc autem venit ſuper te plaga
et defeciſti: tetigit te ⁊ conturbatus es.
Timor tuus . fortitudo tua . et paciẽcia
tua : et perfectio viarum tuarũ. Recor-
dare obſecro te quis vnquam innocẽs
perijt: aut quando recti deleti ſũt ? Qui
pocius vidi eos qui operãt iniquitatẽ et
ſeminant dolores et metũt eos ſlante de-
o periſſe: et ſpiritu ire eius eſſe conſum-
ptos ? Rugitus leonis et vox leene . et
dentes catulorum leonũ contriti ſunt.
Tigris perijt eo quod non haberet pre-
dam: et catuli leonis diſſipati ſũt. Põ-
ro ad me dictũ eſt verbũ abſconditũ:

et quaſi furtiue ſuſcepit auris mea ve-
nam ſuſurri eius. In horrore viſionis
nocturne quando ſolet ſopor occupare
homines · pauor tenuit me et tremor: et
omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum
ſpiritus me preſente tranſiret: inhorru
erunt pili carnis mee. Stetit quidā cui⁹
non agnoſcebam vultum ymago corā
oculis meis: et vocem quaſi aure lenis.
audiui. Nūquid homo dei cōparatione
iuſtificabitur: aut factori ſuo purior e-
rit vir? Ecce qui ſeruiunt ei non ſūt ſta-
biles: et in angelis ſuis reperit prauita-
tem. Quātomagis hii qui habitant do-
mos luteas qui terrenum habent funda-
mentum conſumentur velut a tinea: de
mane uſq; ad veſperam ſuccidentur: et qa
nullus intelligit in eternum peribunt.
Qui aūt reliqui fuerint auferentur ex eis:
morientur et nō in ſapientia. v ·

Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat
et ad aliquē ſanctorū conuertere.
Virū ſtultū interficit iracundia: et par-
uulū occidit inuidia. Ego vidi ſtultū
firma radice: et maledixi pulcritudini
eius ſtatim. Longe fient filii eius a ſalu-
te: et conterentur in porta: et non erit
qui eruat. Cuius meſſem famelicus co-
medet: et ipm rapiet armatus: et bibēt
ſitientes diuitias eius. Nichil in terra ſi-
ne cauſa fit: et de humo non orietur do-
lor. Homo ad laborem naſcitur: ⁊ auis
ad volatū. Quāobrem ego deprecabor
dñm: ⁊ deū ponā eloquium meū. Qui fa-
cit magna ⁊ inſcrutabilia: et mirabilia
abſq; numero. Qui dat pluuiā ſup faciē
terre: et irrigat aquas vniuerſas. Qui
ponit humiles i ſublime: et merentes
erigit ſoſpitate. Qui diſſipat cogitati-
ones malignoꝝ: ne poſſint implere ma-
nus eorū qd ceperant. Qui apprehendit
ſapientes in aſtutia eoꝝ: ⁊ conſiliū pra-
uoꝝ diſſipat. Per diē incurrēt tenebras
et quaſi in nocte ſic palpabūt i meridie
Porro ſaluū faciet egenū a gladio oris
eoꝝ: et de manu violenti pauperem. Et
erit egeno ſpes: iniqtas aūt ɔtrahet os
ſuū. Beatus homo qui corripit a dño.
Increpationem ergo dñi ne reprobes:
quia ipſe vulnerat et medetur: percutit et
manus eius ſanabūt. In ſex tribulatio-
nibus liberabit te: ⁊ in ſeptima nō tan-
get te malū. In fame eruet te de morte:
et i bello de manu gladii. A flagello lin-
gue abſcōderis: ⁊ nō timebis calamita-
tem cū venerit. In vaſtitate ⁊ fame ride-
bis: et beſtias terre nō formidabis. Sȝ
cū lapidib; regionū pactū tuū: ⁊ beſtie
terre pacifice erūt tibi. Et ſcies qd pacē
habeat tabernaculū tuū: ⁊ viſitās ſpeciē
tuam nō peccabis. Scies quoq; quoniā
multiplex erit ſemen tuū: ⁊ pgenies tua
quaſi herba terre. Ingredieris in abun-
dantia ſepulcrū: ſicut inferť aceruus i tē-
pore ſuo. Ecce hoc ut inueſtigauim⁹ ita
eſt: qd auditū mente ptracta. vi

Reſpōdens aūt iob dixit. Vtinā ap-
penderentur peccata mea quib⁹ iram
merui: ⁊ calamitas quā patior in ſtatera
quaſi arena maris hec grauior appareret.
Vnde ⁊ verba mea dolore ſūt plena: qa
ſagitte dñi in me ſunt · quarū indigna-
tio ebibit ſpiritū meum: et terrores dñi
militant cōtra me. Numquid rugiet o-
nager cum habuerit herbā: aut mugiet
bos cū ante preſepe plenū ſteterit? Aut
poterit comedi inſulſū: qd non eſt ſale
cōditū? Aut poteſt aliquis guſtare: qd
guſtatum affert mortem? Anime enim
eſurientium amara dulcia eſſe viden-
tur. Que prius nolebat tangere anima
mea: nunc pre anguſtia cibi mei ſunt.

Quis det ut veniat petiõ mea ⁊ quod ex-
pecto tribuat michi deus: et q̇ cepit ipe
me conterat? Soluat manū ſuā et ſucci-
dat me: et hec michi ſit conſolatio ut
affligens me dolore nō parcat: nec con-
tradicam ſermonib⁹ ſancti. Que eſt eīn
fortitudo mea ut ſuſtineam: aut quis fi-
nis meus ut patienter agam? Nec forti-
tudo lapidū fortitudo mea nec caro mea
enea eſt. Ecce nō ē auxiliū michi ī me et
neceſſarij q̄ꝫ mei receſſerūt a me. Ablata
eſt a me mia dñi ⁊ viſitatio me deſpexit
Qui tollit ab amico ſuo miſericordiā:
timorem dñi derelinquit. Fratres mei p̄-
terierūt me: ſicut torrens qui raptim trā-
ſit in cōuallibus. Qui timent pruinam
irruet ſup eos nix. Tempore quo fue-
rint diſſipati peribunt: ⁊ ut incaluerint
ſoluentur de loco ſuo. Inuolute ſūt ſe-
mite greſſuū eorū: ambulabūt inuacuū
et peribūt. Conſiderate ſemitas theman
itinera ſaba: et expectate pauliſper. Con-
fuſi ſunt: quia ſperaui. Venerūt q̄ꝫ uſqꝫ
ad me: et pudore cooperti ſūt. Nūc veni-
ſtis: et modo videntes plagā meā time-
tis? Nūquid dixi afferte michi ⁊ de ſub-
ſtantia veſtra donate michi: uel liberate
me de manu hoſtis et de manu robuſto-
rum eruite? Docete me et ego tacebo: et
ſi q̄d forte ignoraui inſtruite me. Qua-
re detraxiſtis ſermonib⁹ veritatis: cū e
vobis nullus ſit qui poſſit arguere? Ad
increpandum tantū eloquia cōcinnatis
et ī ventū verba profertis. Super pupil-
lum irruitis: et ſubuertere nitimini ami-
cū veſtrū. Verūtamē q̄d cepiſtis explete
Prebete aurē: et videte an mentiar. Re-
ſpondete obſecro abſqꝫ contentione: et
loquentes id quod iuſtū eſt iudicare.
Et nō inuenietis ī lingua mea iniq̄tatē
nec in faucib⁹ meis ſtulticia perſonabit.

Milicia eſt vita hominis ſuper ter-
ram: et ſicut dies mercenarij dies
ei⁹. Sicut ceruus deſiderat vmbram et
ſicut mercenari⁹ preſtolatur finē operis
ſui: ſic et ego habui menſes vacuos: et
noctes laborioſas enumeraui michi. Si
dormiero dico quādo conſurgā: ⁊ rurſū
expectabo veſperā et replebor dolorib⁹
uſqꝫ ad tenebras. Induta eſt caro mea
putredine et ſordibus pulueris: cutis
mea aruit ⁊ contracta eſt. Dies mei ve-
locius tranſierūt quā a texente tela ſucci-
ditur: et conſūpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe.
Memēto quia ventus eſt vita mea: et
non reuertetur oculus meus ut videat
bona: nec aſpiciet me viſus hominis.
Oculi tui in me: ⁊ nō ſubſiſtam. Sicut
conſumitur nubes ⁊ pertranſit: ſic qui
deſcenderit ad inferos nō aſcendet: nec re-
uertetur vltra in domū ſuā: neqꝫ cōgno-
ſcet eū ampli⁹ locus eius. Quapropter
et ego non parcā ori meo: loquar in tri-
bulatione ſpiritus mei: cōfabulabor cū
amaritudine aīe mee. Nunquid mare
ego ſū aut cetus: q2 circūdediſti me car-
cere? Si dixero cōſolabitur me lectul⁹
meus et releuabor loquēs mecū in ſtra-
tu meo: terrebis me per ſomnia: et per
viſiones horrore concuties. Quāobrem
elegit ſuſpendiū anima mea: ⁊ mortem
oſſa mea. Deſperaui Nequaq̄ꝫ vltra iā
viuam. Parce michi: nichil eīn ſunt di-
es mei. Quid eſt homo q2 magnificas
eum: aut quid appōis erga eū cor tuū
Viſitas eū diluculo: ⁊ ſubito p̄bas illū
Vſquequo nō parcis michi: nec dimit-
tis me ut glutiā ſaliuā meā? Peccaui.
Quid faciā tibi o cuſtos hominū? Qua-
re poſuiſti me contrariū tibi: et fact⁹ ſū
michimetipſi grauis? Cur non tollis
peccatum meum: et quare non aufers

iniquitatem meã? Ecce nunc in puluere
dormiam · et si mane me quesieris non
subsistam. viii

RԐspondens aũt baldath suites di-
xit. Vsquequo loqueris talia: et
spiritus multiplex sermonis oris tui?
Nunquid deus supplãtat iudicium: et
omnipotens subuertit quod iustum ē?
Etiã si filij tui peccauerũt ei et dimisit e-
os ĩ manu iniquitatis sue: tu tamẽ si di-
luculo cõsurrexeris ad deũ et omĩpotentẽ
fueris deprecatus · si mũdus et rectus in
cesseris statim euigilabit ad te: ⁊ paca-
tũ reddet habitaclm iustitie tue: intan-
tũ ut si priora tua fuerint parua: ⁊ nouis-
sima tua mltiplicent nimis. Interroga
enim generacõnem pristinam ⁊ diligen-
ter inuestiga patrum memoriã: hesterni
quippe sumus et ignoramus · quoniam
sicut vmbra dies nr̃i sũt sup terrã: et ipsi
docebũt te. loquent tibi: et de corde suo
pferent eloq̃a. Nũq̃d virescere potest
scirpꝰ absq; humore: ã crescere carectũ
sine aqua? Cũ adhuc sit ĩ flore nec car-
pat manu ante oẽs herbas arescit. Sic vie
omnium qui obliuiscuntur deũ et spes
ypocrite peribit. Non ei placebit vecor-
dia sua et sicut tela aranearũ fiducia eiꝰ
Innitetur super domũ suam et non sta-
bit: fulciet eam et non cõsurget. Hume-
ctus videtur anteq̃ veniat sol: et in or-
tu suo germẽ eius egredietur. Super a-
ceruum petrarũ radices eiꝰ densabũtur ⁊
inter lapides cõmorabit. Si absorbue-
rit eum de loco suo: negabit eũ et dicet
Non noui te. Hec est enim leticia vie e-
ius: ut rursum de terra alij germinentur
Deus non proiciet simplicem: nec por-
riget manũ malignis: donec impleatur
risu os tuũ: ⁊ labia tua iubilo. Qui ode-
rũt te induent ɔfusione: et tabernaculũ
impiorum non subsistet. ix

ET respõdẽs iob ait. Vere scio qd̃
ita sit: et q non iustificetur homo
cõpositus deo. Si voluerit cõtendere cũ
eo: non poterit respondere ei vnum pro
mille. Sapiẽs corde est: et fortis robo-
re. Quis restitit ei: et pacẽ habuit? Qui
transtulit montes · et nescierũt hij quos
subuertit ĩ furore suo. Qui cõmouet ter-
rã de loco suo ⁊ columne eiꝰ cõcutientur
Qui pẽpit soli et non oritur: et stellas
claudit q̃si sub signaculo. Qui extendit
celos solus ⁊ graditur sup fluctus ma-
ris. Qui facit arcturũ et oriona et hya-
das: ⁊ interiora austri. Qui facit mag-
na et incomprehensibilia: et mirabilia
quorum nõ ē numerus. Si venerit ad me
non videbo: si abierit non intelligã eũ.
Si repente interroget quis respõdebit ei
Vel q̃s dicere potest cur facis? Deus cuiꝰ
ire nemo resistere potest: et sub quo cur-
uant qui portãt orbem. Quantus ergo
sum ego ut respondeã ei: et loquar ver-
bis meis cum eo? Qui etiam si habuero
quippiã iustũ nõ respõdebo · sed meũ iudi-
cem deprecabor: et cũ inuocantẽ me exau-
dierit: nõ credo q talis audierit vocem
meam. In turbine enim conteret me: ⁊
mltiplicabit vulnera mea etiã sine cau-
sa. Non concedit requiescere spiritum
meum: ⁊ implet me amaritudinibꝰ. Si
fortitudo queritur: robustissimꝰ est. Si e-
quitas iudicij: nemo audet p me testi-
moniũ dicere. Si iustificare me voluero
os meũ cõdemnabit me. Si innocentem
ostẽdero: prauum me cõprobabit. Etiã
si simplex fuero · hoc ipm ignorabit a-
nima mea: et tedebit me vite mee. Vnũ
est quod locutus sum: et innocentem et
impiũ ipse consumit. Si flagellat occi-
dat semel: ⁊ nõ de penis innocentũ rideat

Terra data eſt in manus impij vultum
iudicū eius operit. Quod ſi nō ille eſt.
quis ergo eſt? Dies mei velociores fuerūt
curſore. fugerūt et nō viderūt bonum.
Pertranſierūt quaſi naues poma portā-
tes: ſicut aquila volans ad eſcam. Cum
dixero nequaquā ita loquar commuto fa-
ciem meā: et dolore torqueor. Verebar
omnia opera mea ſciens qd nō parceres
delinquēti. Si aūt et ſic impius ſū q̄re
fruſtra laboraui? Si lotus fuero quaſi
aquis niuis. et fulſerint velut mūdiſſi-
me manꝰ mee: tamē ſordibꝰ intingues
me: ⁊ abhominabūt me veſtimēta mea
Neqꝫ eñ viro qui ſimilis mei eſt reſpō-
debo: nec qui mecū ī iudicio ex equo poſ-
ſit audiri. Nō eſt qui vtrūqꝫ valeat ar-
guere: et ponere manū ſuā ī ambobus.
Auferat a me virgam ſuā: et pauor eiꝰ
nō me terreat. Loquar ⁊ nō timebo eū.
Neqꝫ eñ poſſū metuens reſpōdere. x
Tedet animā meā vite mee: dimittā
aduſum me eloquiū meū. Loquar
in amaritudine anime mee: dicam deo.
noli me cōdēnare. Indica michi: cur
me ita iudices? Nūquid bonū tibi videt
ſi calumnieris me ⁊ opprimas me. opꝰ
manuū tuarꝫ: ⁊ cōſiliū impiorꝫ adiuues
Nunquid oculi carnei tibi ſūt aut ſicut
videt homo ⁊ tu videbis? Nūquid ſicut
dies hominis dies tui. et anni tui ſicut
humana ſūt tēpora: ut queras iniquita-
tem meā et peccatū meū ſcruteris? Et ſci-
as quia nichil impiū fecerim. cum ſit ne-
mo qui de manu tua poſſit eruere. Ma-
nus tue fecerūt me et plaſmauerūt me
totū in circuitu: et ſic repente precipitas
me. Memēto queſo qd ſicut lutū feceris
me: et in puluerē reduces me. Nōne ſi-
cut lac mulſiſti me. et ſicut caſeū me co-
agulaſti? Pelle ⁊ carnibus veſtiſti me:
oſſibus et neruis cōpegiſti me. Vitā et
miſericordiam tribuiſti michi: et viſi-
tacio tua cuſtodiuit ſpiritū meū. Licet
hec celes in corde tuo: tamen ſcio quia
vniūſorū memineris. Si peccaui ⁊ ad
horam pepercisti michi. cur ab iniq̄tate
mea mūdū me eē nō pateris? Et ſi impiꝰ
fuero ve michi eſt: ⁊ ſi iuſtus nō leuabo
capud ſaturatus afflictione et miſeria
Et ꝓpter ſupbiā quaſi leena capies me:
reuerſus mirabiliter me crucias. Inſta-
ras teſtes tuos contra me. et multipli-
cas irā tuā aduerſū me: et pene militāt ī
me. Quare de vulua eduxiſti me? Qui
vtinā cōſūptus eſſem ne oculus me vi-
deret. Fuiſſem quaſi non eſſem: de vte-
ro tranſlatus ad tumulum. Nunquid
non paucitas dierum meorum finief
breui? Dimitte ergo me dñe ut plangā
paululum dolorem meū antequā vadam
et non reūtar ad terrā tenebroſā ⁊ oper-
tam mortis caligine: terram miſerie et
tenebrarꝫ: vbi vmbra mortis et nullꝰ
ordo. ſed ſempiīnꝰ horror inhabitans.
Reſpondens aūt xi
Sophar naamathites dixit. Nū-
quid qui multa loquitur non audiet:
aut vir verboſus iuſtificabitur? Tibi
ſoli tacebunt homines: ⁊ cū ceteros irri-
ſeris a nullo confutaberis? Dixiſti eñ.
Purus eſt ſermo meus: et mundus ſū
in conſpectu tuo. Atqꝫ vtinā deus loq̄-
retur tecū et aperiret labia ſua tibi: ut o-
ſtenderet tibi ſecreta ſapiencie et ꝙ mul-
tiplex eſſet lex eiꝰ: ⁊ intelligeres ꝙ mul-
to minora exigaris ab eo quā meretur
iniquitas tua. Forſitan veſtigia dei con-
ꝑhendes: et uſqꝫ ad pfectū omnipotentē
reperies? Excelſior celo eſt. Et qd facies
Profūdior inferno: ⁊ vnde cognoſces?
Longior terra mēſura eiꝰ: ⁊ latior mari

Si ſubuerterit omnia uel in vnum coar-
tauerit quis contradicet ei: uel quis di-
cere ei poteſt cur ita facis? Ipſe enim no-
uit hominū vanitatem: ⁊ videns iniqui-
tatem nonne conſiderat? Vir vanus in
ſuperbiam erigitur: et tanq̄ʒ pullū ona-
gri ſe liberū natū putat. Tu aūt firma-
ſti cor tuū ⁊ expandiſti ad eū manus tu-
as. Si iniquitatem que eſt ī manu tua
abſtuleris a te non manſerit in taberna-
culo tuo iniuſticia: tunc leuare poteris
faciē tuā abſq; macula: et eris ſtabilis
et non timebis. Miſerie quoq; obliui-
ſceris: et quaſi aquarum que preteri-
erūt recordaberis: et quaſi meridianus
fulgor conſurget tibi ad veſperā. Et cū
te cōſumptum putaueris orieris ut lu-
cifer: et habebis fiduciā ꝓpoſita tibi ſpe
et defoſſus ſecurus dormies. Requieſces
et nō erit qui te exterreat: et deprecabunt
faciē tuā plurimi. Oculi aūt impiorū de-
ficient: et effugiū peribit ab eis: et ſpes
illorū abominatio anime. xij.

Reſpondens aūt iob dixit. Ergo
vos eſtis ſoli homines: et vobiſcū
orietur ſapientia? Et michi eſt cor ſicut
et vobis: nec inferior veſtri ſum. Quis
enī hec que noſtis ignorat? Qui deridet
ab amico ſuo ſicut ego: inuocabit deum
et exaudiet eū. Deridetur enī iuſti ſimpli-
citas: lampas cōtempta apud cogitati-
ones diuitū: parata ad tempus ſtatutū
Abundāt tabernacula predonum: et au-
dacter prouocant deū: cū ipſe dederit om-
nia in manus eorū. Nimirum interroga
iumenta et docebunt te: et volatilia celi
et indicabūt tibi. Loquere terre ⁊ reſpō-
debit tibi: et narrabunt piſces maris.
Quis ignorat q̄ oīa hec man⁹ dn̄i fece-
rit? In cui⁹ manu anima omnis viuētis:
et ſpiritus vniuſe carnis hoīs. None
auris verba diiudicat: et fauces comedē-
tis ſaporē? In antiquis eſt ſapientia: et
in multo tempore prudētia. Apud ipm
eſt ſapientia et fortitudo: ⁊ ipſe habet cō-
ſiliū et intelligētiā. Si deſtruxerit nemo
eſt q̄ edificet: ſi incluſerit hominē null⁹
eſt qui aperiat. Si cōtinuerit aquas oīa
ſiccabuntur: ſi emiſerit eas ſubuertent
terrā. Apud ipm eſt fortitudo et ſapien-
tia. Ipſe nouit et decipientē: et eū qui de-
cipit. Adducit cōſiliarios in ſtultū finē
et iudices in ſtuporē. Balteū regū diſ-
ſoluit: et p̄cingit fune renes eorū. Ducit
ſacerdotes inglorios: ⁊ optimates ſupplā-
tat. Cōmutās labiū veraciū: et doctrinā
ſenū auferens. Effundit deſpectionē ſup
principes: et eos qui oppreſſi fuerāt rele-
uat. Qui reuelat profunda de tenebris:
et producit in lucē vmbram mortis. Qui
multiplicat gētes ⁊ pdit eas: et ſubuer-
ſas in integrū reſtituit. Qui immutat
cor principū ppli terre: et decipit eos ut
fruſtra incedant per inuium. Palpabūt
quaſi in tenebris et non ī luce: et errare
eos faciet quaſi ebrios. xiij.

Ecce omia hec vidit oculus meus
et audiuit auris mea: et intellexi
ſingula. Secundum ſcientiā veſtram et
ego noui: nec inferior veſtri ſum. Sed
tamen ad omnipotentē loquor: ⁊ diſpu-
tare cum deo cupio: prius vos oſtendens
fabricatores mendacij et cultores peruer-
ſorum dogmatum. Atq; vtinā taceretis
ut putaremini ſapientes eſſe. Audite
ergo correptiones meas: et iudiciū la-
biorum meorū attendite. Nunquid de⁹
indiget veſtro mendacio: ut pro illo lo-
quamini dolos? Nunquid faciē eius ac-
cipitis: ⁊ pro deo iudicare nitimini? Aut
placebit ei quē celare nichil poteſt: aut
decipietur ut homo veſtris fraudulēcijs

Ipſe vos arguet: quoniã ĩ abſcondito
faciem eius accipitis. Statim ut ſe com-
mouerit turbabit vos: et terror eius ir-
ruet ſuper vos. Memoria veſtra cõpara-
bitur cineri: et redigentur in lutũ ceruí-
ces veſtre. Tacete pauliſper: ut loquar
quodcũq; michi mẽs ſuggeſſerit. Qua-
re lacero carnes meas dentibꝫ meis: et
animã meã porto in manibꝫ meis? Etiã
ſi occiderit me: in ipo ſperabo. Veruntã-
men vias meas ĩ cõſpectu eius arguam
et ipſe erit ſaluator meus. Non eñ ve-
niet ĩ cõſpectu eius oĩs ypocrita. Au-
dite ſermonẽ meũ: et enigmata percipite
auribꝫ veſtris. Si fuero iudicatus: ſcio
ꝙ iuſtus inueniar. Quis eſt qui iudice-
tur mecũ? Veniat. Quare tacens conſu-
mor? Duo tantũ ne facias michi: et tũc
a facie tua nõ abſcondar. Manũ tuam
longe fac a me: et formido tua nõ me
terreat. Voca me et reſpondebo tibi: aut
certe loquar: et tu reſpõde michi. Quan-
tas habeo iniquitates et peccata: ſcelera
mea et delicta oſtende michi. Cur faciem
tuã abſcondis: et arbitraris me inimicũ
tuũ? Contra foliũ quod vento rapitur
oſtendis potentiã tuã: et ſtipulã ſiccam
perſequeris. Scribis eñ contra me ama-
ritudines: et conſumere me vis peccatis
adoleſcentie mee. Poſuiſti in neruo pe-
dem meum: et obſeruaſti omnes ſemi-
tas meas: et veſtigia pedũ meorũ cõſide-
raſti. Qui quaſi putredo conſumendus
ſũ: et quaſi veſtimentũ quod comedit
a tinea. Homo natus de muliere breui
viuens tempore: repletur multis miſe-
riis. Qui quaſi flos egreditur et cõteri-
tur: et fugit velut vmbra: et nunꝗ in
eodẽ ſtatu permanet. Et dignũ ducis ſu-
per huiuſcemodi aperire oculos tuos: et
adducere eũ tecũ in iudiciũ? Quis poteſt
facere mũdũ de immũdo cõceptũ ſemine
Nonne tu qui ſolus es. xiiij.

Breues dies hominis ſunt: nume-
rus menſiũ eius apud te eſt. Cõ-
ſtituiſti terminos eius q̃ preteriri nõ pote-
rũt. Recede paululũ ab eo ut q̃eſcat: do-
nec optata veniat ſicut mercenarii dies
eius. Lignũ habet ſpem. Si precisum fu-
erit: rurſũ vireſcit: et rami eiꝰ pullulãt.
Si ſenuerit in terra radix eius et impul-
uere emortuꝰ fuerit truncus illius: ad
odorem aque germinabit: et faciet co-
mã quaſi cũ primũ plantatũ eſt. Homo
vero cũ mortuꝰ fuerit et nudatus atq;
conſumptus: vbi queſo eſt? Quomõ
ſi recedãt aque de mari et fluuius vacue-
factus areſcat: ſic homo cũ dormierit.
nõ reſurget. Donec atteratᷣ celũ nõ euigi-
labit: nec conſurgat de ſomno ſuo. Quis
michi hoc tribuat ut ĩferno ꝓtegas me et
abſcõdas me donec pertrãſeat furor tuꝰ:
et cõſtituas michi tẽpus ĩ q̃ recorderis
mei? Putaſne mortuꝰ homo rurſũ vi-
uet? Cũctis diebꝫ quibꝫ nũc milito: ex-
pecto donec veniat inmutacõ mea. Voca-
bis me: et ego reſpõdebo tibi et operi ma-
nuũ tuarũ porriges dexterã. Tu quidẽ greſ-
ſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis
meis. Signaſti quaſi ĩ ſacculo delicta mea
ſed curaſti iniquitatẽ meã. Mõs cadẽs de-
fluet: et ſaxũ trãſfertᷣ de loco ſuo. Lapi-
des excauãt aque: et alluuione paulatĩ
terra conſumitur: et homines ergo ſimili-
ter perdes. Roboraſti eũ paululũ: et in
ꝑpetuũ trãſiret. Immutabis faciẽ eiꝰ:
et emittes eũ. Siue nobiles fuerĩt filii
eius ſiue ignobiles: nõ intelligent. At
tamẽ caro eius dũ viuet dolebit: et ani-
ma illiꝰ ſup ſemetipſo lugebit. xv.

Reſpõdens aũt eliphaz themanites
dixit. Nũquid ſapiens reſpondebit

quaſi in ventum loquens: et implebit
ardore ſtomachum ſuum? Arguis ver-
bis eum qui nō eſt equalis tui et loque-
ris quod tibi non expedit. Quātum in
te eſt euacuaſti timorem: ⁊ tuliſti preces
coram deo. Docuit enim iniquitas tua
os tuum: et imitaris linguam blaſphe-
mantium. Condemnabit te os tuum et
nō ego: et labia tua reſpondebunt tibi.
Numquid primus homo tu natus es ⁊
ante colles formatus? Numquid cōſiliū
dei audiſti: ⁊ inferior te erit eiꝰ ſapiencia
Quid noſti quod ignoremus: q̄d intelli-
gis quod neſciamus? Et ſenes et antiq̄
ſunt ī nobis: multo vetuſtiores quam
patres tui. Numquid grande eſt ut con-
ſoletur te deꝰ? Sed verba tua praua hoc
prohibent. Quid te eleuat cor tuum: et
quaſi magna cogitans attonitos habes
oculos? Quid tumet contra deū ſpiritus
tuus: ut proferas de ore tuo huiuſcemo-
di ſermones? Quid eſt homo ut ī macu-
latus ſit. et ut iuſtus appareat natus de
muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo
immutabilis. et celi non ſunt mūdi in
conſpectu eius: quāto magis abomina-
bilis et inutilis homo qui bibit quaſi a-
quā iniquitatem. Oſtendā tibi audi me
quod vidi narrabo tibi. Sapientes cō-
fitentur: et non abſcōdūt patres ſuos.
Quibus ſolis data eſt terra: et nō tran-
ſiuit alienus per eos. Cunctis diebus ſu-
is impius ſuperbit. et numerus annorū
incertus eſt tyrannidis eius. Sonitus
terroris ſemper in auribus illius: ⁊ cum
pax ſit ille ſemꝑ inſidias ſuſpicatꝰ. Nō
credit quod reuerti poſſit de tenebris ad
lucem circumſpectans vndiq; gladiū: cū
ſe mouerit ad querendū panem. Nouit
q̄d paratus ſit in manu eius tenebrarū
dies. Terrebit eū tribulatio: et āguſtia
vallabit eū ſicut regē qui preparatꝰ ad p̄-
lium. Tetendit adūſus deū manum ſuā
et contra omnipotentē roboratus ē. Cu-
currit adūſus eū erecto collo: et pingui
ceruice armatus ē. Operuit faciē eiꝰ craſ-
ſitudo: ⁊ de lateribꝫ eiꝰ aruina dependit.
Habitauit ī ciuitatibꝫ deſolatis: et in do-
mibꝫ deſertis que ī tumulos ſūt redacte
Non ditabitur nec perſeuerabit ſubſtā-
tia eius: nec mittet in terrā radicem ſuā.
Nō recedet de tenebris. Ramos eiꝰ areſa-
ciet flāma: et auferetꝰ ſpiritu oris eius.
Nō credat fruſtra errore deceptus: q̄ ali-
quo precio redimendus ſit. Anteq̄ dies
eiꝰ impleātur peribit: et manꝰ eius are-
ſcent. Ledetur quaſi vinea ī primo flore
botrus eius: et quaſi oliua proiciens flo-
rē ſuū. Cōgregatio eīn ypocrite ſterilis
et ignis deuorabit tabernacula eorū qui
munera libenter accipiunt. Concepit do-
lorem et peperit iniquitatem: et vterus
eius preparat dolos. XVI

Reſpōdens aūt iob dixit. Audiui
frequenter talia. Conſolatores o-
neroſi omnes vos eſtis. Nūquid habe-
būt finē verba ventoſa? Aut aliquid tibi
moleſtū eſt ſi loquaris? Poterā ⁊ ego ſi-
milia vr̄i loqui. Atq; vtinā eſſet anima
vr̄a p anima mea. Cōſolarer et ego vos
ſermonibꝫ ⁊ mouerem caput meū ſuper
vos. Roborarem vos ore meo: et mo-
uerem labia mea quaſi parcens vobis
Sed quid agam? Si locutus fuero. nō
quieſcit dolor meus: ⁊ ſi tacuero nō rece-
det a me. Nūc autem oppreſſit me dolor
meus: et ī nichilū redacti ſunt omēs ar-
tus mei. Ruge mee teſtimoniū dicūt cō-
tra me: et ſuſcitatur falſiloquus adūſꝰ
faciem meam contra dicens michi. Col-
legit furorem ſuum in me: ⁊ cōminans
michi infremuit contra me dentibꝫ ſuis

Hoſtis meus terribilibꝫ oculis me intu-
itus eſt. Aperuerūt ſup me ora ſua: et
exprobrantes percuſſerūt maxillā meā: ſa-
tiati ſūt penis meis. Concluſit me deus
apud iniquū: et manibus impiorū me
tradidit. Ego ille quondā opulentus
repente cōtritus ſum: tenuit ceruicē meā
Confregit me: et poſuit me quaſi in ſi-
gnū. Circūdedit me lanceis ſuis: cōuul-
nerauit lumbos meos. Nō pepercit: et ef-
fudit i terrā viſcera mea. Conſcidit me
vulnere ſup vulnus: irruit i me quaſi
gygas. Saccū conſui ſuper cutem meā
et operui cinere carnem meā. Facies mea
intumuit fletu: et palpebre mee caliga-
uerūt. Hec paſſus ſum abſqꝫ iniquita-
te manus mee: cū haberē mūdas ad deū
preces. Terra ne operias ſanguinē meū
neqꝫ inueniat in te locū latendi clamor
meus. Ecce enī in celo teſtis meus: ⁊ cō-
ſcius meus i excelſis. Verboſi amici mei
ad deū ſtillat oculus meus. Atqꝫ vtinā
ſic iudicaretur vir cū deo: quomodo iu-
dicatur filius hominis cū collega ſuo.
Ecce enī breues anni tranſeunt: et ſemi-
tam per quā non reuertar ambulo. xvii

Spiritus meus attenuabitur: dies
mei breuiabūtur: ⁊ ſolū michi ſup-
eſt ſepulcrū. Nō peccaui: ⁊ i amaritudi-
nibꝫ moratur oculꝰ meꝰ. Libera me dñe et
pone me iuxta te: et cuiuſuis manus pu-
gnat contra me. Cor eorū longe feciſti
a diſciplina: propterea nō exaltabuntur.
Predam pollicetur ſocijs: et oculi filiorꝫ
eius deficient. Poſuit me quaſi in prou-
biū vulgi. et exemplū ſum coram eis.
Nūc aūt deriſerūt me iuniores tpe: quorꝫ nō
dignabar patres ponere cū canibꝫ gregis
mei. Caligauit ad indignationē oculꝰ me-
us et mēbra mea quaſi in nichilū redacta
ſūt. Stupebūt iuſti ſup hoc: ⁊ innocens
cōtra ypocritā ſuſcitabitur. Et tenebit iu-
ſtus viam ſuā: et mūdis manibꝫ addet
fortitudinē. Igitur omnes vos conuerti-
mini et venite: et non inueniā in vobis
vllū ſapientē. Dies mei trāſierunt: co-
gitaciones mee diſſipate ſūt torquētes
cor meū. Noctem verterunt in diē: et
rurſū poſt tenebras ſpero lucem. Si ſu-
ſtinuero infernus domus mea eſt: et in
tenebris ſtraui lectulū meum. Putredi-
ni dixi pater meꝰ es: mater mea ⁊ ſoror
mea vermibus. Vbi eſt ergo nunc pre-
ſtolacio mea et paciencia mea quis
conſiderat? In profundiſſimū infernū
deſcendent omnia mea. Putaſne ſaltem
ibi erit requies michi. xviii

Reſpondens autē baldad ſuites di-
xit. Vſqꝫ ad quē finē verba iacta-
bis? Intellige prius: et ſic loquamur
Quare reputati ſumus ut iumēta: et
ſorduimꝰ corā te? Qui perdis animam
tuā in furore tuo. Nūquid ꝓpter te dereli-
quetur terra: et transferentur rupes de
loco ſuo? Nōne lux impij extinguetur:
nec ſplendebit flamma ignis eius? Lux
obtenebreſcet in tabernaculo illius: et
lucerna que ſuper eum eſt extinguetur.
Artabuntur greſſus virtutis eius: et
precipitabit eum cōſiliū ſuū. Immiſit enī
in rete pedes ſuos: et in maculis eius am-
bulat. Tenebitur planta illiꝰ laqueo:
et exardeſcet contra eum ſitis. Abſcon-
dita eſt in terra pedica eius: et decipula
illius ſuper ſemitā. Vndiqꝫ terrebūt eū
formidines: et inuoluent pedes eius.
Attenuetur fame robur eius: et inedia
inuadit coſtas illius. Deuoret pulcritu-
dinē cutis eius: ⁊ conſumat brachia il-
lius primogenita mors. Auellatur de
tabernaculo ſuo fiducia eiꝰ: ⁊ calcet ſup
eū quaſi rex interitꝰ. Habitēt i tabernaculo

illius ſocij eius qui non eſt: aſpergatur
in habitaculo eius ſulphur. Deorſū ra-
dices eius ſiccentur: ſurſum aūt atteratᷣ
meſſis eiꝰ. Memoria illius pereat de ter-
ra: ⁊ nō celebretᷣ nomen eius in plateis
Expellet eū de luce ī tenebras: et de vrbe
transferet eū. Non erit ſemen eius neqꝫ
progenies in populo ſuo: nec vlle reli-
quie ī regionibꝫ eius. In diebꝫ eius ſtu-
pebunt nouiſſimi: ⁊ primos inuadet hor-
ror. Hec ſunt ergo tabernacula iniqui:
et iſte locus eiꝰ qui ignorat deū. xix
Reſpondens aūt iob dixit. Vſque-
quo affligitis animam meā: ⁊ at-
teritis me ſermonibꝫ? En decies cōfundi-
tis me: et nō erubeſcitis opprimētes me.
Nempe et ſi ignoraui: mecū erit igno-
rātia mea. Aut vos cōtra me erigimini
et arguitis me obprobrijs meis. Saltē
nunc intelligite quia deus nō equo iudi-
cio afflixerit me: et flagellis ſuis me cin-
xerit. Ecce clamabo vim patiens et ne-
mo audiet: vociferabor: et non eſt qui iu-
dicet. Semitā meam circūſepiuit et trā-
ſire non poſſū: ⁊ in calle meo tenebras
poſuit. Spoliauit me gloria mea: ⁊ ab-
ſtulit coronā de capite meo. Deſtruxit
me vndiqꝫ ⁊ pereo: et quaſi euulſe arbo-
ris abſtulit ſpem meā. Iratus eſt con-
tra me furor eius: et ſic me habuit qua-
ſi hoſtem ſuū. Simul venerūt latrones
eius: et fecerunt ſibi viam per me: et ob-
ſederūt in gyro tabernaculū meum. Fra-
tres meos longe fecit a me: et noti mei
quaſi alieni receſſerunt a me. Dereliqueꝛ-
runt me propinqui mei: et qui me no-
uerant obliti ſūt mei. Inquilini domꝰ
mee et ancille mee ſicut alienum habue-
runt me: et quaſi peregrinus fui ī oculis
eorum. Seruum meum vocaui et non
reſpondit: ore proprio deprecabor illū.
Halitum meum exhorruit vxor mea: et
orabam filios vteri mei. Stulti quoqꝫ
deſpiciebāt me: et cum ab eis receſſiſſem
detrahebant michi. Abominati ſunt me
quondam conſiliarij mei: et quem ma-
xime diligebam auerſatus eſt me. Pelli
mee cōſumptis carnibꝫ adheſit os meū:
et derelicta ſūt tantūmodo labia circa dē-
tes meos. Miſeremini mei miſeremini
mei ſaltem vos amici mei: quia manus
domini tetigit me. Quare perſequimini
me ſicut deus: et carnibus meis ſatura-
mini? Quis michi tribuat ut ſcribātur
ſermones mei? Quis michi det ut exarē-
tur in libro ſtilo ferreo et plūbi lamina
uel certe ſculpanᷣ ī ſilice? Scio enī ꝙ redē-
ptor meꝰ viuat et ī nouiſſimo die de ter-
ra ſurrecturꝰ ſim. Et rurſū circumdabor
pelle mea ⁊ ī carne mea videbo deū ſalua-
torē meū. Quē viſurꝰ ſū egoipſe: ⁊ oculi
mei cōſpecturi ſūt: et nō alius. Repoſi-
ta eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Quare
ergo nūc dicitis perſequamur eū: et radi-
cem verbi inueniamus cōtra eū? Fugite
ergo a facie gladij: qm̄ vltor iniquita-
tū gladiꝰ eſt: et ſcitote eſſe iudiciū. xx
Reſpōdens aūt ſophar naamathites
dixit. Idcirco cogitationes mee
varie ſuccedūt ſibi: et mēs ī diuerſa ra-
pitur doctrinā qua me arguis audiā: et
ſpiritus intelligentie mee reſpōdebit mi-
chi. Hoc ſcio a principio ex quo eſt poſi-
tus homo ſup terrā: ꝙ laus impiorꝫ bre-
uis ſit: et gaudiū ypocrite ad inſtar pū-
cti. Si aſcēderit uſqꝫ ad celū ſupbia eiꝰ
et caput eius nubes tetigerit: quaſi ſter-
quilinium in fine perdetur: ⁊ qui eū viderāt
dicent. Vbi eſt? Velut ſomniū auolās
non inuenietur: tranſiet ſicut viſio no-
cturna. Oculus qui eum viderat nō vide-
bit: neqꝫ vltra intuebitur eū locus ſuꝰ.

Filij eius atterentur egeſtate: et man⁹ illius reddent ei dolorem ſuū. Oſſa eius implebuntur vicijs adoleſcentie eius: et cū eo in puluere dormient. Cum enī dulce fuerit ī ore eius malū · abſcondit illud ſub lingua ſua. Parcet illi et non derelinquet illud: et celabit in gutture ſuo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidū intrinſecus. Diuicias quas deuorauit euomet: ⁊ de ventre illius extrahet eas deus. Caput aſpidū ſuget: et occidet eū lingua vipere. Non videat riuulos fluminis torrētis · mellis et butiri. Luet que fecit omnia: nec tamē cōſumetur. Iuxta multitudinē adinuentionum ſuarū ſic et ſuſtinebit: quoniā cōfringens nudauit pauperes. Domū rapuit et nō edificauit eā · nec ē ſaciatus venter eius. Et cū habuerit que cōcupierat: poſſidere nō poterit. Nō remanſit de cibo eius: ⁊ ꝓpterea nichil permanebit de bonis eius. Cum ſatiat⁹ fuerit artabitur: eſtuabit · et omīs dolor irruet ſuper eū. Vtinā impleatur venter eius ut emittat in eū iram furoris ſui: et pluat ſup illū bellū ſuū. Fugiet arma ferrea ⁊ irruet in arcum ereum: eductus ⁊ egrediens de vagina ſua: et fulgurans ī amaritudine ſua. Vadent ⁊ venient ſup eum horribiles: omnes tenebre abſcondite ſunt in occultis ei⁹. Deuorabit eū ignis qui nō ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Reuelabūt celi iniqtatē eius: et terra ꝯſurget adūſus eū. Apertum erit germē dom⁹ illi⁹: detrahetur in die furoris dei. Hec eſt pars hoīs impij a deo: et hereditas verboꝝ ei⁹ a dn̄o. xxi

Reſpondens aūt iob dixit. Audite queſo ſermones meos: et agite penitentiam. Suſtinete me ut ⁊ ego loquar: et poſt mea ſi videbitur verba ridete. Nūquid cōtra hominē diſputatio mea eſt · ut merito nō debeā cōtriſtari? Attēdite me et obſtupeſcite: ⁊ ſuppomite digitū ori veſtro. Et ego quādo recordatus fuero pertimeſco: et concutit carnē meā tremor. Quare ergo impij viuūt ſubleuati ſunt cōfortatiq; diuicijs? Semen eorū permanet coram eis: propinquorū turba et nepotum in cōſpectu eorū. Domus eorū ſecure ſunt ⁊ pacate: et non eſt virga dei ſup illos. Bos eoꝝ cōcepit ⁊ nō abortiuit vacca pepit ⁊ nō eſt priuata fetu ſuo. Egrediūtur quaſi greges paruuli eoꝝ: ⁊ infantes eoꝝ exultāt luſib⁹. Tenent tympanū ⁊ cytharā: ⁊ gaudent ad ſonitū organi. Ducūt enī ī bonis dies ſuos ⁊ ī pūcto ad infernū deſcendūt. Qui dixerunt deo recede a nobis: ⁊ ſcienciam viaꝝ tuaꝝ noluim⁹. Quis eſt omnipotens ut ſeruiam⁹ ei? Et quid nobis ꝓdeſt ſi orauerim⁹ illū. Verumtamen q; non ſūt in manu eorū bona ſua: conſiliū impiorū longe ſit a me. Quociens lucerna impiorū extinguetur: ⁊ ſuperueniet eis inundacio: ⁊ dolores diuidet furoris ſui. Erūt ſicut palee ante faciem venti: ⁊ ſicut fauilla quā turbo diſpergit. Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris: ⁊ cū reddiderit tūc ſciet. Videbūt oculi eius interfectionem ſuam: ⁊ de furore omnipotentis bibet. Quid enī ad eū ptinet de domo ſua poſt ſe? Et ſi numer⁹ menſiū eius dimidietur. Nūquid deū docebit quiſpiā ſcienciā q excelſos iudicat? Iſte moritur robuſtus et ſanus diues ⁊ felix: viſcera ei⁹ plena ſūt adipe: et medullis oſſa illi⁹ irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine aīe ſue abſq; vllis opibus: et tamē ſimul in puluere dormient: et vermis operiēt eos. Certe noui cogitaciones veſtras: ⁊

ſententias: contra me iniquitas. Diatis
enim. Vbi eſt domus principis: et vbi
tabernacula impiorum? Interrogate quē-
libet de viatoribus: et hec eadem illū in-
telligere cognoſcetis. Quia in diē perdi-
tionis ſeruabitur malus: et ad diem furo-
ris ducetur. Quis arguet coram eo vias
eius: ⁊ que fecit quis reddet illi? Ipſe ad
ſepulcra ducetur: et i cōgerie mortuorum
vigilabit. Dulcis fuit glareis cociti: ⁊
poſt ſe omnem hominem trahet: et ante
ſe innumerabiles. Quomodo igitur cō-
ſolamini me fruſtra: cum reſponſio vr̄a
repugnare oſtenſa ſit veritati? xxij.

Reſpondens autē eliphas themanites
dixit. Nunquid deo poteſt cōpara-
ri homo: etiā cum perfecte fuerit ſcientie?
Quid prodeſt deo ſi iuſtus fueris: aut qd
ei confers ſi immaculata fuerit vita tua?
Nūqd timēs arguet te: ⁊ veniet tecū i iu-
dicium: ⁊ nō propter maliciā tuā plurimā
et infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti
enim pignus fratrum tuorū ſine cauſa
et nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquā laſſo
non dediſti: ⁊ eſurienti ſubtraxiſti panē.
In fortitudine brachij tui poſſidebas
terrā: et potentiſſimus obtinebas eam. Vi-
duas dimiſiſti vacuas: ⁊ lacertos pupil-
lorū cōminuiſti. Propterea circumdatus
es laqueis: et conturbat te formido ſub-
itanea. Et putabas te tenebras non vi-
ſurum: et impetu aquarum inundantiū
non oppreſſurum. An cogitas quod deus
excelſior celo ſit: et ſuper ſtellarū verticē
ſublimetur? Et dicis. Quid enim nouit
deus? Et quaſi per caliginem iudicat. Nu-
bes latibulum eius: nec noſtra conſide-
rat: et circa cardines celi perambulat.
Nunquid ſemitam ſeculorū cuſtodire cu-
pis quā calcauerunt viri iniqui qui ſub-
lati ſunt ante tempus ſuum: et fluuius
ſubuertit fūdamentū eorū? Qui dicebāt
deo recede a nobis: et quaſi nichil poſſit fa-
cere omnipotens: eſtimabant eum: cum
ille impleſſet domos eorum bonis. Quo-
rum ſententia procul ſit a me. Videbunt
iuſti et letabuntur: et innocens ſubſan-
nabit eos. Nōne ſuccisa eſt erectio eorū
et reliquias eorum deuorauit ignis? Acqe-
ſce igitur ei et habeto pacem: et per hec ha-
bebis fructus optimos. Suſcipe ex ore
illius legē: ⁊ pone ſermones eius i corde
tuo. Si reuerſus fueris ad omnipoten-
tem edificaberis: et longe facies iniqui-
tatē a tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſi-
licē: ⁊ pro ſilice torrentes aureos. Eritq;
oipotēs contra hoſtes tuos: et argētū coa-
ceruabitur tibi. Tūc ſuper oipotentē delicijs
afflues: ⁊ eleuabis ad deū faciē tuā. Et
rogabis eū ⁊ exaudiet te: et vota tua red-
des. Decernes rem ⁊ veniet tibi: et i vijs
tuis ſplendebit lumē. Qui eñ humiliatus
fuerit erit i gloria: et q inclinauerit oculos
ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocēs: ſalua-
bitur autē mūdicia manuū ſuarū. xxiij.

Reſpondēs autē iob ait. Nūc quoq;
in amaritudine eſt ſermo meus: ⁊
manus plage mee aggrauata eſt ſuper
gemitum meum. Quis michi tribuat ut
cognoſcam ⁊ inueniam illum: ⁊ veniā
uſq; ad ſolium eius? Ponam coram eo
iudicium: et os meum replebo increpaci-
onibus: ut ſciā verba que michi reſponde-
at: ⁊ intelligam quid loquatur michi.
Nolo multa fortitudine contendat mecū:
nec magnitudinis ſue mole me premat.
Proponat equitatem cōtra me: ⁊ perue-
niet ad victoriam iudicium meum. Si
ad orientem iero non apparet: ſi ad occi-
dentem non intelligā eū. Si ad ſiniſtrā
quid agā? Non apprehendā eū. Si me
vertam ad dexteram: non videbo illum.

Ipē vero ſcit viā meā: ⁊ ꝓbabit me q̄ſi aurum quod per ignē tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui: ⁊ nō declinaui ex ea. A mandatis labiorū eius nō receſſi: et ī ſinu meo abſcondi verba oris eius. Ipe em̄ ſolꝰ eſt: ⁊ nemo auertere poteſt cogitationē eius: ⁊ anima eiꝰ quodcumq; voluit hoc fecit. Cumq; expleuerit in me voluntatē ſuam: et alia multa ſimilia preſto ſūt ei. Et idcirco a facie eius turbatus ſum: et cōſiderās eū timore ſollicitor. Deus molliuit cor meum: et omnipotens cōturbauit me. Non em̄ perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

- xxiiij -

Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui aūt nouerūt eū ignorāt dies illiꝰ. Alij terminos trāſtulerunt: diripuerūt greges: et pauerunt eos. Aſinum pupillorum abegerūt: et abſtulerunt pro pignore bouem vidue. Subuerterūt pauperum viā: et oppreſſerunt pariter manſuetos terre. Alij q̄ſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuū: vigilantesq; ad predam preparant panem liberis. Agrū nō ſuū demetūt: ⁊ vineā eius quē vi oppreſſerūt vindemiant. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes: quibus nō eſt operimētum i frigore. quos ymbres montiū rigant: et non habentes velamē amplexantur lapides. Vim fecerunt depredantes pupillos: et vulgum pauperē ſpoliauerūt. Nudis et incedentibus abſq; veſtitu et eſurientibꝫ tulerūt ſpicas. Inter acernos eorū meridiati ſūt: qui calcatis torcularibus ſiciūt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere: et anima vulneratorum clamabit. et deus in ultum abire non patit̄. Ipi fuerūt rebelles luminis.

Neſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt p ſemitas illiꝰ. Mane primo cōſurgit homicida: interficit egenū ⁊ pauperem: per noctem vero erit quaſi fur. Oculus adulteri obſeruat caligmē dicens non me videbit oculus: et operiet vultū ſuū. Perfodit in tenebris domos ſicut in die cōdixerant ſibi: ⁊ ignorauerunt lucem. Si ſubito apparuerit aurora arbitrant̄ vmbram mortis: et ſic ī tenebris quaſi in luce ambulāt. Leuis eſt ſuper faciem aque. Maledicta ſit pars eius in terra: nec ambulet p viā vinearū. Ad nimiū calorem tranſiet ab aquis niuiū: et uſq; ad inferos peccatū illius. Obliuiſcatur eius miſericordia. Dulcedo illiꝰ vermes. Non ſit in recordacione: ſed conterat̄ ſicut lignū infructuoſum. Pauit em̄ ſterilem et que non parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua: et cū ſteterit non credet vite ſue. Dedit ei deus locū penitencie: et ille abutit̄ eo ī ſuperbia. Oculi aūt eiꝰ ſunt in vijs illius. Eleuati ſūt ad modicū ⁊ nō ſubſiſtēt ⁊ humiliabūtur ſicut oia et auferentur: et ſicut ſūmitates ſpicarum cōterēt̄. Qd̄ ſi nō ita quis me poteſt arguere eſſe mentitū et ponere āte deum verba mea?

- xxv -

Reſpondens autē baldad ſuites dixit. Poteſtas et terror apud eum eſt: qui facit cōcordiā in ſublimibꝫ ſuis. Nūqd eſt numerꝰ militū eiꝰ: ⁊ ſup quē non refulget lumen illiꝰ? Nūqd iuſtificari poteſt homo cōparatꝰ deo: aut apparere mūdꝰ natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet ⁊ ſtelle non ſūt mūde in cōſpectu eiꝰ: quanto magis homo putredo et filiꝰ hoīs vermis?

- xxvi -

Reſpondens autē iob dixit. Cuiꝰ adiutor es? Nūquid imbecillis: et ſuſtentas brachiū eiꝰ q̄ nō eſt fortis?

Cui dediſti conſiliũ? Forſitan illi q̃ nõ
habet ſapientiam: prudentiam tuã oſtẽ-
diſti plurimã. Aut quẽ docere voluiſti
Nonne eũ qui fecit ſpiramentum? Ecce
gigantes gemunt ſub aquis: et qui ha-
bitant cũ eis. Nudus eſt infernus corã
illo: et nullũ eſt operimentũ perditioni.
Qui extendit aquilonem ſuper vacuum
et appendit terram ſuper nichili. Qui li-
gat aquas i nubibus ſuis: ut nõ erum-
pãt pariter deorſum. Qui tenet vultum
ſolij ſui: et expandit ſuper illud nebulã
ſuam. Terminum circumdedit aquis: uſ-
q; dum finiantur lux et tenebre. Colũ-
ne celi contremiſcunt: et pauent ad nu-
tum eius. In fortitudine illius repente
maria cõgregata ſunt: et prudentia ei⁹
percuſſit ſupbum. Spiritus ei⁹ ornauit
celos: et obſtetricante manu eius edu-
ctus eſt coluber tortuoſus. Ecce hec ex
parte dicta ſunt viarum eius. Et cũ vix
paruam ſtillam ſermonis eius audieri-
m⁹ quis poterit tonitruũ magnitudinis
illius intueri? xxvij

Addidit quoq; iob aſſumens para-
bolam ſuam et dixit. Viuit deus
qui abſtulit iudicium meum ⁊ omnipo-
tens qui ad amaritudinem adduxit ani-
mam meam: q̃a donec ſupereſt halitus
in me et ſpiritus dei in naribus meis nõ
loquẽt labia mea iniquitatem: nec lin-
gua mea meditabitur mendacium. Ab-
ſit a me ut iuſtos eſſe vos iudicem. Do-
nec deficiam non recedam ab innocentia
mea. Iuſtificationem meã quam cepi te-
nere: nõ deſerã. Neq; enim reprehendit
me cor meũ: in om̃i vita mea. Sicut im-
pius inimicus meus ⁊ aduerſarius me⁹
quaſi iniquus. Que eſt enim ſpes ypo-
crite ſi auare rapiat: et nõ liberet deus a-
nimã eius? Nũquid de⁹ audiet clamorẽ
eius cũ venerit ſuper eũ anguſtia? Aut
poterit in omnipotente delectari: aut inuo-
care deum omni tempore? Docebo vos p
manum dei que omnipotens habeat: nec
abſcondam. Ecce omnes vos noſtis:
et quid ſine cauſa vana loquimini? Hec
eſt pars hominis impij apud deũ: et he-
reditas violentorum quam ab omnipo-
tente ſuſcipiẽt. Si multiplicati fuerint
filij eius in gladio erunt: et nepotes ei⁹
non ſaturabuntur pane. Qui reliqui fu-
erint ex eo ſepelientur in interitu: et vi-
due illius non plorabunt. Si compor-
tauerit quaſi terrã argentum et ſicut lu-
tũ preparauerit veſtimenta: preparabit
quidem ſed iuſtus veſtietur illis: et argẽ-
tum innocens diuidet. Edificauit ſicut ti-
nea domũ ſuam: et ſicut cuſtos fecit vm-
braculum. Diues cũ dormierit nichil ſe-
cũ auferet: aperiet oculos ſuos et nichil
inueniet. Apprehendet eũ quaſi aqua in-
opia: nocte opprimet eũ tempeſtas. Tol-
let eum ventus vrens ⁊ auferet: et velut
turbo rapiet eũ de loco ſuo. Emittet ſu-
per eũ: ⁊ nõ parcet: de manu eius fugiẽs
fugiet. Stringet ſup eũ man⁹ ſuas: et ſi-
bilabit ſup illũ intuẽs locũ eius. xxviij

Habet argenti venaꝝ ſuaꝝ pn̄cipia
et auro locus eſt in quo conflat.
Ferrũ de terra tollitur: ⁊ lapis ſolut⁹ ca-
lore in es vertit. Temp⁹ poſuit tenebris
et vniuſorũ finem ipe cõſiderat. Lapidẽ
quoq; caliginis et vmbram mortis di-
uidet torrens a populo peregrinante: eos
quos oblitus eſt pes egentis hominis ⁊
inuios. Terra de qua oriebatur panis:
in loco ſuo igne ſubuerſa eſt locus ſa-
phiri lapides eius: ⁊ glebe illius aurum
Semitam ignorauit auis: nec intuitus
eſt ocul⁹ vulturis. Non calcauerũt eã
filij inſtitorum: nec ptrãſiuit p eã leena.

Ad ſalicem extendit manū ſuā : ſubuer-
tit a radicibꝫ montes. In petris riuos
excidit et omne preciosum vidit ocul⁹
eius. Profunda quoq; fluuiorꝫ ſcrutatus ē
et abſcondita produxit in lucem. Sapi-
entia vero vbi inuenitur : et quis eſt lo-
cus intelligentie? Neſcit homo precium
ei⁹ : nec inuenitur in terra ſuauit̄ viuen-
cium. Abiſſus dicit nō eſt i me : et ma-
re loquitur nō eſt mecū. Nō dabit̄ aurū
obrizum pro ea : nec appendet̄ argentū ī
cōmutatione eius. Non conferetur tin-
ctis ī die coloribꝫ : nec lapidi ſardonico
precioſiſſimo uel ſaphiro. Non adequa-
bitur ei aurū uel vitrū : nec cōmutabū-
tur vaſa ꝑ ea auri excelſa ⁊ eminentia :
non cōmemorabūtur comparatione ei⁹
Trahitur aūt ſapientia de occultis. Nō
adequabit̄ ei topaſius de ethiopia : nec
tincture mūdiſſime componet̄. Vnde er-
go ſapiencia venit : et quis eſt locus in-
telligentie? Abſcōdita ē ab oculis oīm
viuentium : volucres quoq; celi latet. Perdi-
tio ⁊ mors dixerūt : auribꝫ noſtris audi-
uimus famā eius. Deus intelligit viam
eius : et ipſe nouit locū illius. Ipſe eīm fi-
nes mundi intuetur : et omīa que ſub ce-
lo ſūt reſpicit. Qui fecit ventis pondus
et aquas appendit mēſura. Quando po-
nebat pluuijs legem ⁊ viam ꝓcellis ſo-
nātibus : tunc illam ⁊ enarrauit : et pre-
parauit ⁊ inueſtigauit . ⁊ dixit homini
Ecce timor dñi ipa eſt ſapientia : et rece-
dere a malo intelligencia. xxix

Addidit quoq; iob aſſumens para-
bolam ſuā ⁊ dixit. Quis michi tri-
buat ut ſim iuxta menſes priſtinos : ſe-
cundum dies quibꝫ de⁹ cuſtodiebat me?
Quando ſplendebat lucerna eius ſup ca-
put meū : et ad lumen eius ambulabā
in tenebris. Sicut fui ī diebꝫ adoleſcētie
mee : quando deus ſecreto erat ī taberna-
culo meo. Quādo erat omīpotens mecū
et in circuitu meo pueri mei. Quādo la-
uabam pedes meos butiro : et petra fun-
debat michi riuos olei. Quando procede-
bā ad portā ciuitatis : ⁊ ī platea parabāt
cathedram meam michi. Videbant me
iuuenes ⁊ abſcondebant̄ : ⁊ ſenes ſtabāt
aſſurgentes. Principes ceſſabant loqui : et
digitum ſuperponebant ori ſuo. Vocem
ſuam cohibebant duces : ⁊ lingua eorū
gutturi ſuo adherebat. Auris audiens
beatificabat me : ⁊ ocul⁹ videns teſtimo-
nium reddebat michi : eo q liberaſſem
pauperem vociferantē : et pupillū cui nō
eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper
me veniebat : ⁊ cor vidue cōſolatus ſū.
Iuſtitia indutus ſū : et veſtiui me ſicut
veſtimento ⁊ diademate iudicio meo. O-
culus fui ceco : ⁊ pes claudo. Pater eram
pauperum : ⁊ cauſam quam neſciebā di-
ligentiſſime inueſtigabam. Conterebā
molas iniqui : ⁊ de dentibus illius aufe-
rebam predam. Dicebāq; ī nidulo meo
moriar : ⁊ ſicut palma mlťiplicabo dies
Radix mea aperta eſt ſecus aquas : ⁊ ros
morabit̄ in meſſione mea. Gloria mea
ſemp innouabit̄ : ⁊ arcus me⁹ in manu
mea inſtaurabit̄. Qui me audiebāt expe-
ctabant ſententiā meā : intenti tacebant
ad conſiliū meū. Verbis meis addere ni-
chil audebāt : ⁊ ſup illos ſtillabat eloqū
meū. Expectabāt me ſicut pluuiā : ⁊ os
ſuum aperiebant quaſi ad ymbrem ſero-
tinum. Si quando ridebā ad eos nō cre-
debant : ⁊ lux vultus mei nō cadebat in
terrā. Si voluiſſem ire ad eos ſedebā pri-
mus. Cūq; ſederē q̄ſi rex circūſtāte exerci-
tu : erā tamen merencium cōſolator. xxx

Nunc aūt deridēt me iuniores tem-
pore quorū non dignabar patres

ponere cū canibus gregis mei. Quorū virtus manuū michi erat pro nichilo: et vita ipsa putabātur indigni. Egestate et fame steriles: qui rodebant in solitudine squalentes calamitate ⁊ miseria Et mandebant herbas et arborum cortices: et radix iuniperorū erat cibus eorū Qui de conuallibus ista rapientes: cum singula reperissent. ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrēcium: et in cauernis terre. uel super glaream. Qui inter huiuscemodi letabantur et esse sub sentibus delicias computabant. Filij stultorū ⁊ ignorabilium: et in terra penitus non parentes. Nunc in eorū cāticum versus sum: et factus sum: eis in prouerbium. Abominantur me et longe fugiunt a me: ⁊ faciē meā conspuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit ⁊ afflixit me: ⁊ frenum posuit in os meū. Ad dextram oriētis calamitatis mee ilico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt: obpresserūt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerūt itinera mea: insidiati sūt michi et preualuerunt: ⁊ nō fuit qui ferret auxiliū. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me: et ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum i nichilum. Abstulisti quasi ventus desiderium meū: et velut nubes pertransit salus mea. Nunc autē i memetipso marcescit anima mea et possident me dies afflictionis. Nocte os meum pforatur doloribus: ⁊ qui comedunt me non dormiūt. In multitudine eorū consumitur vestimentū meū et q̄si capitio tunice sic succinxerūt me. Comparatus sum luto: et assimulatus sū fauille et cineri. Clamo ad te ⁊ nō exaudis me: sto ⁊ non respicis me. Mutatus es michi i crudelē: ⁊ i duritia manꝰ tue aduersari' michi. Eleuasti me: et q̄si sup ventū ponēs elisisti me valide. Scio q̄a morti tradas me: vbi cōstituta ē domus omī viuenti. Veruntamē nō ad cōsumptionem eorum emittis manū tuā: et si corruerint ipē saluabis. Flebā quondam super eo qui afflictus erat: et conpatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona et venerūt michi mala: prestolabar lucem et eruperūt tenebre. Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie: preuenerūt me dies afflictionis. Merens incedebā: sine furore cōsurgēs. in turba clamaui. Frater fui draconū. et socius strucionū. Cutis mea denigrata est sup me: et ossa mea aruerunt pre caumate. Versa est i luctū cythara mea: et organū meū i vocē flentiū. xxxi

Pepigi fedus cū oculis meis: ut ne cogitarē quidē de virgine. Quam enī partem haberet i me deus desup: et hereditatem omnipotēs de excelsis? Nūqd nō perditio est iniquo: et alienatio operātibus iniusticiam? Nonne ipse considerat vias meas: ⁊ cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate et festinauit i dolo pes meus: appendat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via. et si secutus est oculus meus cor meum. ⁊ si in manibus meis adhesit macula: seram ⁊ alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere: et si ad hostium amici mei insidiatus sum: scortū alterius sit vxor mea. ⁊ sup illā incuruētur alij. Hoc enī nephas ē: et iniquitas maxima: ignis usq; ad pditionē deuorās et omīa eradicās genimina. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo ⁊ ancilla mea: cum disceptarent aduersū me.

Quid enim faciam cũ surrexerit ad iudi-
candũ deus: et cũ quesierit quid respon-
debo illi? Nunquid nõ in vtero fecit me
qui ⁊ illũ operatus est · ⁊ formauit me in
vulua vn⁹? Si negaui quod volebãt
pauperibus: et oculos vidue expectare
feci. Si comedi buccellam meã solus:
et nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab
infantia mea creuit mecũ miseratio: et de
vtero matris mee egressa est mecũ. Si de-
spexi pretereuntem eo quod nõ habue-
rit indumentum: et absq3 operimento
pauperem. Si non benedixerunt michi
latera eius: et de velleribꝫ ouiũ mearꝫ ca-
lefactus est. Si leuaui sup pupillũ ma-
num meam etiam cũ viderẽ me in porta
superiorem: humerus me⁹ a iũctura sua
cadat: ⁊ brachium meũ cum suis ossibꝫ
confringatur. Semper enĩ quasi tumẽ-
tes sup me fluctus timui deũ: ⁊ pondus
eius ferre non potui. Si putaui aurum
robur meum: et obrizo dixi fiducia mea
Si letatus sũ sup multis diuicijs meis
et quia plurima reperit man⁹ mea. Si
vidi solem cum fulgeret ⁊ lunam incen-
dentem clare · et letatũ est ĩ abscondito
cor meũ: et osculatus sum manũ meam
ore meo · que est iniquitas maxima · et
negatio ɔtra deũ altissimũ. Si gauisus
sum ad ruinam eius qui me oderat: ⁊ ex-
ultaui ꝙ inuenisset eũ malũ. Nõ enim
dedi ad peccandũ guttur meũ: ut expete-
rem maledicens animã eius. Si nõ di-
xerunt viri tabernaculi mei: quis det de
carnibꝫ eius ut saturemur. Foris nõ mã-
sit peregrinus: ostiũ meũ viatori patuit
Si abscondi quasi homo peccatũ meũ:
et celaui in sinu meo iniquitatem meã.
Si expaui ad multitudinẽ nimiam: et
despectio ꝓpinquorũ terruit me: et non
magis tacui nec egressus sum ostium.
Quis michi tribuat auditorem ut desi-
derium meũ audiat omnipotens · et librũ
scribat ipse q̃ iudicat: ut ĩ humero meo
portem illũ ⁊ circundem illũ quasi coro-
nã michi? Per singulos grad⁹ meos p̃-
nunciabo illũ · ⁊ quasi principi offerem
eũ. Si aduersũ me terra mea clamat: et
cũ ipsa sulci eius deflent. Si fructus ei⁹
comedi absq3 pecunia: et animã agrico-
larũ eius afflixi: pro frumento oriat̃ mi-
chi tribulus: ⁊ p̃ ordeo spina. xxxij

Omiserunt aũt tres viri isti respõ-
dere iob: eo ꝙ iustus sibi videret̃
Et iratus indignatusq3 est heliu fili⁹ ba-
rachel buzites de cognatione ram. Ira-
tus est autẽ aduersũ iob: eo ꝙ iustũ se
esse diceret corã deo. Porro aduersũ ami-
cos eius indignatus est eo ꝙ nõ inue-
nissent responsionẽ rationabilẽ: sed tan-
tũmodo condemnassent iob. Igit̃ heliu
expectauit iob loquentẽ: eo ꝙ seniores
essent qui loquebãtur. Cũ aũt vidissẽt
quod tres respondere nõ potuissent: ira-
tus est vehemẽter. Respondensq3 heliu fi-
lius barachel buzites dixit. Junior sũ
tempore: vos aũt antiquiores. Idcirco
dimisso capite veritus sum vobis indi-
care meã sententiã. Sperabã enĩ ꝙ etas
prolixior loqueret̃: ⁊ annorꝫ multitudo
doceret sapientiam. Sed ut video spiri-
tus est in hominibꝫ: et inspiratio omni-
potentis dat intelligentiã. Non sunt lõ-
geui sapientes: nec senes intelligunt iu-
diciũ. Ideo dicam audite me: ostendã
vobis etiam ego meam scientiam. Ex-
pectaui enĩ sermones vr̃os: audiui pru-
dentiam vestram. Donec disceptaremini
sermonibus vestris: ⁊ donec putabam
vos aliquid dicere ɔsiderabam. Sed ut
video non est qui possit arguere iob: et
respõdere ex vobis sermonibꝫ eius. Ne

forte dicatis inuenimus ſapientiā: deus
proiciet eum non homo. Nichil locut⁹
eſt michi: et ego nō ſcd̄m ſermones ve-
ſtros reſpondebo illi. Extimuerūt · nec re-
ſponderunt vltra: abſtulerūtq; a ſe elo-
quium. Quoniā igitur expectaui ⁊ non
ſunt locuti · ſteterūt nec reſponderūt vl-
tra: reſpondebo ⁊ ego partē meā: et oſtē-
dam ſcientiam meā. Plen⁹ ſum eñ ſer-
monibꝫ: ⁊ coartat me ſpiritus vteri mei
En venter meus quaſi muſtū abſq; ſpi-
raculo: quod lagunculas nouas dirū-
pit. Loquar et reſpirabo paululū: aperi-
am labia mea et reſpondebā. Non acci-
piam perſonam viri: et deū homini non
equabo. Neſcio enim quādiu ſubſiſtā:
et ſi poſt modicū tollat me factor me⁹.
Audi igitur iob eloquia xxxiii·
mea: et omnes ſermones meos
auſculta. Ecce aperui os meum: loquat̄
lingua mea in faucibus meis. Simpli-
ci corde meo ſermones mei: et ſententiā
labia mea pure loquētur. Spiritus dei
fecit me: et ſpiraculum omnipotentis vi-
uificauit me. Si potes reſponde michi:
et aduerſus faciem meā conſiſte. Ecce ⁊
me ſicut et te fecit deus: et de eodem luto
ego quoq; formatus ſum. Verūtamen
miraculū meū nō te terreat: et eloquētia
mea non ſit tibi grauis. Dixiſti ergo in
auribus meis: et vocem verborū tuorū
audiui. Mundus ſum ego et abſq; deli-
cto: immaculat⁹ · et nō ē iniquitas ī me
Quia querelas in me reperit: ideo arbi-
tratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in
neruo pedes meos: cuſtodiuit omnes ſe-
mitas meas. Hoc eſt ergo in quo nō es
iuſtificatus. Reſpondebo tibi: quia ma-
ior ſit deus homine. Aduerſum eum cō-
tendis: q nō ad omnia verba reſponde-
rit tibi. Semel loquitur deus: et ſecūdo
idipſū non repetit. Per ſomniū in viſio-
ne nocturna: quando irruit ſopor ſuper
homines: et dormiunt in lectulo. Tunc
aperit aures virorū ⁊ erudiēs eos inſtru-
it diſciplina ut auertat hominē ab hijs
que fecit · et liberet eum de ſuperbia: eru-
ens animā eius a corruptione · et vitam
illius ut non tranſeat in gladium. In-
crepat quoq; per dolorem in lectulo: et
omīa oſſa eius marceſcere facit. Abomi-
nabilis ei fit in vita ſua panis: et aīme
illius cibus ante deſiderabilis. Tabeſcit
caro eius: et oſſa que tecta fuerant nu-
dabuntur. Appropinquabit corruptio
ni anima eius: et vita illius mortiferis.
Si fuerit pro eo angelus loquens vnū
de ſimilibus ut annūciet hominis equi-
tatem: miſerebitur eius et dicet. Libera
eum: ut non deſcendat in corruptionē.
Inueni in quo ei propicier. Cōſumpta
eſt caro eius a ſupplicijs: reuertatur ad
dies adoleſcentie ſue. Deprecabitur deū
et placabilis ei erit: et videbit faciē eius
in iubilo: et reddet homini iuſticiam ſuā
Reſpiciet homines et dicet. Peccaui et
vere deliqui: et ut eram dignus non re-
cepi. Liberauit animam ſuam ne pergeret
in interitum: ſed viuens lucem videret.
Ecce hec omnia operatur deus tribus vi-
cibus per ſingulos: ut reuocet animas
eorum a corruptione: et illuminet luce
viuentium. Attende iob ⁊ audi me: et
tace dū ego loquor. Si autē habes q̄d
loquaris reſponde michi. Loquere. Volo
eñ te apparere iuſtū. Quod ſi nō habes au-
di me: tace et docebo te ſapientiā. xxxiiii·
Pronuncians itaq; heliu etiam hec
locut⁹ ē. Audite ſapientes verba
mea: et eruditi auſcultate me. Auris
eñ verba probat: et guttur eſcas guſtu
diiudicat. Judicium eligamus nobis:

et inter nos videamus quid sit melius
Quia dixit iob iustus sum: et deus sub-
uertit iudiciū meū. In iudicando enim
me mendaciū est: violenta sagitta mea
absq; vllo peccato. Quis est vir ut est
iob qui bibit subſannationem quasi a-
quā: qui gradit cū operantibꝫ iniquitatē
et ambulat cū viris impijs? Dixit enī
nō placebit vir deo: etiā si cucurrerit cū
eo. Ideo viri cordati audite me. Absit
a deo impietas: et ab omnipotente iniq-
tas. Opus enī hoīs reddet ei: ⁊ iuxta vi-
as singulorū restituet eis. Vere enī deꝰ
non condemnabit fruſtra: nec omnipo-
tens ſubuertet iudiciū. Quē conſtituit
aliū ſuper terram: aut quē poſuit ſup or-
bem quem fabricatus eſt? Si direxerit
ad eum cor ſuū: ſpiritū illius et flatum
ad ſe trahet. Deficiet omnis caro ſimul
et homo in cinerem reuertetur. Si ha-
bes ergo intellectū audi quod dicitur:
et auſculta vocem eloquij mei. Nunqd
qui non amat iudicium ſanari poteſt?
Et quomodo tu eū qui iuſtus eſt in tātū
condemnas? Qui dicit regi apoſtatā: qui
vocat duces impios. Qui nō accipit p-
ſonas principū: nec cognouit tyrannū
cum diſceptaret contra pauperē. Opus
enī manuū eius ſunt vniuerſi. Subito
morientur: ⁊ in media nocte turbabūt
populi: et pertrāſibunt ⁊ auferent vio-
lentū abſq; manu. Oculi enī eius ſuper
vias hominū: et omnes greſſus eorum
conſiderat. Non ſunt tenebre ⁊ non eſt
vmbra mortis: ut abſcondantur ibi q̄
operantur iniquitatem. Neq; enī vltra
in hominis poteſtate eſt: ut veniat ad de-
um in iudiciū. Conteret multos innu-
merabiles: et ſtare faciet alios pro eis.
Nouit enī opera eorū: et idcirco inducet
noctem ⁊ conterentur. Quaſi impios
percuſſit eos in loco videntiū. Qui quaſi
de induſtria receſſerunt ab eo: et omēs
vias eius intelligere noluerunt: ut per-
uenire facerent ad eum clamorem egeni
et audiret vocem pauperum. Ipſo enī
concedente pacem: quis eſt qui condem-
net? Ex quo abſconderit vultum: quis
eſt qui contempletur eum? Et ſuper gen-
tes: et ſup omnes homines. Qui regna-
re facit hominē ypocritam propter pecca-
ta populi. Quia ergo ego locutus ſum
ad deū: te quoq; non prohibebo. Si er-
raui tu doce me. Si iniquitatem locutꝰ
ſum: vltra non addam. Nunquid a te
deus expetit eā: quia diſplicuit tibi? Tu
enim cepiſti loqui ⁊ nō ego. Quod ſi qd
noſti melius loquere. Viri intelligētes
loquantur michi: et vir ſapiens audi-
et me. Iob aūt ſtulte locutus eſt: ⁊ ver-
ba illius non ſonant diſciplinam. Pa-
ter mi probet iob uſq; ad finem: nec de-
ſinas ab homine iniquitatis: qui addit
ſup peccata ſua blaſphemiā. Inter nos
interim conſtringatur et tūc ad iudiciū
prouocet ſermonibꝫ ſuis deū. xxxv

Igitur heliu hec rurſum locutus eſt. Nū-
quid equa videtur tibi tua cogitatio: ut
diceres iuſtior deo ſum? Dixiſti enī. Nō
tibi placet quod rectū eſt. Vel quid tibi
proderit: ſi ego peccauero? Itaq; ego re-
ſpondebo ſermonibꝫ tuis: et amicis tuis
tecum. Suſpice celum ⁊ intuere: et con
templare ethera q̄ altior te ſit. Si pecca-
ueris: quid ei nocebis? Et ſi multiplicate
fuerit iniquitates tue: quid facies cōtra
eum? Porro ſi iuſte egeris: quid donabꝫ
ei: aut qd de manu tua accipiet? Homini
qui ſimilis tui eſt nocebit impietas tua
et filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.
Propter multitudinem calumniatorum
clamabunt: ⁊ eiulabunt propter vim

brachij tyrannorū. Et non dixit ubi ē
deus qui fecit me qui dedit carmina ī no-
cte. Qui docet nos super iumenta terre::
et sup volucres celi erudit nos. Ibi cla-
mabunt et non exaudiet propter super-
biam malorū. Non ergo frustra audiet
deus: et omnipotens causas singulorū in-
tuebitur. Etiam cum dixeris non consi-
derat: iudicare corā illo. et expecta eū.
Nunc enī nō infert furorē suū: nec ulci-
scit scelus valde. Ergo iob frustra ape-
rit os suū. et absq; sciētia v̄ba mltiplicat
Addens quoq; heliu hec locut᷒ ē xxxvi
Sustine me paululum: et indica-
bo tibi. Adhuc enim habeo quod p deo
loqr. Repetam scientiā meā a principio
et operatorem meum probabo iustum.
Vere enim absq; mendacio s̄mones mei
et pfecta sciētia pbabit̄ tibi. De᷒ potētes
non abicit cum et ipse sit potens: sed nō
saluat impios: et iudicium pauperibus
tribuet. Nō auferet a iusto oculos suos
et reges in solio collocat in perpetuum:
et illic eriguntur. Et si fuerint ī cathe-
nis et vinciantur funibus paupertatis
indicabit eis opera eorum et scelera eorū
quia violenti fuerunt. Reuelabit quo-
q; aurem eorum ut corripiat: et loquet̄
ut reuertantur ab iniquitate. Si audie-
rint et obseruauerint complebūt dies
suos in bono: et annos suos in gloria.
Si autem non audierint transibunt p
gladiū: et consumentur in stulticia. Si-
mulatores et callidi prouocant iram dei
neq; clamabunt cū vincti fuerint. Mo-
rietur in tempestate anima eorum: et vi-
ta eorū inter effeminatos. Eripiet de an-
gustia sua pauperem: et reuelabit in tri-
bulatione aurem eius. Igitur saluabit
te de ore angusto latissime et nō habētis
fundamentum subter se. Requies autē
mense tue erit plena pinguedine. Cau-
sa tua quasi impij iudicata est: causam
iudiciumq; recipies. Non te ergo su-
peret ira ut aliquem opprimas: nec mlti-
tudo donorū inclinet te. Depone magni-
tudinem tuā absq; tribulatione: et om̄s
robustos fortitudine. Ne ptrahas no-
ctem: ut ascendant populi pro eis. Ca-
ue ne declines ad iniquitatem. Hāc enī
cepisti sequi post miseriam. Ecce deus ex-
celsus ī fortitudine sua: et nullus ei si-
milis ī legislatorib᷒. Quis poterit scru-
tari vias eius: aut quis potest ei dicere
operat᷒ es iniquitatē? Memento q igno-
res opus eius: de quo cecinerūt viri. O-
mnes homies vident eum: vnusquisq;
intuet̄ procul. Ecce deus magn᷒ vincēs
sentētiam nostrā. Numerus annorū ei᷒
inestimabilis. Qui aufert stillas pluuie
et effundit ymbres ad instar gurgitū.
Qui de nubibus fluunt: que pretexūt cū-
cta desup. Si voluerit extendere nubes
quasi tentoriū suū et fulgurare lumine
suo desup: cardines quoq; maris operiet.
Per hec enim iudicat pplos: et dat escas
mltis mortalibus. In manibus abscondit
lucē. et pcipit ei ut rursus adueniat. An-
nūciat de ea amico suo q possessio eius
sit: et ad eam possit ascendere. xxxvii
Super hoc expauit cor meum: et e-
motū est de loco suo. Audite au-
ditionem ī terrore vocis eius: et sonū de
ore illius procedentem. Subter omnes
celos ipse considerat: et lumen illius sup
terminos terre. Post eum rugiet sonit᷒,
tonabit voce magnitudinis sue: et non
inuestigabit cum audita fuerit vox eius
Tonabit deus in voce sua mirabiliter:
qui facit magna et inscrutabilia. Qui p̄-
cipit niui ut descendat in terram: et hye-
mis pluuijs et ymbri fortitudinis sue

Qui in manu omniū hominū ſignat ut
nouerint ſigna ⁊ opera ſua. Ingredietur
beſtia latibulū ſuū: ⁊ ī antro ſuo mora-
bitur. Ab interioribꝫ tēpeſtas egredietur et
ab arcturo frigus. flante deo concreſcit
gelu: et rurſū latiſſime funduntur aque
Frumētū deſiderat nubes: et nubes ſpar-
gunt lumen ſuum. Que luſtrant cūcta
per circuitum quocūqꝫ eas voluntas gu-
bernantis duxerit ad omne quod pre-
ceperit illis ſup faciē orbis terrarū: ſiue
in vna tribu ſiue ī terra ſua. ſiue ī quo-
cunqꝫ loco miſericordie ſue eas iuſſerit
inueniri. Auſculta hec iob: ſta et conſi-
dera mirabilia dei. Nunquid ſcis quādo
precepit deus pluuijs: ut oſtenderent lu-
cem nubium eius? Nunquid noſti ſemi-
tas nubium magnas: ⁊ perfectas ſcienti-
as? Nonne veſtimenta tua calida ſunt
cum perflata fuerit terra auſtro? Tu for-
ſitan cum eo fabricatus es celos: qui ſo-
lidiſſimi quaſi ere fuſi ſunt. Oſtende no-
bis quid dicamus illi. Nos quippe inuol-
uimur tenebris. Quis narrabit ei que
loquor? Etiā ſi locutus fuerit homo de-
uorabitur: at nūc nō vident lucem. Su-
bito aer cogetur ī nubes: ⁊ ventus trāſiens
fugabit eas. Ab aquilone aurū venit: ⁊ a
deo formidoloſa laudatio. Digne eū in-
ueniri nō poſſumus. Magnus fortitudi-
ne et iudicio ⁊ iuſticia: et enarrari nō po-
teſt. Ideo timebunt eum viri: et nō au-
debunt contemplari omnes qui ſibi viden-
tur eſſe ſapientes. xxxviij.

Reſpondens autē dñs iob de turbine
dixit. Quis eſt iſte inuoluēs ſentē-
cias ſermonibꝫ imperitis? Accinge ſicut
vir lumbos tuos: interrogabo te: et re-
ſponde michi. Ubi eras quando ponebā
fundamenta terre? Indica michi ſi ha-
bes intelligēciā. Quis poſuit menſuras
eius ſi noſti: uel quis tetēdit ſup eā lineā?
Super quo baſes illius ſolidate ſunt?
Aut quis dimiſit lapidem angularē eius,
cū me laudarent ſimul aſtra matutina.
et iubilarent omnes filij dei? Quis con-
cluſit oſtijs mare quādo erumpebat quaſi
de vulua procedens: cum ponerem nubē
veſtimentum eius. et caligine illud quaſi
pannis infantie obuoluerem. Circumde-
di illud terminis meis: et poſui vectem
et oſtia: et dixi. Uſqꝫ huc venies et nō
procedes amplius: et hic confringes tu-
mentes fluctus tuos. Nunquid poſt or-
tum tuum precepiſti diluculo et oſtendi-
ſti aurore locum ſuum: et tenuiſti concu-
ciēs extrema terre ⁊ excuſſiſti impios ex
ea? Reſtituetur ut lutum ſignaculum:
et ſtabit ſicut veſtimentum. Auferetur
ab impijs lux ſua: et brachium excelſū
confringetur. Nūquid ingreſſus es pro-
fundum maris: et in nouiſſimis abiſſi
deambulaſti? Nunquid aperte ſunt tibi
porte mortis: ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti?
Nunquid conſideraſti latitudinem terre
Indica michi ſi noſti omnia ī qua via
lux habitet ⁊ tenebrarū quis locus ſit:
ut ducas vnumquodqꝫ ad terminos ſu-
os. ⁊ intelligas ſemitas domus eius.
Sciebas tunc quod naſciturus eſſes: et
numerum dierum tuorū noueras? Nū-
quid ingreſſus es theſauros niuis aut the-
ſauros grandinis aſpexiſti: que prepa-
raui in tempus hoſtis. in diem pugne ⁊
belli? Per quam viam ſpergitur lux. di-
uiditur eſtus ſuper terram? Quis dedit
vehementiſſimo ymbri curſum ⁊ viam
ſonantis tonitrui: ut plueret ſuper terrā
abſqꝫ homine ī deſerto vbi nullus mor-
talium commoratur: ut impleret inuiā
et deſolatam. ⁊ produceret herbas virē-
tes? Quis ē pluuie pater: uel quis genuit

ſtillas roris? De cuius vtero egreſſa eſt
glacies: et gelu de celo quis genuit? In
ſimilitudinem lapidis aque durantur
et ſuperficies abiſſi conſtringitur. Nun-
quid coniungere valebis micantes ſtel-
las pliades: aut girũ arcturi poteris diſ-
ſipare? Nunquid producis luciferum
in tempore ſuo: et veſperum ſuper filios
terre conſurgere facis? Nunquid noſti
ordinem celi: et pones rationem eius in
terra? Nunquid eleuabis in nebulã vo-
cem tuam: et impetus aquarum operiet
te? Nunquid mittes fulgura et ibunt:
et reuertẽtia dicent tibi aſſumus? Quis
poſuit in viſceribus hominis ſapientiã
uel quis dedit gallo intelligentiã? Quis e-
narrabit celorum rationem: et cõcentũ
celi quis dormire faciet? Quãdo funde-
batur puluis ĩ terrã: et glebe compinge-
bantur? Nũquid capies leene predam
et animã catulorum eius implebis: quãdo
cubant in antris et in ſpeluncis inſidian-
tur? Quis preparat coruo eſcam ſuam:
quando pulli eius clamant ad deum va-
gientes eo quod nõ habeant cibos? xxxix

Nunquid noſti tempus partus ibi-
cum in petris: uel parturientes cer-
uas obſeruaſti? dinumeraſti mẽſes cõce-
ptus earum: et ſciſti tẽpus partus earum? Incur-
uant ad fetum et pariunt: et rugitus e-
mittunt. Separantur filij earum et per-
gunt ad paſtum: egrediuntur et non re-
uertunt ad eas. Quis dimiſit onagrũ
liberũ: et vincula eius quis ſoluit? Cui
dedi in ſolitudine domum: et tabernacu-
la eius in terra ſalſuginis. Contemnit
multitudinem ciuitatis: clamorem exa-
ctoris non audit. Circumſpicit montes
paſcue ſue: et virentia queque perquirit.
Nunquid volet rinoceros ſeruire tibi:
aut morabitur ad preſepe tuum? Nun-
quid alligabis rinocerotam ad arandũ
loro tuo: aut confringet glebas valli-
um poſt te? Nũquid fiduciã habebis in
magna fortitudine eius? Et derelinques
ei labores tuos? Nũquid credes illi quod
ſementẽ reddet tibi: et areã tuã cõgreget?
Penna ſtrucionis ſimilis eſt pennis hero-
dij et accipitris. Quãdo derelinquit oua
ſua ĩ terra: tu forſitan ĩ puluere calefaci-
es ea? Obliuiſcitur quod pes conculcet ea:
aut beſtia agri conterat. Duratur ad fi-
lios ſuos quaſi nõ ſint ſui: fruſtra labo-
rauit nullo timore cogẽte. Priuauit enim
eam deus ſapientia: nec dedit illi intelli-
gentiã. Cum tempus fuerit in altũ alas
erigit: deridet equitẽ et aſcenſorem eius.
Nũquid prebebis equo fortitudinẽ: aut
circũdabis collo eius hinnitum? Nun-
quid ſuſcitabis eũ quaſi locuſtas? Glo-
ria narium eius terror: terram vngula
fodit. Exultat audacter: ĩ occurſum per-
git armatis. Contemnit pauorem: nec
cedit gladio. Super ipſum ſonabit pha-
retra: vibrabit haſta et clipeus. Feruens
et fremens ſorbet terram: nec reputat tu-
be ſonare clangorem. Ubi audierit bu-
cinam dicit vah: procul odoratur bellũ
exhortationem ducum: et vlulatum ex-
ercitus. Nunquid per ſapientiam tuam
plumeſcit accipiter: expandens alas ſu-
as ad auſtrũ? Nunquid ad preceptũ tuũ
eleuabitur aquila: et ĩ arduis ponet ni-
dum ſuũ? In petris manet: et ĩ preruptis
ſilicibus cõmoratur: atque inacceſſis rupi-
bus. Inde cõtemplatur eſcam: et de lon-
ge oculi eius proſpiciũt. Pulli eius lam-
bent ſanguinẽ: et vbicũque cadauer fue-
rit ſtatim adeſt. Et adiecit dominus: et
locutus eſt ad iob. Nũquid qui contẽ-
dit cum deo: tam facile conquieſcit? Uti-
que qui arguit deum: debet reſpõdere ei.

Reſpondens autem iob domino dixit. Qui leuiter locutus ſū · reſpōdere qd poſſum? Manum meam ponam ſuper os meum? Unum locutus ſum qd vtinam non dixiſſem: ⁊ alterum: quibus vltra michil addam.

· xl ·

REſpondens autem dominus iob de turbine dixit. Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te: et indica michi. Nunquid irritum facies iudiciū meum: et contemnabis me ut iuſtificeris? Et ſi habes brachium ſicut deus et voce ſimili tonas: circūda tibi decorem ⁊ in ſublime erigere: et eſto glorioſus et ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos ī furore tuo et cōfunde eos: et reſpiciēs omnem arrogantem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos et confunde eos: et contere impios in loco ſuo. Abſconde eos ī puluere ſimul: ⁊ facies eorꝫ demerge in foueam: ⁊ ego confitebor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua. Ecce behemoth quem feci tecū: fenum quaſi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius et virtus illius ī vmbilico ventris eiꝰ. Cōſtringit caudā ſuam quaſi cedrum: nerui teſticulorū eius perplexi ſunt. Oſſa eius velut fiſtule eris: cartilago illiꝰ quaſi lamine ferree. Ipſe eſt principiū viarum dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius: huic montes herbas ferunt Omnes beſtie agri ludent ibi: ſub vmbra dormit in ſecreto calami · in locis humentibus. Protegunt vmbre vmbrā eius: circūdabunt eum ſalices torrentis. Ecce abſorbebit fluuium et non mirabitur: ⁊ habet fiduciā ꝙ influat iordanis in os eius. In oculis eius quaſi hamo capiet eum: et in ſudibus pforabit nares eiꝰ. An extrahere poteris leuiathan hamo: et fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribꝫ eiꝰ aut armilla perforabis maxillam eius? Nūquid multiplicabit ad te preces: ut loquetᷣ tibi mollia? Nūquid feriet tecū pactum: et accipies eum ſeruum ſempiternum? Nunquid illudes ei quaſi aui: aut ligabis eum ancillis tuis? Concidēt eum amici: diuidēt illum negociatores. Nunquid implebis ſagenas pelle eius et gurguſtium piſcium capite illius? Pones ſuper eum manū tuā? Memento belli: nec vltra addas loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabitur eū: et videntibꝰ cūctis precipitabitur.

· xli ·

NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo: et quis ante dedit michi ut reddā ei? Omnia que ſub celo ſunt mea ſunt Non parcam ei verbis potētibus: et ad deprecandū cōpoſitis. Quis reuelabit faciem indumenti eiꝰ? Et in mediū oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per girum dentium eiꝰ formido: corpus illiꝰ q̄ſi ſcuta fuſilia · et cōpactū ſquamis ſe prementibus. Una vni coniungitur ⁊ ne ſpiraculū quidem incedit per eas. Una alteri adherebit: ⁊ tenentes ſe nequaq̄ꝫ ſeperabuntur. Sternutatio eius ſplendor ignis · et oculi eiꝰ ut palpebre diluculi. De ore eius lampades procedūt · ſicut tede ignis accenſe de naribꝫ eius procedit fumus: ſicut olle ſuccenſe atqꝫ feruentis. Halitꝰ eius prunas ardere facit: et flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo: et faciem eius precedit egeſtas. Membra carnium eius coherentia ſibi. Mittet contra eum fulmina · et ad locū alium non ferent. Cor eius indurabit tanq̄ꝫ lapis: et ſtringetur quaſi malliatoris incus. Cū ſublatꝰ fuerit timebūt

angeli: ⁊ territi purgabuntur. Cum ap-
prehenderit eum gladius ſubſiſtere nō
poterit: neq; haſta neq; torax. Reputa-
bit enim quaſi paleas ferrū: et quaſi li-
gnum putridū es. Non fugabit eū vir
ſagittarius. in ſtipulam verſi ſunt ei la-
pides funde. Quaſi ſtipulam eſtimabit
malleum: ⁊ deridebit vibrantem haſtam
Sub ipſo erunt radij ſolis: et ſternet ſi-
bi aurum quaſi lutum. Ferueſcere faciet
quaſi ollam profundū maris ⁊ ponet
quaſi cum vngenta bulliūt. Poſt eum
lucebit ſemita: eſtimabit abiſſum qua-
ſi ſeneſcentem. Non eſt ſuper terram po-
teſtas que comparetur ei: qui factus eſt
ut nullum timeret. Omne ſublime vi-
det: ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſu-
perbie. xlij

Reſpondens autem iob domino di-
xit. Scio quia omīa potes: et nul-
la te latet cogitatio. Quis eſt iſte qui ce-
lat conſilium abſq; ſcientia? Ideo inſipi-
enter locutus ſum: ⁊ que vltra modum
excederent ſcientiam meam. Audi ⁊ ego
loquar: interrogabo te et reſponde mi-
chi. Auditu auris audiui te: nunc aūt
oculus meus videt te. Idcirco ipſe me
reprehendo: et ago penitentiam in fauil-
la et cinere. Poſtꝗ̄ autem locutus eſt de-
us verba hec ad iob: dixit ad eliphaz the-
maniten. Iratus eſt furor meus in te et
in duos amicos tuos: quoniam non e-
ſtis locuti coram me rectum ſicut ſeruus
meus iob. Sumite ergo vobis ſeptem
thauros et ſeptem arietes: et ite ad ſer-
uum meum iob: et offerte olocauſtum
pro vobis. Iob autem ſeruus meus o-
rabit pro vobis. Faciem eius ſuſcipiā:
et non vobis imputet̄ i ſtulticiā. Neq;
enim locuti eſtis ad me recta: ſicut ſeruꝰ
meus iob. Abierūt ergo eliphaz thema-
nites ⁊ baldath ſuites ⁊ ſophar naama-
tites et fecerunt ſicut locutus fuerat do-
minus ad eos: et ſuſcepit deus faciē iob
Dominus ꝗ̄ cōuerſus eſt ad penitentiā
iob cū oraret ille ꝓ amicis ſuis. Et addi-
dit dominus omnia quecunq; fuerant
iob duplicata. Venerunt aūt ad eum
omnes fratres ſui et vniuerſe ſorores
ſue et cuncti qui nouerant eum prius: ⁊
comederunt cum eo panem in domo eiꝰ
Et mouerunt ſuper eum caput: ⁊ conſo-
lati ſunt eum ſuper omni malo quod in-
tulerat dn̄s ſuper eū: ⁊ dederunt ei vnuſ-
quiſq; ouem vnam et inaurem auream
vnam. Dominus autem benedixit no-
uiſſimis iob magis quam principio eiꝰ
Et facta ſunt ei quatuordecim milia oui-
um et ſex milia camelorum: et mille iu-
ga boum. et mille aſine: ⁊ fuerunt ei ſe-
ptem filij ⁊ tres filie. Et vocauit nomen
vnius diem: et nomen ſecunde caſſiam:
et nomen tercie cornuſtibij. Non ſunt
autem inuente mulieres ſpecioſe ſicut
filie iob in vniuerſa terra. Deditq; eis
pater ſuus hereditatem inter fratres ea-
rum. Vixit autem iob poſt hec centum
quadraginta annis: ⁊ vidit filios ſuos
et filios filiorum ſuorum uſq; ad quar-
tam generationem: ⁊ mortuus eſt ſenex
et plenus dierum. Explicit liber iob.

Incipit prologus in libro pſal
morum dauid.

Incipit prologus in libro pſalmoꝝ

PSalteriū rome dudū poſitus emendarā: ꝛ iuxta ſeptuaginta interpꝛetes · licet curſim · magna tamē ex parte coꝛrexerā. Qd̄ qꝛ rurſū videtis o paula et euſtochiū ſcriptoꝛū vicio depꝛauatū pluſqꝫ antiquū erroꝛē ꝙ nouā emendacōnem valere: me cogitis ut veluti quodam nouali · ſciſſū iam aruū exerceam · et obliquis ſulcis renaſcētes ſpinas eradicem: equū eſſe dicētes: ut qd̄ crebꝛo pullulat crebꝛius ſuccidatur. Unde cōſueta ꝑfatione cōmoneo: tam vos quibus foꝛte laboꝛ iſte deſudat · ꝙ eos qui exemplaria iſtiuſmōi habere voluerint ut q̄ diligenter emendaui · cū cura ꝛ diligentia trāſcribātur. Notet ſibi vnuſqſqꝫ vel iacentē lineā · vel radiātia ſigna · id eſt obelos · vel aſteriſcos: et vbicūqꝫ viderit virgulā pꝛecedentē · ab ea uſqꝫ ad duo puncta que impꝛeſſimus · ſciat in ſeptuaginta trāſlatoꝛibꝫ plus haberi: vbi aūt perſpexerit ſtelle ſimilitudinē · de hebꝛeis voluminibꝫ additū nouerit eque uſqꝫ ad duo pūcta · iuxta theodocōis dūtaxat edicōem q̄ ſimplicitate ſermonis a ſeptuagīta interpꝛ̄tibꝫ nō diſcoꝛdat. Hec ergo ꝛ vobꝫ ꝛ ſtudioſo cuiqꝫ feciſſe me ſciēs · nō ambigio multos foꝛe · q̄ vel inuidia vel ſupcilio malent cōtemnere ꝛ videre ꝑclara ꝙ diſcere: et de turbulento magis riuo ꝙ de puriſſimo fonte potare.

Incipit liber hymnoꝝ vel ſoliloquioꝝ pꝑhe dd̄ de xp̄o.

BEatus vir qui non abijt in cōſilio impioꝝ: et in via peccatorum nō ſtetit: et in cathedꝛa peſtilentie non ſedit. Sed in lege dn̄i voluntas eius: ꝛ in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanꝗ lignū quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarum: qd̄ fructū ſuū dabit ī tempoꝛe ſuo. Et foliū eius nō defluet: et omīa quecūqꝫ faciet pꝛoſperabuntur. Non ſic impij nō ſic: ſed tanꝙ puluis quē pꝛoicit ventus a facie terre. Ideo nō reſurgunt impij in iudicio: neqꝫ peccatoꝛes in conſilio iuſtoꝛum. Quoniā nouit dominus viam iuſtoꝛum: et iter impioꝛum peribit.

Ps dd̄. ij.

QUare fremuerūt gentes: ꝛ populi meditati ſūt inania. Aſtiterūt reges terre ꝛ pꝛincipes cōuenerūt ī vnū: aduerſus dn̄m et aduerſus xp̄m eius. Dirūpamus vincula eoꝝ: ꝛ pꝛoiciamꝰ a nobis iugū ipſoꝛū. Qui habitat ī celis irridebit eos: et dn̄s ſubſānabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua: et in furoꝛe ſuo cōturbabit eos. Ego autē cōſtitutus ſū rex ab eo ſup ſyon montem ſanctū eius: pꝛedicās pꝛeceptū eiꝰ. Dn̄s dixit ad me filius meꝰ es tu: ego hodie genui te. Poſtula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et poſſeſſionem tuā terminos terre. Reges eos in virga ferrea: ꝛ tanꝙ vas figuli confringes eos. Et nūc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terrā. Seruite dn̄o in timoꝛe: et exultate ei cū tremoꝛe. Appꝛehendite diſciplinā: ne quādo iraſcatur dn̄s et pereatis de via iuſta. Cū exarſerit in bꝛeui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Ps dd̄ cū fugeret a facie abſolon filij ſui · iij

DOmine quid multiplicati ſūt qui tribulant me: multi inſurgūt aduerſū me. Multi dicūt anime mee: nō eſt ſalus ipſi in deo eius. Tu autē dn̄e ſuſceptoꝛ meꝰ es: gloria mea et exaltās

caput meū. Uoce mea ad dn̄m clama
ui: et exaudiuit me de mōte ſancto ſuo
Ego dormiui et ſoporatus ſū: et exſur
rexi quia dn̄s ſuſcepit me. Nō timebo
milia populi circūdātis me: exurge dn̄e
ſaluū me fac deus meus. Quoniā tu p
cuſſiſti oēs aduerſātes michi ſine cau
ſa: dentes peccatorū cōtriuiſti. Dn̄i eſt
ſalus: et ſup populū tuū benedictio tua
.iiij. In fine ī carminibꝫ p̄s dd̄. vl' In fine p̄s cātici dd̄
Cum inuocarem exaudiuit me de⁹
iuſticie mee: in tribulacōne dila
taſti michi. Miſerere mei: et exaudi ora
cōnem meā. Filij hominum uſqꝫ quo
graui corde: ut quid diligitis vanitatē
et queritis mendaciū. Et ſcitote quoni
am mirificauit dn̄s ſanctū ſuū: dn̄s ex-
audiet me cū clamauero ad eū. Iraſci
mini ⁊ nolite peccare: qui dicitis in cor-
dibus veſtris in cubilibus veſtris cōpu
gimini. Sacrificate ſacrificiū iuſticie ⁊
ſperate in dn̄o: multi dicūt quis oſten-
dit nobis bona. Signatū eſt ſup nos
lumē vultus tui dn̄e: dediſti leticiam in
corde meo. A fructu frumenti: vini et
olei ſui multiplicati ſunt. In pace in
idipſū: dormiā ⁊ requieſcam. Quoniā
tu domine ſingulariter in ſpe: cōſtitui
ſti me. In fine pro ea que conſe-
quitur hereditatem. v
Uerba mea auribus percipe dn̄e: in
telligē clamorē meū. Intende vo
ci oracōnis mee: rex meus ⁊ deus meus
Quoniā ad te orabo dn̄e: mane exau-
dies vocē meā. Mane aſtabo tibi et vi
debo: quoniam nō deus volens iniquita
tē tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te mali
gnus: neqꝫ permanebūt iniuſti āte ocu-
los tuos. Odiſti omnes qui operantur
iniquitatem: perdes omnes qui loquntur
mendaciū. Uirū ſanguinū et doloſum
abominabitur dn̄s: ego aūt i multitu
dine miſericordie tue. Introibo in do
mum tuam: adorabo ad templum ſan-
ctum tuū i timore tuo. Domine deduc
me ī iuſticia tua: propter inimicos me
os dirige in conſpectu meo viam meā
Quoniā non eſt in ore eorum veritas:
cor eorū vanū eſt. Sepulcrū patens eſt
guttur eorum: linguis ſuis doloſe age
bant: iudica illos deus. Decidant a co
gitacōnibus ſuis: ſecundū multitudinē
impietatū eorū expelle eos: quoniam ir
ritauerunt te domine. Et letentur om
nes qui ſperant in te: in eternum exulta
bunt et habitabis in eis. Et gloria-
būtur in te omnes qui diligunt nomē
tuum: quoniā tu benedices iuſto. Do-
mine: ut ſcuto bone voluntatis tue co
ronaſti nos. In fine p̄s dauid
pro octaua. vi.
Dn̄e ne in furore tuo arguas me:
neqꝫ ī ira tua corripias me. Miſe
rere mei dn̄e qm̄ infirmus ſū: ſana me
dn̄e qm̄ cōturbata ſunt oſſa mea. Et
anima mea turbata eſt valde: et tu dn̄e
uſqꝫquo. Conuertere dn̄e ⁊ eripe aīmā
meā: ſaluū me fac propter miſericordi
am tuā. Quoniā nō eſt ī morte qui me
mor ſit tui: in inferno aūt quis cōfitebi
tur tibi. Laboraui i gemitu meo: laua
bo per ſingulas noctes lectū meū: lacri-
mis meis ſtratū meū rigabo. Turba
tus eſt a furore oculus meus: inuetera-
ui inter omnes inimicos meos. Diſce
dite a me omnes qui operamini iniqui
tatem: quoniā exaudiuit dn̄s vocem fle
tus mei. Exaudiuit dn̄s deprecacōnē
meā: dn̄s oracōnē meā ſuſcepit. Eru
beſcant ⁊ cōturbentur vehementer oēs
inimici mei: conuertantur ⁊ erubeſcant
valde velociter. In fine p̄s dauid

quē cantauit pꝰ chuſi filij gemini.

vij DOmine deus meus in te ſperaui:
ſaluū me fac ex oībꝰ pſequētibꝰ
me et libera me. Ne quando rapiat ut
leo animā meā: dū nō eſt qui redimat
neqꝫ qui ſaluū faciat. Dñe deus meus
ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus
meis. Si reddidi retribuentibꝰ michi
mala: decidam merito ab inimicis meis
inanis. Perſequatur inimicus animā
meā et cōpꝛehendat: et cōculcet in terra
vitā: et gloriam meā in puluerem dedu
cat. Exſurge dñe in ira tua: et exalta-
re in finibus inimicoꝝ meoꝝ. Exſur
ge dñe deus meus in pcepto qđ mādaſti
et ſynagoga pplorū circūdabit te. Et
pꝛopter hanc in altū regredere: dominꝰ
iudicat populos. Iudica me dñe ſcdm
dū iuſticiā meā: et ſcdm innocentiam
meam ſup me. Conſumetur nequicia
peccatorū: et diriges iuſtū ſcrutans cor
da et renes deus. Iuſtū adiutoriū me
um a dño: qui ſaluos facit rectos corde
Deus iudex iuſtus fortis et patiens:
nūquid iraſcitur p ſingulos dies. Ni
ſi conuerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit:
arcū ſuū tetendit ⁊ parauit illū. Et in
eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas
ardentibus effecit. Ecce parturit iniu-
ſticiā: cōcepit dolorē et peperit iniquita
tem. Lacum aperuit et effodit eū: et in
cidit in foueam quā fecit. Conuertetꝰ
dolor eius in caput eius: et in verticem
ipſius iniquitas eius deſcendet. Confi
tebor domino ſecundum iuſticiam eius:
et pſallam nomini domini altiſſimi.

In finē pſ dd' p torcularibus. viij

DOmine dñs noſter: ꝙ ammirabi
le eſt nomē tuū in vniuerſa terra
Quoniā eleuata eſt magnificentia tua:
ſuper celos. Ex ore infantiū et lactētiū
perfeciſti laudē pꝛopter inimicos tuos:
ut deſtruas inimicū et vltorē. Quoniā
videbo celos tuos opera digitoꝝ tuoꝝ:
lunā et ſtellas que tu fundaſti. Quid
eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius
hoīs quoniā viſitas eū. Minuiſti eū
paulominus ab angelis: gloria et ho-
nore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſup
opera manuū tuarū. Omnia ſubieciſti
ſub pedibus eius: oues et boues vni-
uerſas: inſuper et pecora campi. Volu
cres celi ⁊ piſces maris: qui pambulāt
ſemitas maris. Dñe dñs noſter: ꝙ am
mirabile eſt nomē tuū in vniūſa terra

In finē pro occultis filij pſ dauid. ix

COnfitebor tibi dñe in toto corde
meo: narrabo oīa mirabilia tua
Letabor ⁊ exultabo in te: pſallā noīi
tuo altiſſime. In conuertendo inimicū
meū retrorſū: infirmabūtur et peribūt
a facie tua. Quoniā feciſti iudiciū meū
et cauſam meā: ſediſti ſup thronū qui
iudicas iuſticiā. Increpaſti gentes et
periit impius: nomē eoꝝ deleſti in eter
num et in ſeculū ſeculi. Inimici defece
runt framee in finē: et ciuitates deſtrux
iſti. Periit memoria eoꝝ cū ſonitu: et
dñs in eternū permanet. Parauit in iu
dicio thronū ſuū: et ipſe iudicabit orbē
terre in equitate: iudicabit populos in
iuſticia. Et factus ē dñs refugiū pau
peri: adiutor in opoꝛtunitatibꝰ in tribu
latōne. Et ſperēt in te qui nouerunt
nomē tuū: quoniā nō dereliquiſti que-
rentes te dñe. Pſallite dño qui habi
tat in ſyon: annūciate inter gentes ſtu
dia eius. Quoniā requirens ſanguinē
eoꝝ recordatus eſt: nō eſt oblitus cla
morē pauperū. Miſerere mei dñe: vide
humilitatē meā de inimicis meis. Qui
exaltas me de portis mortis: ut annūcie

omnes laudacões tuas in portis filie ſi
on. Exultabo in ſalutari tuo: infixe ſūt
gentes in interitu quem fecerūt. In la
queo iſto quē abſcōderūt: cōprehēſus eſt
pes eoꝝ. Cognoſcet dn̄s iudicia faciēs:
in operibꝫ manuū ſuarū cōprehenſus ē
peccator. Conuertant̄ peccatores ī infer
nū: oēs gentes que obliuiſcuntur deū
Qm̄ nō in finē obliuio erit pauperis:
patientia pauperū nō peribit ī finē. Ex
ſurge dn̄e nō cōfortetur homo: iudicē
tur gentes in cōſpectu tuo. Conſtitue
dn̄e legiſlatorē ſup eos: ut ſciant gen=
tes qm̄ hoīes ſūt. Ut quid dn̄e receſſi
ſti longe deſpicias in oportunitatibꝫ in
tribulacōne. Dū ſuperbit impius incē
ditur pauper: cōprehendūtur ī cōſilijs
quibꝫ cogitant. Qm̄ laudatur peccator
in deſiderijs anime ſue: et iniquus bene
dicitur. Exacerbauit dn̄m peccator: ſe
cundū multitudinē ire ſue nō queret.
Nō eſt deus in cōſpectu eiꝰ: inquinate
ſūt vie illius ī omī tempore. Auferunt̄
iudicia tua a facie eius: omniū inimicoꝝ
ſuorū dn̄abitur. Dixit eñ ī corde ſuo:
nō mouebor a generacōne in generacō
nem ſine malo. Cuius maledictione
os plenū eſt ꝛ amaritudine ꝛ dolo: ſub
lingua eiꝰ labor et dolor. Sedet in inſi=
dijs cū diuitibꝫ in occultis: ut interficiat
innocentē. Oculi eiꝰ in pauperē reſpici=
unt: inſidiat̄ in abſcōdito q̄ſi leo in ſpe
lūca ſua. Inſidiat̄ ut rapiat pauperē:
rapere pauperē dū attrahit eū. In la=
queo ſuo humiliabit eū: inclinabit ſe
et cadet cū dominatus fuerit pauperū.
Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt de
us: auertit faciem ſuam ne videat in fi
nem. Exſurge domine deus ꝛ exultetur
manus tua: ne obliuiſcaris pauperum
Propter quid irritauit impius deum:
dixit eñ in corde ſuo non requiret. Vi
des quoniā tu laborem et dolorē conſide
ras: ut tradas eos in manus tuas. Ti
bi derelictus eſt pauper: orphano tu eris
adiutor. Contere brachiū peccatoris et
maligni: queretur peccatum illius ꝛ nō
inuenietur. Dominus regnabit in e=
ternum ꝛ in ſeculum ſeculi: peribitis gen
tes de terra illius. Deſiderium pauperū
exaudiuit dominus: preparacōnem cor
dis eorū audiuit auris tua. Iudicare
pupillo et humili: ut non apponat vl=
tra magnificare ſe homo ſuper terram.
In finē pſalmus dauid. x.
In domino cōfido quomō dicitis anime
mee: tranſmigra in montē ſicut paſſer.
Quoniā ecce peccatores intenderunt ar
cum: parauerunt ſagittas ſuas in pha=
retra: ut ſagittent ī obſcuro rectos cor
de. Quoniā que perfeciſti deſtruxerūt:
iuſtus autē quid fecit. Dominus in tē
plo ſancto ſuo: dominus in celo ſedes
eius. Oculi eius ī pauperem reſpiciūt:
palpebre eiꝰ interrogāt filios hominū.
Dn̄s interrogat iuſtū et impiū: qui au
tem diligit iniquitatem odit animā ſuā
Pluet ſup peccatores laqueos: ignis
et ſulphur et ſpiritus procellarū pars
calicis eorū. Qm̄ iuſtus dn̄s et iuſtici=
as dilexit: equitatem vidit vultus eiꝰ
In fine pſalmꝰ dd̄ p octaua. xi.
Saluum me fac domine quoniā
defecit ſanctus: quoniā diminute
ſunt veritates a filijs hominum. Uana
locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum
ſuum: labia doloſa in corde et corde lo
cuti ſunt. Diſperdat dominus vniuer=
ſa labia doloſa: et linguam magnilo
quam. Qui dixerunt linguam noſtrā
magnificabimus: labia noſtra a no=
bis ſunt: quis noſter dominus eſt.

Propter miſeriã inopũ et gemitũ pau
perũ: nũc exſurgam dicit dñs. Ponã
in ſalutari: fiducialiter agã in eo. Elo
quia dñi eloquia caſta: argentũ igne ex
aminatũ: probatũ terre purgatũ ſeptu
plum. Tu dñe ſeruabis nos ⁊ cuſtodi
es nos: a generacõne hac in eternum.
In circuitu impij ambulant: ſecũdũ
altitudinem tuã multiplicaſti filios ho
minum. In finẽ pſalmꝰ dauid. xij.
Uſqꝫquo dñe obliuiſceris me in fi
nem: uſqꝫ quo auertis faciẽ tuam
a me? Quãdiu ponam cõſilia in anima
mea: dolorẽ in corde meo p diẽ? Uſqꝫ
quo exaltabitur inimicus meꝰ ſup me?
reſpice et exaudi me dñe deus meꝰ. Il
lumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiã
in morte: ne quãdo dicat inimicus meꝰ
preualui aduerſus eũ. Qui tribulant
me exultabũt ſi motus fuero: ego aũt
in miſericordia tua ſperaui. Exultabit
cor meũ in ſalutari tuo: cantabo dño
qui bona tribuit michi: et pſallã noĩ
dñi altiſſimi. In finẽ pſ dauid. xiij.
Dixit inſipiens ĩ corde ſuo: nõ eſt
deus. Corrupti ſunt et abomina
biles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nõ eſt q
faciat bonũ nõ eſt uſqꝫ ad vnũ. Dñs
de celo proſpexit ſup filios hominũ: ut
videat ſi eſt intelligens aut requirens
deũ. Omes declinauerũt ſimul inutiles
facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ nõ eſt
uſqꝫ ad vnũ. Sepulcrũ patẽs eſt gut
tur eorũ: linguis ſuis doloſe agebant:
venenũ aſpidũ ſub labijs eoꝝ. Quorũ
os maledictione ⁊ amaritudine plenũ
eſt: veloces pedes eorũ ad effundendum
ſanguinẽ. Contritio et infelicitas in
vijs eorũ: et viam pacis nõ cognoue
runt: nõ eſt timor dei ante oculos eorũ
Nonne cognoſcent omnes q operãtur
iniquitatẽ: qui deuorant plebem meam
ſicut eſcam panis? Dñm nõ inuocaue
rati ſũt: cõturbati ſũt commoti ſũt: tre
mor apprehendit eos. Ibi dolores ut
parturientis: in ſpiritu vehemẽti cõteres
naues tharſis. Sicut audiuim⁹ ſic vi
dimus in ciuitate dñi virtutũ in ciuita-
te dei noſtri: deus fundauit eã in eternũ.
Suſcepim⁹ deus miſericordiã tuã: in
medio templi tui. Secũdũ nomẽ tuũ
deus ſic ⁊ laus tua in fines terre: iuſticia
plena eſt dextera tua. Letetur mons ſi
on et exultent filie iude: propter iudicia
tua dñe. Circũdate ſion et complecti-
mini eã: narrate in turribꝫ eius. Poni
te corda veſtra in virtute eius: et diſtri-
buite domos eius ut enarretis in proge
nie altera. Quoniam hic eſt deus deus
noſter in eternum ⁊ in ſeculũ ſeculi: ipſe
reget nos in ſecula. In fine filijs
chore. pſalmus dauid. xlviij.
A Udite hec omnes gentes: auribꝫ p
cipite oĩs qui habitatis orbem.
Quiqꝫ terrigine et filij hominũ: ſimul
in vnũ diues et pauper. Os meum lo-
quetur ſapientiam: ⁊ meditacõ cordis
mei prudentiam. Inclinabo in parabo
lam aurem meam: aperiam in pſalterio
propoſitionem meam. Cur timebo in
die mala: iniquitas calcanei mei circũ-
dabit me. Qui confidunt i virtute ſua
et in multitudine diuiciarũ ſuarũ glori
antur. Frater non redimit redimet ho
mo: non dabit deo placationem ſuam.

Et preciū redempcōnis anime sue: ⁊ laborabit in eternū ⁊ viuet adhuc in finē. Nō videbit interitū cū viderit sapiētes morientes: simul insipiēs ⁊ stult⁹ peribūt. Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulcra eorū domus eorū in eternum. Tabernacula eorū ī progenie ⁊ progenie: vocauerūt noīa sua in terris suis. Et homo cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis. Hec via illorū scandalū ipsis: ⁊ postea ī ore suo cōplacebūt. Sicut oues in inferno positi sūt: mors depascet eos. Et dñabūtur eorū iusti in matutino: et auxilium eorū veterascet in inferno a gloria eorū. Verūtamen deus redimet animā meā de manu inferi cū acceperit me. Ne timueris cū diues factus fuerit homo: et cū multiplicata fuerit gloria domus eius. Qm̄ cū interierit nō sumet oīa: neq̄ descendet cū eo gloria eius. Quia aīa eius in vita ipsius benedicetur: cōfitebitur tibi cū benefeceris ei. Introibit usq̄ in progenies patrū suoꝝ: usq̄ in eternum nō videbit lumen. Homo cū in honore esset nō intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis.

psalmus asaph. xlix

Deus deorū dñs locutus est: et vocauit terrā. A solis ortu usq̄ ad occasum: ex syon species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster et nō silebit. Ignis in cōspectu eius exardescet: ⁊ in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit celū desursū: et terrā discernere populū suū. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt celi iusticiā ei⁹: quoniā deus iudex est. Audi populus me⁹ ⁊ loquar isrl: et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum. Nō in sacrificijs tuis arguam te: olocausta aūt tua in cōspectu meo sūt semper. Nō accipiam de domo tua vitulos: neq̄ de gregibꝫ tuis hircos. Qm̄ mee sunt oēs fere siluarū: iumenta in montibus et boues. Cognoui omnia volatilia celi: ⁊ pulcritudo agri mecū est. Si esuriero non dicam tibi: meus est eñ orbis terre et plenitudo eius. Numquid māducabo carnes thaurorū: aūt sanguinem hircorū potabo. Immola deo sacrificiū laudis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulacōnis: eruam te et honorificabis me. Peccatori autē dixit de⁹ quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamētum meum p os tuū. Tu vero odisti disciplinam: ⁊ proiecisti sermones meos retrorsū. Si videbas furem currebas cum eo: et cū adulteris porcionem tuā ponebas. Os tuū abundauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris: et aduersū filiū matris tue ponebas scādalū: hec fecisti ⁊ tacui. Existimasti inique q̄ ero tui similis: arguam te ⁊ statuam contra faciē tuam. Intelligite hec qui obliuiscemini deū: nequando rapiat ⁊ nō sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

ps d' cū venit ad eum nathan pph'a q̄n uel qn̄ intrauit ad bersabee. l

Miserere mei deus: secūdū magnā misericordiam tuā. Et secundū multitudinē miseracōnē tuarum: dele iniquitatem meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meam ego cognosco: ⁊ peccatū meū contra me est

ſemper. Tibi ſoli peccaui et malū corā
te feci : ut iuſtificeris in ſermonibꝫ tuis
et vincas cū iudicaris. Ecce eñ in ini
quitatibus conceptus ſum : et in pecca:
tis concepit me mater mea. Ecce enim
veritatem dilexiſti : incerta et occulta ſa
ſapiētie tue manifeſtaſti michi. Aſper
ges me dñe yſopo ꝛ mūdabor : lauabis
me et ſuper niuem dealbabor. Auditui
meo dabis gaudiū et leticiam : ꝛ exulta
bunt oſſa humiliata. Auerte faciē tu:
am a peccatis meis : et omnes iniquita
tes meas dele. Cor mūdum crea in me
deus : et ſpiritū rectum innoua in viſce
ribus meis. Ne proiicias me a facie tua
et ſpiritū ſanctum tuū ne auferas a me
Redde michi leticiam ſalutaris tui : et
ſpiritu principali cōfirma me. Docebo
iniquos vias tuas : et impij ad te con:
uertentur. Libera me de ſanguinibus
deus deus ſalutis mee : et exultabit lin:
gua mea iuſticiā tuam. Domine la:
bia mea aperies : et os meū annunciabit
laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſa
crificium dediſſem vtiqꝫ : olocauſtis nō
delectaberis. Sacrificiū deo ſpiritus cō
tribulatus : cor contritum et humilia:
tum deus nō deſpicies. Benigne fac do
mine in bona volūtate tua ſyon : ut edi
ficentur muri iheruſalem. Tunc acce:
ptabis ſacrificium iuſticie oblacōnes ꝛ
olocauſta : tunc imponent ſuper altare
tuum vitulos. In finē intellectus
dauid cum venit doech ydumeus
et nūciauit ſauli venit dauid
in domū abymelech. li.

Quid gloriaris in malicia : qui po:
tens es in iniquitate. Tota die
iniuſticiā cogitauit lingua tua : ſicut no
uacula acuta feciſti dolū. Dilexiſti mali
ciam ſup benignitatē : iniquitatē magis
ꝙ loqui equitatem. Dilexiſti oīa ver
ba precipitacōnis lingua doloſa. Pro
pterea deus deſtruet te in finē : euellet te
et emigrabit te de tabernaculo tuo : et ra
dicem tuam de terra viuentium. Vide:
bunt iuſti ꝛ timebunt : ꝛ ſuper eum ride
bunt et dicent : ecce homo qui non po
ſuit deū adiutorē ſuum. Sed ſperauit
in multitudine diuiciarū ſuarū : et pre:
ualuit in vanitate ſua. Ego aūt ſicut
oliua fructifera ī domo dei ſperaui in mi
ſericordia dei : in eternū et ī ſeculū ſeculi
Confitebor tibi in ſeculū quia feciſti : et
expectabo nomē tuū : qm̄ bonū in cōſpe
ctu ſanctorū tuorū. In finē ītellcūs
dauid pro amalech. lij

Dixit inſipiens ī corde ſuo :
non eſt deus. Corrupti ſūt
et abominabiles facti ſunt
in iniquitatibus : non eſt
qui faciat bonum. Deus de celo proſpe
xit ſup filios hominum : ut videat ſi eſt
intelligens aut requirens deum. Om:
nes declinauerunt ſimul inutiles facti
ſunt : non eſt qui faciat bonum non eſt
uſqꝫ ad vnum. Nonne ſcient omnes
qui operantur iniquitatem : qui deuorāt
plebem meam ut cibum panis. Deum
non inuocauerunt : illic trepidauerunt
timore vbi non erat timor. Quoniam
deus diſſipauit oſſa eorum qui homi:
nibus placent : confuſi ſunt quoniam
deus ſpreuit eos. Quis dabit ex ſyon
ſalutare iſrahel : cum conuerterit deus
captiuitatem plebis ſue exultabit ia:
cob et letabitur iſrahel. In finē in
carminibꝫ vl' ītell' dd cū veniſſēt
ziphei ad ſaul ꝛ nūciaſſꝫ ſauli.
nōne dd' abſcōdit' ē apud nos. liij.

Deus in nomine tuo ſaluum me
fac : et in virtute tua iudica me.

Deus exaudi oracōnem meā : aurib⁹
percipe verba oris mei. Quoniā alieni inſur
rexerunt aduerſum me: et fortes queſie
runt animā meā : et nō propoſuerunt
deū ante conſpectū ſuū. Ecce enī deus
adiuuat me: et dn̄s ſuſceptor eſt aīme
mee. Auerte mala inimicis meis: et in
veritate tua diſperde illos. Voluntarie
ſacrificabo tibi: et cōfitebor noīni tuo
dn̄e quoniā bonū eſt. Quoniā ex omi
tribulacōne eripuiſti me: et ſup inimi
cos meos deſpexit oculus meus. liii
In fi. i carminibʒ ul' hymnis itellc̄ dd
Exaudi deus oracōnem meā : et ne
deſpexeris deprecacōnem meā: in
tende michi et exaudi me. Contriſta
tus ſum in exercitacōne mea: et contur
batus ſū a voce inimici ꝛ a tribulacōne
peccatoris. Quoniā declinauerūt in me ini
quitates : et in ira moleſti erant michi
Cor meū cōturbatū eſt in me : et for
mido mortis cecidit ſuper me. Timor
et tremor venerūt ſup me : et cōtexerūt
me tenebre. Et dixi q̄s dabit michi pē
nas ſicut colūbe: et volabo ꝛ requieſcā
Ecce elongaui fugiens: et manſi in ſo
litudine. Expectaui eū qui ſaluū me
fecit: a puſillanimitate ſpiritus et tem
peſtate. Precipita dn̄e diuide linguas
eorū: quoniā vidi iniquitatē ꝛ cōtradi
ctionē in ciuitate. Die ac nocte circun
dabit eam ſuper muros eius iniquitas:
et labor in medio ei⁹ ꝛ iniuſticia. Et nō
defecit de plateis eius : vſura et dolus.
Quoniā ſi inimicus meus maledixiſſet mi
chi: ſuſtinuiſſem vtiqʒ. Et ſi is qui ode
rat me ſup me magna locutus fuiſſet:
abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu
vero homo vnanimis : dux meus ꝛ no
tus meus. Qui ſimul meū dulces ca
piebas cibos : in domo dei ambulauim⁹
cū conſenſu. Veniat mors ſup illos:
et deſcendant in infernū viuētes. Quoniā
nequicie in habitaculis eorū : in medio
eorū. Ego aūt ad deū clamaui: ꝛ dn̄s
ſaluauit me. Veſpere et mane et meri
die narrabo ꝛ annūciabo : et exaudiet
vocem meā. Redimet in pace animam
meā ab hijs qui appropinquāt michi:
quoniā inter multos erant mecū. Ex
audiet dn̄s ꝛ humiliabit illos: qui eſt
ante ſecula. Non enī eſt illis cōmutacō
et nō timuerunt deū: extendit manū ſuā
in retribuēdo. Contaminauerunt teſta
mentū eius : diuiſi ſunt ab ira vultus
eius: ꝛ appropinquauit cor illius. Molli
ti ſunt ſermones eius ſup oleū : et ipſi
ſunt iacula. Iacta ſup dn̄m curā tuā et
ipſe te enutriet: ꝛ nō dabit in eternum
fluctuacōnem iuſto. Tu vero deus : de
duces eos in puteum interitus. Viri
ſanguinū et doloſi nō dimidiabunt di
es ſuos: ego autē ſperabo i te domine.
In fi. p pplo q a ſcis longe fcūs ē
i tituli iſcriptiōe cum fugeret a
facie Saul in ſpeluncā. lv.
Miſerere mei deus quoniā conculca
uit me homo: tota die impugnās
tribulauit me. Conculcauerunt me ini
mici mei tota die : quoniā multi bellan
tes aduerſū me. Ab altitudine diei ti
mebo : ego vero in te ſperabo. In deo
laudabo ſermones meos: in deo ſperaui
nō timebo quid faciat michi caro. To
ta die verba mea execrabātur : aduerſū
me om̄s cogitacōes eorū in malū. In
habitabunt ꝛ abſcōdent : ipſi calcaneū
meū obſeruabūt. Sicut ſuſtinuerunt
animā meā pro nichilo ſaluos facies il
los: in ira populos confringes. Deus
vitam meam annunciaui tibi : poſuiſti
lacrimas meas i conſpectu tuo. Sicut

et in promiſſione tua: tunc conuertẽ
tur inimici mei retrorſū. In quacunq;
die inuocauero te: ecce cognoui quoni=
am deus meus es. In deo laudabo ver
bum: in domino laudabo ſermonem:
in deo ſperaui nō timebo quid faciat mi
chi homo. In me ſunt deus vota tua:
que reddam laudacōnes tibi. Quoni
am eripuiſti animam meam de morte:
et pedes meos de lapſu: ut placeam co=
ram deo in lumine viuentium. lvi.

In finē ne diſpdas ul' corrūpas
dauid in tituli īſcpcione cū fugēt
a facie ſaul in ſpeluncā.

Miſerere mei de⁹ miſerere mei: quo
niam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarū ſperabo:
donec trāſeat iniquitas. Clamabo ad
deum altiſſimum: deum qui benefecit mi
chi. Miſit de celo et liberauit me: dedit
obprobriū conculcantes me. Miſit de⁹
miſcdiā ſuā ⁊ veritatē ſuā: ⁊ eripuit ani
mam meā de medio catulorum leonū:
dormiui conturbatus. Filij hominū
dentes eorum arma et ſagitte: et lingua
eorum gladius acutus. Exaltare ſup
celos de⁹: et ſup omnē terrā gloria tua
Laqueum parauerunt pedibus meis:
et incuruauerunt animam meam. Fo
derunt ante faciem meam foueam: et in
ciderunt in eam. Paratum cor meum
deus paratum cor meum: cātabo ⁊ pſal
mum dicam. Exſurge gloria mea ex=
ſurge pſalterium et cythara: exſurgā
diluculo. Confitebor tibi in populis
domine: et pſalmum dicam tibi in gen
tibus. Quoniam magnificata eſt uſ
q; ad celos miſericordia tua: et uſq; ad
nubes veritas tua. Exaltare ſuper ce=
los deus: et ſuper omnem terram gloria
tua. lvij.

In finē. ne diſpdas ul' corrūpas
dauid in tituli īſcripcione.

Si vere vtiq; iuſticiam loquimini:
recte iudicate filij hominū. Ete=
nim in corde iniquitates operamini in
terra: iniuſticias manus veſtre con=
cinnant. Alienati ſūt peccatores a vul
ua: errauerunt ab vtero: locuti ſunt fal=
ſa. Furor illis ſecundum ſimilitudi=
nem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde et ob
durantis aures ſuas. Que non exaudi
et vocem incantātiū: et venefici incan=
tantis ſapienter. Deus cōteret dentes
eorum in ore ipſorum: molas leonum
confringet dominus. Ad nichilum de
uenient tanq; aqua decurrens: intendit
arcum ſuum donec infirmentur. Sicut
cera que fluit auferentur: ſupercecidit
ignis et non viderunt ſolem. Priuſq;
intelligerent ſpine veſtre ramnum: ſi=
cut viuentes ſicut in ira abſorbet eos.
Letabitur iuſtus cū viderit vindictā:
manus ſuas lauabit in ſanguine pecca
toris. Et dicet homo ſi vtiq; eſt fru=
ctus iuſto: vtiq; eſt deus iudicans eos
in terra.

In finē. ne diſpdas uel
corrūpas dd' in tituli īſcpcione
qn̄ miſit ſaul et cuſtodiuit domū
eius ut interficeret eū. lviij.

Eripe me de inimicis meis deus me
us: ⁊ ab inſurgentibus in me libe
ra me. Eripe me de operantibꝫ iniquita
tē: ⁊ de viris ſanguinū ſalua me. Quia
ecce ceperūt animā meā: irruerūt in me
fortes. Neq; iniquitas mea neq; pecca
tum meum domine: ſine iniquitate cu=
curri et direxi. Exſurge in occurſum
meum et vide: et tu domine deus virtu
tum deus iſrahel. Intende ad viſitan=
das omnes gentes: nō miſerearis omni
bus gentibꝫ qui operātur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperā ⁊ famē patē
tur ut canes: ⁊ circuibūt ciuitatē. Ecce
loquētur in ore ſuo: ⁊ gladius i labijs
eorū: quoniā quis audiuit? Et tu dn̄e
deridebis eos: ad nichilū deduces omēs
gentes. Fortitudinē meā ad te cuſto-
diā: q2 deus ſuſceptor meus: deus meus
miſericordia eius preueniet me. Deus
oſtendiſti michi ſuper inimicos meos:
ne occidas eos nequādo obliuiſcant̄ p̄pli
mei. Diſperge illos in virtute tua: ⁊ de
pone eos protector me⁹ dn̄e. Delictū
oris eorū: ſermonē labiorū ipſorū: et
cōprehendātur i ſuperbia ſua. Et de ex
ecracōne et mendatio anūciabūtur in
cōſūmacōe: in ira cōſummacōnis ⁊ nō
erunt. Et ſcient quia deus dominabit̄
iacob: et finiū terre. Conuertentur ad
veſperā et famen patientur ut canes: ⁊
circuibūt ciuitatem. Ipſi diſpergentur
ad māducādū: ſi vero nō fuerint ſatu-
rati et murmurabūt. Ego autē canta
bo fortitudinē tuā: ⁊ exaltabo mane mi
ſericordiā tuā. Quia fact⁹ es ſuſceptor
meus: et refugiū meū in die tribulacō
nis mee. Adiutor meus tibi pſallam:
quia deus ſuſceptor meus es: deus me⁹
miſericordia mea. In finē pro hijs
q̄ commutabūtur i tituli iſcriptōe
ipi dd' i doctrinā cū ſuccēdit meſopo
tamiā ul' ſirie ul' ſyriā ſobal et
cōuertit ioab et percuſſit de edom in
valle oliuarū duodecī milia.

Deus repuliſti nos et deſtruxiſti
nos: iratus es et miſertus es no
bis. Commouiſti terram et cōturba
ſti eam: ſana contricōnes eius quia cō
mota eſt. Oſtēdiſti populo tuo dura:
potaſti nos vino cōpunctionis. Dedi-
ſti metuentibus te ſignificacōem: ut fu
giant a facie arcus. Ut liberent̄ dilecti
tui: ſaluū fac dextera tua et exaudi me
Deus locutus eſt i ſancto ſuo: letabor
et partibor ſichimam: et conuallem ta
bernaculorū metibor. Meus eſt galaad
et meus eſt manaſſes: et ephraim forti
tudo capitis mei. Iuda rex me⁹: mo
ab olla ſpei mee. In ydumeam exten-
dam calciamentū meū: michi alienige
ne ſubditi ſunt. Quis deducet me in ci
uitatem munitam: quis deducet me uſ
q3 in ydumeā. Nōne tu deus qui repu
liſti nos? et nō egredieris deus in virtu
tibus noſtris. Da nobis auxiliū de tri
bulacōne: et vana ſalus hoīs. In
deo faciemus virtutē: ⁊ ipſe ad nichilū
deducet tribulantes nos.

In finē in hymnis pſ dauid. lx.

Exaudi deus deprecacōem meam: in
tende oracōni mee. A finibꝫ ter-
re ad te clamaui dū anxiaretur cor meū
in petra exaltaſti me. Deduxiſti me q2
factus es ſpes mea. turris fortitudinis
a facie inimici. Inhabitabo i taberna
culo tuo in ſecula: protegar in velamen
to alarū tuarū. Quoniā tu deus meus
exaudiſti oracōem meam: dediſti heredi
tatem timētibus nomē tuū. Dies ſuper
dies regis adicies: annos eius uſq3 in
diem generacōnis ⁊ generacōnis. Per
manet in eternum in conſpectu dei: mi
ſericordiā ⁊ veritatē eius quis requiret
Sic pſalmū dicam nomini tuo in ſecu
lū ſeculi: ut reddam vota mea de die in
diem. In fi. pro ydithū pſ dauid

Nonne deo ſubiecta erit aīma mea:
ab ipſo em̄ ſalutare meū. Nam
et ipſe deus meus ⁊ ſalutaris me⁹: ſuſce
ptor meus nō mouebor amplius. Quo
uſq3 irruitis in hominē: interficitis vni
uerſi vos: tanq̄ parieti inclinato ⁊ ma
cerie depulſe. Uerūtamē preciū meū

cogitauerũt repellere cucurri in ſiti: ore
ſuo benedicebant et corde ſuo maledice
bant. Veruntamen deo ſubiecta eſto a
nima mea: quoniam ab ipſo patientia
mea. Quia ipſe deus meus et ſaluator
meus: adiutor meus non emigrabo.
In deo ſalutare meũ et gloria mea: de⁹
auxilij mei et ſpes mea in deo eſt. Spe
rate in eo omnis cõgregacõ populi: effũ
dite coram illo corda veſtra: deus adiu-
tor noſter in eternũ. Verũtamen vani
filij hominũ: mendaces filij hominũ in
ſtateris: ut decipiant ipſi de vanitate in
idipſũ. Nolite ſperare in iniquitate ⁊
rapinas nolite cõcupiſcere: diuitie ſi af
fluant nolite cor apponere. Semel locu
tus eſt deus duo hec audiui: quia pote-
ſtas dei eſt et tibi domine miſericordia:
quia tu reddis vnicuiqȝ iuxta opera ſua

Pſalmus dauid cum eſſet in
deſerto ydumee. lxij

Deus deus meus: ad te de luce vi-
gilo. Sitiuit in te aĩma mea: q̃
multipliciter tibi caro mea. In terra de
ſerta et inuia ⁊ inaquoſa ſic ĩ ſancto ap
parui tibi: ut viderem virtutẽ tuã ⁊ glo
riam tuã. Quoniã melior eſt miſericor
dia tua ſup vitas: labia mea laudabũt
te. Sic benedicã te ĩ vita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas. Sicut
adipe ⁊ pinguedine repleat aĩma mea:
et labijs exultacõnis laudabit os meũ
Si memor fui tui ſuper ſtratũ meũ: in
matutinis meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus. Et in velamento alarũ
tuarũ exultabo: adheſit aĩma mea poſt
te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero
in vanũ queſierunt animã meã introi-
bunt in inferiora terre: tradentur in ma
nus gladij partes vulpiũ erũt. Rex ve
ro letabitur in deo: laudabũtur omẽs
qui iurant in eo: quia obſtructũ eſt os
loquentium iniqua.

In finem pſalmus dauid. lxiij

Exaudi deus oracõnẽ meã cũ depre
cor: a timore inimici eripe animã
meam. Protexiſti me a conuentu mali
gnantiũ: a multitudine operantiũ ini-
quitatem. Quia exacuerunt ut gladiũ
linguas ſuas: intenderũt arcũ rem ama
ram ut ſagittent in occultis immaculatũ
Subito ſagittabũt eũ et nõ timebũt:
firmauerunt ſibi ſermonẽ nequã. Nar
rauerunt ut abſconderent laqueos: dixe
runt quis videbit eos. Scrutati ſunt in
iquitates: defecerunt ſcrutantes ſcruti-
nia. Accedet homo et cor altũ: et exalta
bitur deus. Sagitte paruulorȝ facte ſũt
plage eorȝ: ⁊ infirmate ſũt cõtra eos lin
gue eorũ. Conturbati ſunt omẽs qui
videbãt eos: et timuit omnis homo. Et
annũciauerũt opera dei: et facta ei⁹ intel
lexerunt. Letabitur iuſtus in dño et
ſperabit in eo: et laudabuntur omnes
recti corde.

In finẽ pſalm⁹ dauid
canticũ aggei ieremie ul' ezechiel'
de verbo peregrinationis uel de
populo tranſmigrationis cum
inciperet proficiſci. lxiiij

Te decet ymnus deus in ſyon: et ti
bi reddetur votum in iheruſalem
Exaudi oracõnem meam ad te omnis
caro veniet. Verba iniquorum preua-
luerunt ſuper nos: et impietatibus no
ſtris tu propiciaberis. Beatus quem e
legiſti et aſſumpſiſti: inhabitabit in
atrijs tuis. Replebimur in bonis do-
mus tue: ſanctum eſt templum tuum
mirabile in equitate. Exaudi nos de⁹
ſalutaris noſter: ſpes omnium finium
terre et in mari longe. Preparans mõ
tes in virtute tua accinctus potentia:

qui cõ turbas profundũ maris ſonũ flu
ctuũ eius. Turbabũtur gentes ⁊ time
bũt q̄ inhabitant terminos a ſignis tu
is: exitus matutini et veſpere delectabis
Viſitaſti terrã et inebriaſti eam: multi
plicaſti locupletare eam. Flumen dei
repletũ eſt aquis: paraſti cibũ illorum
quoniã ita eſt preparacõ eius. Riuos
eius inebria: multiplica genimina ei⁹:
in ſtillicidijs eius letabitur germinans
Benedices corone anni benignitatis
tue: et campi tui replebũtur vbertate.
Pinguefcent ſpecioſa deſerti: et exulta-
cõne colles accingentur. Induti ſũt
arietes ouiũ: et valles abũdabũt fru
mento: clamabũt etenim ymnũ dicent.
In finẽ cãticũ p̃s reſurrectionis. lxv.
Iubilate deo om̃is terra: pſalmũ dicite
nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicate deo q̃ terribilia ſũt opera tua do
mine: in multitudine virtutis tue men
tientur tibi inimici tui. Om̃is terra ado-
ret te ⁊ pſallat tibi: pſalmum dicat no
mini tuo. Venite et videte opera dei:
terribilis in cõſilijs ſup filijs hominũ
Qui cõuertit mare in aridam: in flumi
ne ptrãſibũt pede: ibi letabimur in ip̃o
Qui dñatur in virtute ſua in eternũ:
oculi eius ſup gentes reſpiciũt: qui ex-
aſperãt nõ exaltẽtur in ſemetipſis. Be
nedicite gentes deũ noſtrũ: et auditam
facite vocem laudis eius. Qui poſuit a
nimã meã ad vitã: et nõ dedit in cõmo
tionem pedes meos. Qm̃ probaſti nos
deus: igne nos examinaſti ſicut exami
natur argentũ. Induxiſti nos ĩ laque
um: poſuiſti tribulacões in dorſo nr̃o:
impoſuiſti homines ſup capita noſtra.
Tranſiuimus per ignẽ et aquã: ⁊ edu
xiſti nos in refrigeriũ. Introibo in do
mũ tuã in olocauſtis: reddã tibi vota
mea que diſtinxerũt labia mea. Et lo
cutũ ẽ os meũ: in tribulacõe mea. Holo
cauſta medullata offeram tibi cũ incen
ſu arietum: offeram tibi boues cũ hircis
Venite audite et narrabo om̃es qui ti
metis deũ: quanta fecit aĩme mee. Ad
ip̃m ore meo clamaui: ⁊ exultaui ſub lin
gua mea. Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde
meo: nõ exaudiet dñs. Propterea ex-
audiuit deus: et attendit voci depreca
cõnis mee. Benedictus deus: qui non
amouit oracõem meã et miſericordiam
ſuam a me. *In fi. in hymis p̃s cantici dd.*
Deus miſereatur noſtri et benedi- *lxvi.*
cat nobis: illuminet vultũ ſuũ
ſuper nos ⁊ miſereatur noſtri. Ut co-
gnoſcamus in terra viam tuam: in om̃i
bus gentibus ſalutare tuum. Cõfite
antur tibi populi deus: cõfiteantur tibi
populi om̃es. Letentur ⁊ exultẽt gen
tes quoniã iudicas populos in equita-
te: et gentes in terra dirigis. Cõfite-
antur tibi populi deus: cõfiteantur tibi
populi om̃es: terra dedit fructũ ſuum.
Benedicat nos deus deus noſter bene-
dicat nos de⁹: et metuãt eũ om̃s fines
terre. *In finẽ p̃s cantici dd. lxvij.*
Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici
eius: et fugiãt qui oderũt eum a
facie eius. Sicut deficit fumus deficiãt:
ſicut fluit cera a facie ignis ſic pereant
peccatores a facie dei. Et iuſti epulẽtur
et exultent in cõſpectu dei: ⁊ delectentur
in leticia. Cantate deo pſalmum dicite
nomini eius: iter facite ei qui aſcendit
ſuper occaſũ: dñs nomen illi. Exulta
te in conſpectu eius: turbabũtur a facie
eius patris orphanorũ ⁊ iudicis viduarum.
Deus in loco ſancto ſuo: deus
qui inhabitare facit vnius moris in do-
mo. Qui educit vinctos ĩ fortitudine:

ſimiliter eos qui exaſperāt qui habitāt
in ſepulcris. Deus cū egredieris in cō
ſpectu populi tui: cum pertranſires in de
ſerto. Terra mota eſt: etenī celi diſtil-
lauerunt a facie dei ſynai a facie dei iſra
hel. Pluuiam voluntariam ſegrega-
bis deus hereditati tue: et infirmata eſt
tu vero perfeciſti eam. Animalia tua ha
bitabunt in ea: paraſti i dulcedine tua
pauperi deus. Dominus dabit verbum
euangelizātibꝫ virtute multa. Rex vir
tutū dilecti dilecti: et ſpeciei domꝰ diui
dere ſpolia. Si dormiatis inter medios
cleros penne columbe deargentate: et po
ſteriora dorſi eius in pallore auri. Dū
diſcernit celeſtis reges ſuper eam niue de
albabūtur in ſelmon: mons dei mons
pinguis. Mons coagulatus mōs pin
guis: ut quid ſuſpicamini montes co-
agulatos. Mons in quo beneplacitum
eſt deo habitare in eo: etenim dominus
habitabit in finem. Currus dei decem
milibus multiplex: milia letantium: do
minus in eis in ſynai in ſancto. Aſcen
diſti in altum cepiſti captiuitatem: acce
piſti dona in hominibus. Etenim non
credentes: inhabitare dominum deum.
Benedictus dominꝰ die quotidie: pro
ſperum iter faciet nobis deus ſalutariū
noſtrorum. Deus noſter deus ſaluos
faciendi: et domini dñi exitus mortis.
Veruntamen deus confringet capita
inimicorum ſuorum: verticem capilli p
ambulantium in delictis ſuis. Dixit do
minus ex baſan conuertam: conuertā
in profundum maris. Ut intinguatur
pes tuus in ſanguine: lingua canum tu
orum ex inimicis ab ipſo. Viderunt in
greſſus tuos deus: ingreſſus dei mei re-
gis mei qui eſt in ſancto. Preuene
runt principes coniuncti pſallentibus:
in medio iuuencularum timpaniſtriarū
In eccleſijs benedicite deo: domino de
fontibus iſrahel. Ibi beniamin adole
ſcentulus: in mentis exceſſu. Princi-
pes iuda duces eorum: principes zabu
lon et principes neptalim. Manda deꝰ
virtuti tue: cōfirma hoc deus quod ope
ratus es i nobis. A templo tuo in ihe
ruſalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: congregacō
taurorum in vaccis populorum: ut ex
cludant eos qui probati ſunt argento.
Diſſipa gentes que bella volunt: veni
ent legati ex egipto: ethiopia preueniet
manus eius deo. Regna terre cantate
deo: pſallite domino. Pſallite deo: qui
aſcendit ſuper celum celi ad orientem.
Ecce dabit voci ſue vocem virtutis:
date gloriam deo ſuper iſrahel magnifi
centia eius et virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus i ſanctis ſuis: deus iſra
hel ipſe dabit virtutem et fortitudinē
plebi ſue: benedictus deus.

In fine pro hijs qui commutabū
tur ipſi dauid. lxviij.

Saluum me fac deus: quo-
niam intrauerunt aque uſ
qꝫ ad animam meam. In
fixus ſum in limo profun-
di: et non eſt ſubſtantia. Veni in alti
tudinem maris: et tempeſtas dimerſit
me. Laboraui clamans rauce facte
ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei
dum ſpero in deum meum. Multipli-
cati ſunt ſuper capillos capitis mei:
qui oderunt me gratis. Confortati
ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei
iniuſte: que non rapui tunc exſolue-
bam. Deus tu ſcis inſipientiā meā:
et delicta mea a te non ſunt abſcondita

Non erubeſcāt ī me qui expectāt te do
mine: dn̄e virtutū. Nō cōfundantur
ſuper me: qui querūt te deus iſrl'. Qm̄
propter te ſuſtinui obprobriū: operuit
cōfuſio faciē meā. Extraneus factus
ſum fratribus meis: ⁊ peregrinꝰ filijs
matris mee. Quoniam zelus domꝰ tue
comedit me: et opprobria exprobrātiū
tibi ceciderūt ſuper me. Et operui in ie
iunio animam meam: et factum eſt in
obprobriū michi. Et poſui veſtimentū
meum ciliciū: et factus ſū illis in pa-
rabolam. Aduerſum me loquebātur
qui ſedebāt in porta: et in me pſallebāt
qui bibebāt vinū. Ego vero oracōnē
meam ad te dn̄e: tempus beneplaciti de
us. In multitudīe miſericordīe tue:
exaudi me in veritate ſalutis tue. Eri
pe me de luto ut non infigar: libera me
ab hijs qui oderūt me et de profundis
aquarū. Non me dimergat tempeſtas
aque: neq; abſorbeat me profundū: ne
q; vrgeat ſuper me puteus os ſuū. Ex
audi me dn̄e qm̄ benigna eſt miſericor
dia tua: ſcdm̄ multitudīnē miſeracō
nū tuaꝝ reſpice in me. Et ne auertas
faciem tuam a puero tuo: quoniam tri
bulor velociter exaudi me. Intende
aīe mee ⁊ libera eā: propter inimicos
meos eripe me. Tu ſcis improperium
meū ⁊ cōfuſionē meā: ⁊ reuerentiā meā
In cōſpectu tuo ſunt om̄es qui tribu
lant me: et improperiū expectauit cor
meū et miſeriam. Et ſuſtinui qui ſimꝉ
cōtriſtaretur et nō fuit: et qui cōſolare
tur et nō inueni. Et dederūt in eſcā me
am fel: et in ſiti mea potauerūt me aceto
Fiat menſa eorū corā ipſis ī laqueū:
et in retribucōnes et in ſcandalū. Ob
ſcurentur oculi eorū ne videant: et dor
ſum eorū ſemp incurua. Effunde ſuper
eos iram tuā: et furor ire tue cōprehen-
dat eos. Fiat habitacō eorū deſerta: et
in tabernaculis eorū nō ſit q̄ inhabitet
Quoniā quē tu percuſſiſti pſecuti ſūt:
et ſup dolorem vulnerū eorū addiderūt
Appone iniquitatē ſup iniquitatē eoꝝ:
et nō intrent in iuſticiā tuā. Deleātur
de libro viuentiū: et cū iuſtis nō ſcribā-
tur. Ego ſum pauper ⁊ dolens: ſalus
tua deus ſuſcepit me. Laudabo nomē
dei cū cātico: et magnificabo eū in lau-
de. Et placebit deo ſuper vitulū nouel
lum: cornua producentē et vngulas.
Videant pauperes ⁊ letentur: querite
deū et viuet anima veſtra. Quoniā ex-
audiuit pauperes dn̄s: ⁊ vinctos ſuos
nō deſpexit. Laudent illū celi ⁊ terra:
mare et om̄ia reptilia in eis. Quoniā
deus ſaluam faciet ſyon: et edificabun
tur ciuitates iude. Et inhabitabunt
ibi: et hereditate acquirent eam. Et ſe
men ſeruorum eius poſſidebit eam: et q̄
diligunt nomen eius habitabunt in ea

In finē pš dd' in rememorationē
qd' ſaluū fecit eū dn̄s. lxviij.

Deus in adiutoriū meū intende: do
mine ad adiuuādum me feſtina.
Confundātur et reuereātur: qui que
rūt animā meam. Auertantur retror-
ſum ⁊ erubeſcāt: qui volūt michi mala
Auertantur ſtatim et erubeſcētes: qui
dicūt michi euge euge. Exultent ⁊ le-
tentur in te om̄s qui querūt te: ⁊ dicāt
ſemp magnificetur dn̄s qui diligūt ſa
lutare tuum. Ego vero egenus ⁊ pau
per ſum: deus adiuua me. Adiutor me
us ⁊ liberator meus es tu: dn̄e ne more
ris. pſalmꝰ dauid filiorū ionadab
et priorū captiuorum. lxix.

In te dn̄e ſperaui nō confundar in eter
nū: in iuſticia tua libera me et eripe me

Inclina ad me aurē tuā: et ſalua me. Eſto michi in deum protectorem: ⁊ in locum munitum: ut ſaluum me facias. Quoniam firmamentū meū: et refugiū meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu cōtra legē agētis ⁊ iniqui. Qm̄ tu es paciētia mea dn̄e: domine ſpes mea a iuuentute mea. In te cōfirmatus ſū ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantacō mea ſemper: tanq̄ prodigium factus ſum multis ⁊ tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore ſenectutis: cum defeciet virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei michi: et qui cuſtodiebāt animam meam conſilium fecerunt in vnum. Dicentes deus dereliquit eum: perſequimini et comprehendite eum: quia nō eſt qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum reſpice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur confuſione et pudore qui querunt mala michi. Ego autem ſemper ſperabo: et adiciam ſuper omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iuſticiam tuam: tota die ſalutare tuum. Quoniam nō cognoui litteraturam introibo i potentiam domini: domine memorabor iuſticie tue ſolius. Deus docuiſti me a iuuentute mea et uſq; nunc: pronūciabo mirabilia tua. Et uſq; in ſenectam ⁊ ſenium: deus ne derelinquas me. Donec annunciē brachiū tuum: generacōni omni que ventura eſt. Potentiam tuam ⁊ iuſticiam tuam deus: uſq; in altiſſima que feciſti magnalia: deus quis ſimilis ſit tibi. Quantas oſtendiſti michi tribulacōes multas et malas: ⁊ conuerſus viuificaſti me: et de abiſſis terre iterum reduxiſti me. Multiplicaſti magnificentiam tuam: et conuerſus conſolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam deus: pſallam tibi in cythara ſanctus iſrahel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et anima mea quam redemiſti. Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iuſticiā tuam: cum et confuſi et reueriti fuerint qui querunt mala michi.

In ſalomonem. lxx.

Deus iudiciū tuū regi da: et iuſticiam tuā filio regis. Iudicare populū tuū in iuſticia: et pauperes tuos in iudicio. Suſcipiant montes pacem populo: ⁊ colles iuſticiam. Iudicabit pauperes populi ⁊ ſaluos faciet filios pauperū: ⁊ humiliabit calumniatorē. Et permanebit cū ſole ⁊ ante lunam: in generacōne ⁊ generacōnē. Deſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillātia ſuper terram. Orietur in diebus eius iuſticia ⁊ abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari uſq; ad mare: ⁊ a flumīe uſq; ad terminos orbis terrarū. Corā illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharſis et inſule munera offerent: reges arabum ⁊ ſaba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum ſaluas faciet. Ex vſuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabūt de ipſo ſemp: tota die benedicēt ei.

Erit firmamentū in terra in ſūmis mō
tium : ſuperextolletur ſup libanū fructus
eius: et florebūt de ciuitate ſicut fenū ter
re. Sit nomē eius benedictū in ſecula:
ante ſolem permanet nomen eius. Et
benedicentur in ipſo omēs tribus terre:
omēs gentes magnificabūt eū. Benedi
ctus dn̄s deus iſrl̄ : qui facit mirabilia
ſolus. Et benedictū nomē maieſtatis
eius in eternū : et replebitur maieſtate
eius omīs terra: fiat fiat. Defecerūt
laudes uel hymni dauid filij ieſſe. lxxi.
Quam bonus iſrl̄ deus: hijs qui re
cto ſunt corde. Mei autem pene
moti ſunt pedes : pene effuſi ſūt greſſus
mei. Quia zelaui ſuper iniquos: pacem
peccatorū videns. Quia nō eſt reſpectꝰ
morti eorū: et firmamentū in plaga eo
rum. In labore hominū nō ſūt : et cū
hominibus nō flagellabūtur. Ideo te
nuit eos ſuperbia: operti ſūt iniquitate
et impietate ſua. Prodijt quaſi ex adi
pe iniquitas eorū: trāſierunt in affectū
cordis. Cogitauerūt ⁊ locuti ſūt ne
quiciā: iniquitatē in excelſo locuti ſunt
Poſuerūt in celū os ſuū: ⁊ lingua eorū
tranſiuit in terra. Ideo cōuertetur po
pulus meus hic: et dies pleni inuenien
tur in eis. Et dixerunt quomodo ſcit
deus : et ſi eſt ſcientia in excelſo. Ecce
ipſi peccatores et abūdantes in ſeculo:
obtinuerūt diuitias. Et dixi ergo ſine
cauſa iuſtificaui cor meū : et laui inter
innocentes manus meas. Et fui fla
gellatus tota die : ⁊ caſtigacō mea in
matutinis. Si dicebam narrabo ſic:
ecce nacōnem filiorū tuorū reprobaui.
Exiſtimabā ut cognoſcerē : hoc labor
eſt ante me. Donec intrem in ſanctua
rium dei: et intelligam in nouiſſimis eo
rum. Verumtamē ꝓpter dolos poſuiſti
eis : deieciſti eos dū alleuarent. Quo
modo facti ſūt in deſolacōnem: ſubito
defecerunt : perierūt propter iniquitatē
ſuam. Velut ſomniū ſurgentiū : dn̄e
in ciuitate tua ymaginē ipſorum ad ni
chilū rediges. Quia inflāmatū eſt cor
meū : et renes mei cōmutati ſūt : et ad
nichilū redactus ſū ⁊ neſciui. Ut iumē
tum factus ſū apud te: et ego ſemp tecū
Tenuiſti manū dexterā meā : et in volū
tate tua deduxiſti me : ⁊ cū gloria ſuſce
piſti me. Quid em̄ michi eſt in celo : et
a te quid volui ſup terrā. Defecit caro
mea et cor meū: deus cordis mei ⁊ pars
mea deus i eternū. Quia ecce qui elon
gāt ſe a te peribūt: perdidiſti omēs q̄ for
nicantur abs te. Michi autē adherere
deo bonū eſt: ponere i dn̄o deo ſpem meā
Ut annūciē omēs predicacōnes tuas:
in portis filie ſyon. Intellectus
Ut quid deus repu aſaph. lxxij.
liſti in finem: iratus eſt furor tu
us ſup oues paſcue tue. Memor eſto
cōgregacōnis tue: quā poſſediſti ab in
icio. Redemiſti virgā hereditatis tue:
mons ſyon in quo habitaſti in eo. Le
ua manus tuas in ſuperbias eorū in fi
nem: quanta malignatus eſt inimicus
in ſancto. Et gloriati ſūt qui oderunt
te: in medio ſolemnitatis tue. Poſue
rūt ſigna ſua et nō cognouerūt : ſicut
in exitu ſup ſūmū. Quaſi i ſilua ligno
rū ſecuribus exciderūt ianuas eius in id
ipſū: in ſecuri et aſcia deiecerūt eā. In
cenderunt igni ſanctuariū tuū in terra:
polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognacō eorū ſi
mul : quieſcere faciamus omēs dies fe
ſtos dei a terra. Signa noſtra nō vidi
mus: iam non eſt propheta: ⁊ nos non
cognoſcet amplius. Uſquequo deus

improperabit inimicus: irritat aduerſa
rius nomen tuum in finem. Ut quid a
uertis manum tuam ⁊ dexteram tuam:
de medio ſinu tuo in finem. Deus autē
rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalu
tem in medio terre. Tu confirmaſti in
virtute tua mare: contribulaſti capita
draconum in aquis. Tu confregiſti
caput draconis: dediſti eum eſcam po-
pulis ethiopum. Tu dirupiſti fontes
et torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan.
Tuus eſt dies ⁊ tua eſt nox: tu fabri-
catus es auroram et ſolem. Tu feciſti
omnes terminos terre: eſtatem ⁊ ver tu
plaſmaſti ea. Memor eſto huius: ini
micus improperauit domino: et popul'
inſipiens incitauit nomen tuū. Ne tra
das beſtijs animas confitentes tibi: et
animas pauperum tuorum ne obliuiſca
ris in finem. Reſpice in teſtamentum
tuum:: quia repleti ſunt qui obſcurati
ſunt terre domibus iniquitatum. Ne
auertatur humilis factus ↄfuſus: pau
per et inops laudabunt nomen tuum.
Exſurge deus iudica cauſam tuam:
memor eſto improperiorum tuorum eo
rum qui ab inſipiente ſūt tota die. Ne
obliuiſcaris voces inimicorum tuorum
ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit
ſemper. In fine ne diſperdas vl'
corrūpas pš cantici dd. lxxiij.

Confitebimur tibi deus confitebi-
mur: ⁊ inuocabimus nomen tuū
Narrabimus mirabilia tua: cū accepe-
ro tempus ego iuſticias iudicabo. Li
quefacta eſt terra et omnes qui habitāt
in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere: ⁊ de
linquentibꝫ nolite exaltare cornu. No
lite extollere in altum cornu veſtrum:
nolite loqui aduerſum deum iniquitatē
Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occiden
te neqꝫ a deſertis montibus: quoniam
deus iudex eſt. Hūc humiliat ⁊ hūc ex
altat: quia calix in manu domini vini
meri plenus mixto. Et inclinauit ex
hoc in hoc: verūtamen fex eius nō eſt ex
inanita: bibent ex eo omnes peccatores
terre. Ego autem annunciabo in ſecu-
lum: cātabo deo iacob. Et omnia cor
nua peccatorum confringam: et exalta-
buntur cornua iuſti. In fine in car
minibus canticum aſſyriorū.
pſalmus aſaph. lxxiiij.

Notus in iudea deus: in iſrahel ma-
gnum nomē eius. Et factus eſt
in pace locus eius: ⁊ habitacō eius in ſi
on. Ibi confregit potentias arcū: ſcu-
tum gladiū ⁊ bellū. Illuminās tu mi
rabiliter a montibꝫ eternis: turbati ſūt
omnes inſipientes corde. Dormierūt
ſomnū ſuū: ⁊ nichil inuenerūt oīs vi
ri diuitiarū i manibus ſuis. Ab incre
pacōne tua deus iacob: dormitauerunt
qui aſcēderūt equos. Tu terribilis es ⁊
quis reſiſtet tibi: ex tūc ira tua. De ce
lo auditum feciſti iudicium: terra tre-
muit ⁊ quieuit. Cum exſurgeret in iu
dicium deus: ut ſaluos faceret omnes
manſuetos terre. Quoniam cogitatio
hominis confitebitur tibi: ⁊ reliquie co
gitacōnis diem feſtum agent tibi. Uo
uete ⁊ reddite domino deo veſtro: om-
nes qui in circuitu eius affertis mune-
ra. Terribili et ei qui aufert ſpiritum
principum: terribili apud omnes reges
terre. In fi. p ydithum pš aſaph.

Uoce mea ad dominum. lxxv.
clamaui: voce mea ad deum et in-
tendit michi. In die tribulacōnis
mee deum exquiſiui manibus meis no-
cte contra eum: et non ſum deceptus.

Renuit conſolari anima mea: memor
fui dei ⁊ delectatus ſū: et exercitatus ſū
et defecit ſpiritus me⁹. Anticipauerūt
vigilias oculi mei: turbatus ſū et non
ſū locutus. Cogitaui dies antiquos:
et annos eternos in mente habui. Et
meditat⁹ ſū nocte cū corde meo: ⁊ exerci
tabar et ſcopebā ſpiritū meū. Nūquid
in eternū proiciet deus: aut nō apponet
ut cōplacitior ſit adhuc. Aut in finē
miſericordiā ſuā abſcidet: a generacōe
in generacōem. Aut obliuiſcetur mi-
ſereri deus: aut cōtinebit in ira ſua mi
ſericordias ſuas. Et dixi nūc cepi: hec
mutacō dextere excelſi. Memor fui ope-
rum dn̄i: quia memor ero ab inicio mi
rabiliū tuoꝝ. Et meditabor in omib⁹
operibus tuis: et in adinuencōibus
tuis exercebor. Deus ī ſancto via tua:
quis deus magnus ſicut deus noſter: tu
es deus qui facis mirabilia. Notam feci
ſti in populis virtutē tuā: redemiſti in
brachio tuo populum tuū: filios iacob
et ioſeph. Viderūt te aque de⁹ viderūt
te aque et timuerūt: et turbate ſūt abiſ
ſi. Multitudo ſonitus aquarū: vocem
dederunt nubes. Etenī ſagitte tue tran
ſeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxe
rūt choruſcacōnes tue orbi terre: com
mota eſt et cōtremuit terra. In mari
via tua et ſemite tue in aquis multis:
et veſtigia tua nō cognoſcentur. De
duxiſti ſicut oues populū tuū: in manu
moyſi et aaron. Intellectus aſaph
lxxvi Attendite popule meus legem me
am: inclinate aurem veſtrā in ver
ba oris mei. Aperiam in parabolis os
meū: loquor propoſicōnes ab inicio.
Quāta audiuimus ⁊ cognouimus ea:
et patres noſtri narrauerunt nobis.
Nō ſūt occultata a filijs eorū: in gene
racōne altera. Narrātes laudes dn̄i et
virtutes eius: et mirabilia eius que fe
cit. Et ſuſcitauit teſtimoniū in iacob:
et legem poſuit in iſrahel. Quāta man
dauit patribus noſtris nota facere ea fi
lijs ſuis: ut cognoſcat generacō altera.
Filij qui naſcentur ⁊ exſurgent: ⁊ nar
rabūt filijs ſuis. Ut ponāt in deo ſpem
ſuam: et nō obliuiſcātur operum dei: et
mādata eius exquirāt. Ne fiant ſicut
patres eorū: generacō praua et exaſpe-
rans. Generatio que nō direxit cor ſū
um: et nō eſt creditus cum deo ſpiritus
eius. Filij effrem intendentes et mittē
tes arcum: cōuerſi ſūt in die belli. Nō
cuſtodierūt teſtamentū dei: et in lege ei⁹
noluerūt ambulare. Et obliti ſūt be-
nefactorū eius: ⁊ mirabilium eius que
oſtendit eis. Coram patribus eorum
fecit mirabilia in terra egipti: in campo
thaneos. Interrupit mare ⁊ perduxit
eos: et ſtatuit aquas quaſi ī vtrē. Et
deduxit eos in nube diei: et tota nocte
in illuminacōe ignis. Interrupit pe-
tram in heremo: et adaquauit eos velut
in abiſſo multa. Et eduxit aquam de
petra: et deduxit tanq̄ flumina aquas.
Et appoſuerūt adhuc peccare ei: in irā
cōcitauerūt excelſum in inaquoſo. Et
temptauerūt deū in cordibus ſuis: ut
peterent eſcas animabus ſuis. Et ma-
le locuti ſūt de deo: dixerūt nūquid pote
rit deus parare menſam in deſerto. Qm̄
percuſſit petram et fluxerūt aque: et tor
rentes inūdauerūt. Nūquid et panem
poterit dare: aut parare menſam popu
lo ſuo. Ideo audiuit dn̄s et diſtulit: ⁊
ignis accenſus eſt in iacob: et ira aſcen
dit in iſrahel. Quia nō crediderūt ī deo:
nec ſperauerūt ī ſalutari eius. Et mā
dauit nubibus deſuper: et ianuas celi

aperuit. Et pluit illis manna ad man
ducandū: ⁊ panē celi dedit eis. Panē
angelorū manducauit homo: cibaria
miſit eis in abundantiam. Tranſtulit
auſtrum de celo: et induxit in virtute
ſua affricum. Et pluit ſuper eos ſicut
puluerē carnes: ⁊ ſicut arenā maris vo
latilia pennata. Et ceciderunt in medio
caſtroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eoꝝ. Et
māducauerūt ⁊ ſaturati ſūt nimis: ⁊ de
ſiderīū eoꝝ attulit eis: nō ſunt fraudati
a deſiderio ſuo. Adhuc eſce eoꝝ erāt in
ore ipſorum: et ira dei aſcendit ſup eos
Et occidit pingues eorum: et electos
iſrahel impediuit. In omībus hijs pec
cauerunt adhuc: et non crediderunt in
mirabilibus eius. Et defecerunt in va
nitate dies eorum: et anni eorum cum
feſtinacōne. Cum occideret eos quere=
bant eum: et reuertebantur et diluculo
veniebant ad eum. Et rememorati ſūt
quia deus adiutor eſt eorum: et deus ex
celſus redemptor eorum eſt. Et dilexe
runt eum in ore ſuo: et lingua ſua mē
titi ſunt ei. Cor autem eorum non erat
rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt
in teſtamento eius. Ipſe autem eſt mi
ſericors et propitius fiet peccatis eo=
rum: et non diſperdet eos. Et abun=
dauit ut auerteret iram ſuam: ⁊ non ac
cendit omnem iram ſuam. Et recor=
datus eſt quia caro ſunt: ſpiritus va
dens et non rediens. Quociens exacer=
bauerunt eum in deſerto: in iram con
citauerunt eum in inaquoſo. Et con
uerſi ſunt et temptauerunt deum: et
ſanctum iſrahel exacerbauerunt. Non
ſunt recordati manus eius: dic qua
redemit eos de manu tribulātis. Sicut
poſuit in egipto ſigna ſua: et prodi=
gia ſua in campo thaneos. Et conuer
tit in ſanguinem flumina eorum: ⁊ ym
bres eorum ne biberent. Miſit in eos
cynomiam et comedit eos: ranam et
diſperdidit eos. Et dedit erugini fru
ctus eorum: et labores eorum locu=
ſte. Et occidit in grandine vineas eo
rum: et moros eorū in pruina. Et tra
didit grandini iumenta eorū: ⁊ poſſeſſi
onē eorū igni. Miſit in eos iram indi
gnacōnis ſue: indignacōnem et iram
et tribulacōnem: inmiſſionem per an
gelos malos. Viam fecit ſemite ire
ſue: non pepercit a morte animarū e
orum: et iumenta eorum in morte cō
cluſit. Et percuſſit omne primoge=
nitum in terra egipti: primitias om=
nis laboris eorum tabernaculis cham
Et abſtulit ſicut oues populum ſu=
um: et perduxit os tanquam gregem
in deſerto. Et deduxit eos in ſpe et nō
timuerunt: ⁊ inimicos eorū operuit ma
re. Et induxit eos in montem ſan=
ctificationis ſue: montem quem ac=
quiſiuit dextera eius. Et eiecit a fa=
cie eorum gentes: et ſorte diuiſit eis
terram: in funiculo diſtributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eo
rum: tribus iſrahel. Et temptauerunt
et exacerbauerunt deum excelſum: et te
ſtimonia eius non cuſtodierunt. Et
auerterunt ſe et non ſeruauerunt pa
ctum: quemadmodum patres eorum
conuerſi ſunt in arcum prauum. In
ira concitauerunt eum in collibus ſu=
is: et in ſculptilibus ſuis ad emulatio
nem eum prouocauerūt. Audiuit de9
et ſpreuit: et ad nichilum redegit valde
iſrahel. Et repulit tabernaculū ſylo:
tabernaculū ſuū vbi habitauit ī hoībꝫ:
et tradidit in captiuitatē virtutē eoꝝ:
et pulchritudinē eoꝝ in manus inimici

Et cõcluſit in gladio populū ſuū: et
hereditatem ſuā ſpreuit. Iuuenes eoꝝ
comedit ignis: et virgines eorum non
ſūt lamentate. Sacerdotes eorū in gla
dio ceciderunt ⁊ vidue eoꝝ nō plorabā
tur. Et excitatus eſt tanꝙ dormiens
dñs: tanꝙ potēs crapulat⁹ a vino. Et
ꝑcuſſit inimicos ſuos in poſteriora: ob‑
probriū ſempiternum dedit illis. Et re
pulit tabernaculū ioſeph: ⁊ tribū effrē
nō elegit. Sed elegit tribū iuda: mon
tem ſyon quem dilexit. Et edificauit
ſicut vnicorniū ſanctificiū ſuū: in terra
quam fundauit in ſecula. Et elegit da
uid ſeruū ſuū: et ſuſtulit eū de gregib⁹
ouiū depoſt fetantes accepit eum. Pa‑
ſcere iacob ſeruū ſuū: et iſrahel heredita
tem ſuam. Et pauit eos in innocentia
cordis ſui: et in intellectib⁹ manū ſuaꝝ
deduxit eos. ps. aſaph. lxxviii.

Deus venerūt gentes in hereditatē
tuam: polluerūt templū ſanctum
tuū: poſuerūt iheruſalem in pomorū cu‑
ſtodiam. Poſuerunt morticinia ſeruo
rum tuorū eſcas volatilibus celi: car
nes ſanctorū tuorū beſtijs terre. Effu
derūt ſanguinē ipſoꝝ tanꝙ aquā in cir
cuitu iheruſalem: et nō erat qui ſepeliret
Facti ſumus obprobrium vicinis no‑
ſtris: ſubſannacō et illuſio hijs qui in
circuitu noſtro ſunt. Uſqquo dñe ira
ſceris in finem: accendetur velut ignis
zelus tuus. Effunde iram tuam in gen
tes que te nō nouerūt: et in regna que
nomen tuū nō inuocauerūt. Quia co‑
mederūt iacob: et locū eius deſolauerūt
Ne memineris iniquitatū noſtrarum
antiquarum: cito anticipent nos miſeri
cordie tue quia pauperes facti ſumus ni
mis. Adiuua nos deus ſalutaris no‑
ſter: ⁊ propter gloriā nominis tui dñe
libera nos. Et propitius eſto peccatis
noſtris propter nomē tuū: ne forte di
cant in gentib⁹ vbi eſt deus eorū. Et
innoteſcant in nacōnib⁹ coram oculis
noſtris: vltio ſanguinis ſeruorū ſuoꝝ
qui effuſus eſt. Introeat ī conſpectu
tuo: gemitus cōpeditorū. Secūdū ma
gnitudinem brachij tui: poſſide filios
mortificatorum. Et redde vicinis no‑
ſtris ſeptuplum in ſinu eorum: impro
perium ipſorū quod exprobauerūt tibi
domine. Nos autem populus tuus et
oues paſcue tue: cōfitebimur tibi in ſe
culū. In generacōne et generacōne:
annūciabimus laudem tuam. In fine.
pro hijs q̄ cōmutabūt. pro aſſiriis
teſtimoniū aſaph. lxxix.

Qui regis iſrahel
intende: qui deducis velut ouem io
ſeph. Qui ſedes ſup cherubin manifeſta
re: coram ephraim beniamin et manaſ
ſe. Excita potentiam tuam et veni: ut
ſaluos facies nos. Deus cōuerte nos:
et oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus.
Dñe deus virtutū: quouſq; iraſceris
ſup oracōnem ſerui tui. Cibabis nos
pane lacrimarum: et potum dabis no‑
bis in lacrimis in menſura. Poſuiſti
nos in cōtradictionē vicinis noſtris: ⁊
inimici noſtri ſubſannauerūt nos. De
us virtutū conuerte nos ⁊ oſtende faci
em tuam et ſalui erimus. Uineā de egi
pto tranſtuliſti: eiecisti gentes et plāta
ſti eam. Dux itineris fuiſti in cōſpectu
eius: et plantaſti radices eius et imple
uit terrā. Operuit mōtes vmbra ei⁹:
et arbuſta eius cedros dei. Extendit
palmites ſuos uſq; ad mare: et uſq; ad
flumen propagines eius. Ut quid de
ſtruxiſti maceriam eius: et vindemiant
eam omēs qui pretergrediūtur viam.

Exterminauit eā aper de ſilua : et ſingu
laris ferus depaſtus eſt eā. Deus virtu
tū cōuertere: reſpice de celo ⁊ vide et vi
ſita vineā iſtā. Et pfice eā quā planta
uit dextra tua: ⁊ ſup filiū quē ɔfirmaſti
tibi. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab incre-
pacōe vult⁹ tui peribūt. Fiat manus
tua ſup virū dextre tue : ⁊ ſuper filiū ho
minis quē cōfirmaſti tibi. Et nō diſce
dimus a te : viuificabis nos et nomen
inuocabim⁹. Dn̄e deus virtutū cōuer
te nos: ⁊ oſtende faciē tuā et ſalui erim⁹

In fine pro torcularibus pſ̄ ipi aſaph
quinta ſabbati. lxxx.

Exultate deo adiutori nr̄o: iu
bilate deo iacob. Sumite
pſalmū et date tympanū:
pſalteriū iocūdū cū cythara
Buccinate i neomenia tuba: i inſigni die
ſolēnitatis vr̄e. Quia p̄ceptū i iſrl̄ eſt:
et iudiciū deo iacob. Teſtimoniū in io
ſeph poſuit illud: cū exiret de terra egi-
pti linguā quā nō nouerat audiuit. Di
uertit ab oneribus dorſū ei⁹: manus ei⁹
in cophino ſeruierūt. In tribulacōne
inuocaſti me ⁊ liberaui te: exaudiui te i
abſcōdito tēpeſtatis: pbaui te apud a-
quā cōtradictionis. Audi pp̄ls me⁹ et
cōteſtabor te: iſrl̄ ſi audieris me nō erit
in te de⁹ recens: neq; adorabis deū alie-
nū. Ego eni ſū dn̄s deus tuus q̄ eduxi
te de terra egipti: dilata os tuū ⁊ imple
bo illud. Et nō audiuit pp̄ls me⁹ vocē
meā: ⁊ iſrl̄ nō intēdit michi. Et dimi-
ſi eos ſcdm̄ deſideria cordis eorū: ibunt
in adinuentionibus ſuis. Si pp̄ls meus
audiſſet me: iſrl̄ ſi in vijs meis ambu
laſſet. Pro nichilo forſitan inimicos
eorū humiliaſſem: ⁊ ſup tribulātes eos
miſiſſem manū meā. Inimici dn̄i menti
ti ſūt ei: et erit tēpus eorū i ſecula. Et
cibauit illos ex adipe frumēti: et de petra
melle ſaturauit eos. pſ̄ aſaph. lxxxi

Deus ſtetit in ſynagoga deorū: in
medio aūt deos diiudicat. Uſq;
quo iudicatis iniquitatē: ⁊ facies pecca
torū ſumitis. Iudicate egeno ⁊ pupil
lo: humilē ⁊ pauperem iuſtificate. Eri
pite pauperē: ⁊ egenū de manu peccato-
ris liberate. Neſcierūt neq; intellexerūt
in tenebris ambulāt: mouebūtur oīa
fundamenta terre. Ego dixi dij eſtis:
et filij excelſi oms. Uos aūt ſicut homi
nes moriemini: et ſicut vnus de princi-
pibus cadetis. Surge deus iudica terrā:
qm̄ tu hereditabis in omībus gentibus

canticū pſi aſaph. lxxxii.

Deus quis ſimilis erit tibi: ne tace
as neq; cōpeſcaris de⁹. Qm̄ ecce
inimici tui ſonuerūt: ⁊ q̄ oderūt te extu-
lerūt caput. Super pp̄lm tuū maligna
uerūt ɔſiliū: ⁊ cogitauerūt aduſus ſanctos
tuos. Dixerūt venite ⁊ diſperdam⁹ eos
de gēte: ⁊ nō memoret nomē iſrl̄ vltra
Qm̄ cogitauerunt vnanimiter: ſimul
aduerſū te teſtamen tū diſpoſuerūt taberna
cula ydumeorū ⁊ iſmahelite. Moab et
aggarem gebal ⁊ amon ⁊ amalech: alie
nigene cū habitātibus tyrū. Etenī aſſur
venit cū illis : facti ſūt i adiutoriū filijs
loth. Fac illis ſicut madian: et ſyſa-
re : ſicut iabin in torrente cyſon. Di
ſperierūt in endor: facti ſunt ut ſtercus
terre. Pone pricipes eorum ſicut oreb
et zeb: et zebee et ſalmana. Omnes pn̄
cipes eorum: qui dixerūt hereditate poſ-
ſideamus ſanctuarium dei. Deus meus
pone illos ut rotam : ⁊ ſicut ſtipulam
ante faciem venti. Sicut ignis qui cō
burit ſiluam: et ſicut flamma combu-
rens mōtes. Ita perſequeris illos in
tempeſtate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos

Imple facies eorũ ignominia : et que
rent nomen tuũ dñe. Erubeſcãt et cõ
turbentur in ſeculũ ſeculi : et cõfundan
tur et pereant. Et cognoſcãt quia no
men tibi dñs : tu ſolus altiſſimus ſuper
omnem terrã. In fi. pro torcularī
bus filij chore ps. lxxxiij.

Quam dilecta tabernacula tua dñe
virtutũ : cõcupiſcit ⁊ deficit aĩa
mea ĩ atria dñi. Cor meũ ⁊ caro mea :
exultauerũt in deũ viuũ. Etenĩ paſſer
inuenit ſibi domũ : et turtur nidũ ſibi
vbi ponat pullos ſuos. Altaria tua
dñe virtutum rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo tua dñe :
in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Beatus
vir cuius eſt auxiliũ abs te : aſcenſiones
in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrima
rũ : in loco quẽ poſuit. Etenĩ benedicti
onem dabit legiſlator : ibũt de virtu-
te in virtutẽ : videbitur deus deorũ in ſy
on. Dñe deus virtutum exaudi oracõ
nem meã : auribus percipe deus iacob.
Protector noſter aſpice deus : ⁊ reſpice
in faciem xpiſti tui. Quia melior eſt di-
es vna ĩ atrijs tuis ſuper milia. Elegi
abiectus eſſe ĩ domo dei mei : magis ꝙ̃
habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiã et veritatẽ diligit
deus : graciã et gloriã dabit dñs. Nõ
priuabit bonis eos qui ambulãt in in-
nocentia : dñe virtutũ beatus homo q̃
ſperat in te. In fi. filijs chore lxxxiiij.

Benedixiſti dñe terrã tuã : auertiſti
captiuitatẽ iacob. Remiſiſti ini-
quitatẽ plebis tue : operuiſti oĩa pec
cata eorũ. Mitigaſti omnem irã tuã :
auertiſti ab ira indignacõis tue. Cõ
uerte nos deus ſalutaris noſter : ⁊ auer
te irã tuã a nobis. Nunquid in eternũ
iraſceris nobis : aut extendes irã tuã a
generacõne in generacõnem. Deus tu
cõuerſus viuificabis nos : ⁊ plebs tua
letabitur in te. Oſtende nobis dñe mi
ſericordiã tuã : et ſalutare tuũ da nobis
Audiã quid loquatur in me deus : qm̃
loquetur pacem in plebem ſuã. Et ſup
ſanctos ſuos : et in eos qui cõuertũtur
ad cor. Verũtamen ꝓpe timentes eũ ſa
lutare ipſius : ut inhabitet gloria ĩ ter-
ra noſtra. Miſericordia et veritas ob
uiauerũt ſibi : iuſticia ⁊ pax oſculate ſũt
Veritas de terra orta eſt : et iuſticia de ce
lo proſpexit. Etenĩ dñs dabit benigni
tatem : et terra noſtra dabit fructũ ſuũ
Iuſticia ante eũ ambulabit : ⁊ ponet
in via greſſus ſuos. Orõ dd. lxxxv.

Inclina dñe aurem tuã et exaudi
me : quoniã inops ⁊ pauper ſum
ego. Cuſtodi animã meã quoniã ſan
ctus ſũ : ſaluũ fac ſeruũ tuũ deus meus
ſperãtem in te. Miſerere mei dñe quo-
niã ad te clamaui tota die : letifica ani
mam ſerui tui quoniã ad te dñe animã
meã leuaui. Qm̃ tu dñe ſuauis et mi-
tis : ⁊ multe miſericordie oĩbus inuo
cantibus te. Auribus percipe dñe ora
cõnem meã : et intende voci deprecacõis
mee. In die tribulacõnis mee clama
ui ad te : quia exaudiſti me. Non eſt ſi
milis tui in dijs dñe : ⁊ nõ eſt ſecundũ
opera tua. Oĩes gentes quaſcũqȝ feci
ſti venĩet et adorabunt corã te dñe : et
glorificabũt nomen tuũ. Qm̃ magnꝰ
es tu et faciens mirabilia : tu es deus ſo
lus. Deduc me dñe in via tua : et in-
grediar in veritate tua : letetur cor meũ
ut timeat nomen tuũ. Confitebor tibi
dñe deus meus in toto corde meo : ⁊ glo
rificabo nomen tuũ in eternũ. Quia mi
ſericordia tua magna eſt ſuper me : et
eruiſti animã meã ex inferno inferiori.

Deus iniqui inſurrexerūt ſup me: ⁊ ſi
nagoga potentiū queſierūt aīam meā: ⁊
nō ꝓpoſuerūt te in cōſpectu ſuo. Et tu
dñe deꝰ miſerator ⁊ miſericors: patiēs
et multe miſcdie ⁊ verax. Reſpice i me
et miſerere mei: da imperiū tuum puero
tuo: ⁊ ſaluū fac filiū ancille tue. Fac
mecū ſignū i bono ut videāt q oderūt me
et cōfūdant: qm̄ tu dñe adiuuiſti me ⁊
cōſolatus es me. cāticū pſi filijs chore.

lxxxvj. In finē p amalech ad rñdend intellectꝰ eman iſrlite ul' exmelite.

Fundamenta eius i mōtibꝫ ſāctis:
diligit dñs portas ſyon ſup oīa
tabernacula iacob. Glorioſa dicta ſūt
de te: ciuitas dei. Memor ero raab et ba
bilonis: ſcientiū me. Ecce alienigene
et tyrus et populus ethiopum: hij fue
runt illic. Nūquid ſyon dicet homo:
et homo natus eſt in ea: et ipſe funda-
uit eā altiſſimus. Dominus narrabit
in ſcripturis populorum ⁊ pricipum:
horum qui fuerunt in ea. Sicut letan
tiū omniū: habitacō in te.
filijs chore pſalmꝰ cantica.
lxxxvij.

Domine deus ſalutis mee: in die
clamaui et nocte coram te. In-
tret in cōſpectu tuo oracō mea: inclina
aurem tuā ad precem meā. Quia reple
ta eſt malis anima mea: et vita mea in
inferno appropinquauit. Eſtimatus ſū
cū deſcendentibus in lacum: factus ſum
ſicut homo ſine adiutorio inter mortu-
os liber. Sicut vulnerati dormientes
in ſepulchris: quorū nō eſt memor am
plius: et ipſi de manu tua repulſi ſunt.
Poſuerūt me in lacu inferiori: in tene-
broſis et in vmbra mortis. Super me
confirmatus eſt furor tuus: et omnes
fluctus tuos induxiſti ſuper me. Lon-
ge feciſti notos meos a me: poſuerunt
me abominacōnem ſibi. Traditus ſū
et nō egrediebar: oculi mei langueruūt
pre inopia. Clamaui ad te dñe: tota
die expandi ad te manus meas. Nun
quid mortuis facies mirabilia: aut me
dici ſuſcitabunt: et confitebuntur tibi.
Nunquid narrabit aliquis in ſepulcro
miſericordiam tuam: ⁊ veritatem tuam
in perdicōnem. Nunquid cognoſcētur
in tenebris mirabilia tua: ⁊ iuſticia tua
in terra oblitionis. Et ego ad te dñe
clamaui: ⁊ mane oracō mea preueniet
te. Ut qd dñe repelles oracōnē meā:
auertis faciē tuā a me. Pauper ſū ego
et in laboribus a iuuentute mea: exalta
tus aūt humiliatus ſum et conturbatꝰ.
In me tranſierunt ire tue: et terrores
tui cōturbauerunt me. Circumdederūt
me ſicut aqua tota die: circumdederunt
me ſimul. Elongaſti a me amicum et
proximum: et notos meos a miſeria.
Intellectus ethā iſrlite. lxxxviij.

Miſericordias dñi: in eternum cā
tabo. In generacōne et genera
cōnem: annunciabo veritatem tuam in
ore meo. Quoniā dixiſti in eternum:
miſericordia edificabitur ī celis: prepa
rabitur veritas tua in eis. Diſpoſui te
ſtamentū electis meis: iuraui dauid ſer
uo meo uſqꝫ in eternū: preparabo ſemē
tuū. Et edificabo in generacōne et ge
neracōnem: ſedem tuā. Cōfitebuntur
celi mirabilia tua dñe: etenī veritatē tu-
am in eccleſia ſanctorū. Quoniā quis
in nubibus equabitꝰ dño: ſimilis erit
deo in filijs dei. Deus qui glorificatꝰ in
conſilio ſanctorū: magnus ⁊ terribilis
ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.
Domine deus virtutum quis ſimilis
tibi potens es domine: et veritas tua in
circuitu tuo. Tu dñaris poteſtati ma-
ris motū aūt fluctuum eius tu mitigas

Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuper
bum: in brachio virtutis tue diſperſiſti
inimicos tuos. Tui ſunt celi et tua eſt
terra: orbem terre ⁊ plenitudinē ei⁹ tu
fundaſti: aquilonē et mare tu creaſti.
Thabor ⁊ hermon in noīe tuo exulta
bunt: tuū brachiū cū potentia. Firme
tur manus tua et exaltetur dextera tua:
iuſticia et iudiciū preparacō ſedis tue.
Miſericordia et veritas precedent faciē
tuā: beatus populus q̄ ſcit iubilacōnē
Dn̄e i lumīe vultus tui ambulabūt:
et in noīe tuo exultabūt tota die: et in
iuſticia tua exaltabūtur. Qm̄ gloria vir
tutis eorū tu es: et in beneplacito tuo
exaltabitur cornu noſtrū. Quia dn̄i ē
aſſūptio noſtra: et ſancti iſrl̄ regis nr̄i
Tunc locutus es in viſione ſanctis tu
is: et dixiſti poſui adiutoriū in potente:
et exaltaui electū de plebe mea. Inueni
dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi
eum. Manus eni mea auxiliabit̄ ei: et
brachiū meū ꝯfirmabit eū. Nichil pro
ficiet inimicus in eo: et filius iniquita
tis non apponet nocere ei. Et ꝯcidam
a facie ipſius inimicos eius: et odientes
eos in fugā ꝯuertā. Et veritas mea
et miſericordia mea cū ipſo: et in noīe
meo exaltabit̄ cornu eius. Et ponā in
mari manū eius: et in fluminib⁹ dexterā
eius. Ipſe inuocauit me pater meus
es tu: deus meus et ſuſceptor ſalutis
mee. Et ego primogenitū ponā illū:
excelſū pre regib⁹ terre. In eternū ſer
uabo illi miſericordiā meā: et teſtamen
tū meū fidele ipſi. Et ponā in ſeculū ſe
culi ſemen eius: et thronū eius ſicut di
es celi. Si aūt dereliquerint filij eius le
gem meā: ⁊ in iudicijs meis nō ambu
lauerint. Si iuſticias meas prophana
uerint: ⁊ mandata mea nō cuſtodierint

Viſitabo in virga iniquitates eorū: et
in verberibus peccata eorū. Miſericordi
am autē meā nō diſpergā ab eo: neq̧
nocebo in veritate mea. Neq̧ ꝓphana
bo teſtamentū meū: ⁊ q̄ procedunt de la
bijs meis nō faciā irrita. Semel iuraui
in ſancto meo ſi dauid mentiar: ſemen
eius in eternū manebit. Et thronus
eius ſicut ſol in ꝯſpectu meo: ⁊ ſicut lu
na perfecta in eternum: ⁊ teſtis in celo fi
delis. Tu vero repuliſti ⁊ deſpexiſti: di
ſtuliſti criſtū tuū. Auertiſti teſtamen
tū ſerui tui: prophanaſti i terra ſanctu
ariū eius. Deſtruxiſti oēs ſepes eius:
poſuiſti firmamentū eius formidinem
Diripuerūt eū oēs tranſeūtes viā:
factus eſt obprobriū vicinis ſuis. Ex
altaſti dexterā deprimentiū eū: letificaſti
oēs inimicos eius. Auertiſti adiuto
riū gladij eius: et nō es auxiliatus ei in
bello. Deſtruxiſti eū ab emūdacōne: ⁊
ſedem eius in terra colliſiſti. Minoraſti
dies temporis eius: perfudiſti eū confu
ſione. Uſq̧quo dn̄e auertis in finē: ex
ardeſcet ſicut ignis ira tua. Memorare
que mea ſubſtantia: nūquid eni vane
ꝯſtituiſti oēs filios hominū. Quis
eſt homo q̄ viuet et nō videbit mortē:
eruet animā ſuam de manu inferi. Ubi
ſūt miſericordie tue antique dn̄e: ſicut
iuraſti dauid in veritate tua. Memor
eſto dn̄e obprobrij ſeruorū tuorū: qđ
continui in ſinu meo multarū gentiū.
Quod exprobauerunt inimici tui dn̄e:
quod exprobauerūt ꝯmutacōnē criſti
tui. Benedictus dn̄s ī eternū: fiat fiat

Oratio moyſi hoīs dei. lxxxix.

Domine refugiū factus es nobis:
a generacōne i generacōnē. Pri
uſq̧ montes fierent aut formaret̄ terra
et orbis: a ſeculo ⁊ in ſeculū tu es deus

Ne auertas hominē in humilitatē: et
dixiſti ouertimini filij hoīnū. Qm̄ mil
le anni ante oculos tuos: tanꝙ dies he
ſterna q̄ ꝑterijt. Et cuſtodia i nocte: q̄
pro nichilo habent eoꝝ anni erūt. Ma
ne ſicut herba trāſeat: mane floreat et
trāſeat veſpere decidat induret ⁊ areſcat
Quia defeaim⁹ in ira tua: ⁊ i furore tuo
turbati ſum⁹. Poſuiſti iniq̄tates nr̄as
in cōſpectu tuo: ſeculū nr̄m i illumina-
cōne vult⁹ tui. Qm̄ oēs dies nr̄i defe
cerūt: ⁊ in ira tua defeaim⁹. Anni nr̄i ſi
cut aranea meditabunt̄: dies ānoꝝ no
ſtroꝝ i ipis ſeptuaginta āni. Si aūt in
potentatibꝫ octogītaāni: ⁊ ampli⁹ eoꝝ
labor et dolor. Qm̄ ſupuenit māſuetu
do: ⁊ corripiemur. Quis nouit poteſta
tem ire tue: ⁊ pre timore tuo irā tuā di-
numerare. Dexterā tuā ſic notā fac: et
eruditos corde in ſapientia. Conuertere
dn̄e vſq̄quo: ⁊ dep̄caberis eſto ſup ſer-
uos tuos. Repleti ſum⁹ mane miſcd̄ia
tua: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delectati ſum⁹ i om̄i
bus diebꝫ nr̄is. Letati ſum⁹ pro diebꝫ
quibꝫ nos humiliaſti: annis q̄bꝫ vidi-
mus mala. Reſpice in ſeruos tuos et i
opera tua: et dirige filios eoꝝ. Et ſit
ſplendor dn̄i dei nr̄i ſup nos: ⁊ opa ma
nuū nr̄arū dirige ſup nos: et opus ma
nuū nr̄arū dirige. laus cātici ipi dd̄. xc

Qui habitat i adiutorio altiſſimi:
in protectione dei celi cōmorabit̄
Dicet dn̄o ſuſceptor me⁹ es tu: ⁊ refu
giū meū deus meus ſperabo in eū. Qm̄
ipſe liberabit me de laqueo venātiū: et
a verbo aſpero. Scapulis ſuis obum
brabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis
Scuto circūdabit te veritas eius: non
timebis a timore nocturno. A ſagitta
volante i die: a negocio perambulante
in tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meri
diano. Cadent a latere tuo mille: et de
cem milia a dextris tuis: ad te autē non
appropinquabit. Veruntamen oculis
tuis conſiderabis: et retribucōnem pec
catorum videbis. Quoniam tu es do-
mine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti re
fugium tuum. Non accedet ad te ma-
lum: et flagellum nō appropinquabit
tabernaculo tuo. Quoniā angelis ſu
is mandauit de te: ut cuſtodiant te in
omnibus vijs tuis. In manibus por
tabunt te: ne forte offendas ad lapidē
pedem tuum. Super aſpidem ⁊ baſiliſcū
ambulabis: et conculcabis leonem et
draconem. Quoniam in me ſperauit li
berabo eū: protegam eū quoniā cogno
uit nomen meum. Clamauit ad me et
ego exaudiam eū: cum ipſo ſum in tri-
bulacōne: eripiam eum et glorificabo
eum. Longitudine dierū replebo eū:
et oſtendam illi ſalutare meū. ps̄ cātici dd̄ iij die

Bonū eſt cōfiteri an̄ ſabb̄m qn̄ ꝯdata ē t̄ra
domino: et pſallere nomini tuo xci.
altiſſime. Ad annūciandum mane mi
ſericordiam tuam: et veritatem tuam p
noctē. In decha cordo pſalterio: cū cā-
tico in cythara. Quia delectaſti me do
mine in factura tua: et in operibus ma-
nuū tuarū exultabo. Quā magnificata
ſunt opera tua domine: nimis profunde
facte ſunt cogitacōnes tue. Vir inſipi
ens nō cognoſcet: et ſtultus nō intelli
get hec. Cum exorti fuerint peccatores
ſicut fenum: et apparuerunt omnes qui
operantur iniquitatē. Et intereant in
ſeculum ſeculi: tu aūt altiſſimus in eter
num dn̄e. Quoniā ecce inimici tui do-
mine qm̄ ecce inimici tui peribūt: et di
ſpergent̄ oēs qui operant̄ iniquitatem.
Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu
meū: ⁊ ſenect⁹ mea i miſericordia vberi

Et deſpexit oculus meus inimicos me
os: et inſurgentibus in me malignanti
bus audiet auris mea. Iuſtus ut pal
ma florebit: ſicut cedrus libani multi-
plicabit. Plātati ī domo dñi: in atriis
domus dei noſtri florebunt. Adhuc
multiplicabūtur in ſenecta vberi: et be
ne patientes erūt ⁊ annūciēt. Quoniā
rectus dñs deus noſter: ⁊ nō eſt iniqui-
tas in eo. Laus cantici ipi dauid an
ſabbatū quando fundata ē t'ra. xcij
Dominus regnauit decorē indut⁹
eſt: indutus eſt dñs fortitudinē
et precinxit ſe. Etenī firmauit orbē ter
re: qui nō cōmouebitur. Parata ſedes
tua ex tūc: a ſeculo tu es. Eleuauerūt
flumina dñe: eleuauerūt flumina vocē
ſuam. Eleuauerūt flumina fluctus ſu
os: a vocib⁹ aquarū multarū. Mirabi-
les elacōnes maris: mirabilis in altis
dñs. Teſtimonia tua credibilia facta
ſūt nimis: domū tuam decet ſanctitudo
dñe in lōgitudinē dierū. ps dd. iiij. ſabbi. xciij.
Deus vlciōnū dñs: deus vlciōnū
libere egit. Exaltare qui iudicas
terrā: redde retribucōnē ſuperbis. Uſq₃
quo peccatores dñe: uſq₃quo peccato-
res gloriabūtur. Effabūtur et loquē
tur iniquitatē: loquent̄ oms q̄ operant̄
iniuſticiā. Populū tuū dñe humilia-
uerūt: et hereditatē tuā vexauerūt. Ui
duam et aduenā interfecerunt: et pupil
los occiderūt. Et dixerūt nō videbit do
minus: nec intelliget deus iacob. In
telligite inſipiētes ī populo: et ſtulti ali
quando ſapite. Qui plantauit aurem
nō audiet: aut qui finxit oculū nō con
ſiderat. Qui corripit gētes nō arguet:
qui docet omnē ſcientiā. Dñs ſcit co
gitacōnes hominū: quoniā vane ſunt.
Beatus homo quē tu erudieris dñe:
et de lege tua docueris eū. Et mitiges ei
a diebus malis: donec fodiatur peccato
ri fouea. Quia nō repellet dñs plebem
ſuam: et hereditatē ſuā nō derelinquet.
Quo adu[ſ]q₃ iuſticia cōuertatur in iu
diciū: et qui iuxta illam: omnes qui re-
cto ſunt corde. Quis conſurget michi
aduerſus malignātes: aut quis ſtabit
mecū aduerſus operātes iniquitatem.
Niſi quia dñs adiuuit me: paulomin⁹
habitaſſet in inferno anima mea. Si di
cebam motus eſt pes meus: miſericor-
dia tua dñe adiuuabit me. Secūdum
multitudinem dolorū meorum in corde
meo: cōſolacōnes tue letificauerūt ani
mam meā. Nūquid adheret tibi ſedes
iniquitatis: qui fingis laborem in prece
pto. Captabūt in animā iuſti: et ſan-
guinem innocentē cōdemnabūt. Et fa
ctus eſt michi dñs ī refugiū: ⁊ deus me
us in adiutoriū ſpei mei. Et reddet il-
lis iniquitatē ipſorū: et in malicia eorū
diſperdet eos: diſperdet illos dñs deus
noſter. Laus cantici ipi dd. xciiij.
Uenite exultemus dño: iubilem⁹
deo ſalutari noſtro. Preoccupe-
mus faciem eius ī cōfeſſione: et in pſal
mis iubilemus ei. Qm̄ deus magnus
dñs: et rex magnus ſuper omnes deos.
Quia in manu eius ſūt omnes fines ter
re: ⁊ altitudines montiū ipſius ſunt.
Qm̄ ipſius eſt mare et ipſe fecit illud:
et ſiccam manus eius formauerūt. Ue
nite adorem⁹ et procidamus ⁊ ploremus
ante dñm q̄ fecit nos: q₂ ipſe eſt de⁹ no
ſter. Et nos populus paſcue eius: et
oues manus eius. Hodie ſi vocem ei⁹
audieritis: nolite obdurare corda vr̄a.
Sicut in irritacōne: ſecundū diem tem
ptacōnis in deſerto. Ubi temptauerūt
me patres veſtri: probauerūt ⁊ viderūt

opera mea. Quadraginta annis offen
ſus fui generationi illi: ⁊ dixi ſemp errāt
corde. Et iſti nō cognouerūt vias me
as: ut iuraui in ira mea ſi intrabūt in re
quiem meam. Pſalmꝰ dauid qn̄ domꝰ
dm̄ edificabat̄ poſt captiuitatē. xcv.

Cantate dn̄o canticū nouū: canta
te dn̄o om̄is terra. Cantate dn̄o
et benedicite nomini eiꝰ: annūciate de di
e in diē ſalutare eiꝰ. Annunciate inter
gentes glām eiꝰ: in omibꝫ pp̄lis mirabi
lia eiꝰ. Quoniā magnꝰ dn̄s et laudabi
lis nimis: terribilis eſt ſuper om̄es deos
Quoniā om̄s dij̄ gentiū demonia: dn̄s
aūt celos fecit. Confeſſio et pulcritudo
in cōſpectu eiꝰ: ſanctimonia et magnifi
centia i ſanctificatione eius. Afferte do
mino patrie gentiū: afferte domino glo
riam ⁊ honorem: afferte domino glori
am nomini eius. Tollite hoſtias et in
troite in atria eius: adorate dominum
in atrio ſancto eius. Commoueatur a
facie eiꝰ vniuerſa terra: dicite i gentibus
quia dn̄s regnauit. Etenim correxit or
bem terre qui non commouebitur: iudi
cabit populos in equitate. Letent̄ celi
et exultet terra: commoueat̄ mare ⁊ ple
nitudo eius: gaudebūt campi ⁊ omia q̄
in eis ſunt. Tunc exultabūt omnia li
gna ſiluarum a facie domini quia venit:
qm̄ venit iudicare terrā. Iudicabit or
bē terre i equitate: ⁊ pp̄los i veritate ſua
Pſalmus dd̄ qn̄ t̄ra eiꝰ r̄ſtituta ē ei. xcvi.

Dominꝰ regnauit exultet t̄ra: letēt̄
inſule multe. Nubes et caligo in
circuitu eius: iuſticia ⁊ iudicium corre
ctio ſedis eius. Ignis ante ipſum pre
cedet: et inflammabit i circuitu inimicos
eius. Illuxerunt fulgura eius orbi ter
re: vidit ⁊ commota eſt terra. Montes
ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie
domini omnis terra. Annunciauerūt
celi iuſticiam eius: et viderunt omnes
populi gloriam eius. Confundantur
omnes q̄ adorant ſculptilia: et qui glo
riantur in ſimulacris ſuis. Adorate eū
omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt
ſyon. Et exultauerūt filie iude: ꝓpter
iudicia tua domine. Qm̄ tu dominꝰ al
tiſſimus ſuper omnem terram: nimis ex
altatus es ſuper omnes deos. Qui dili
gitis dn̄m odite malum: cuſtodit dn̄s
aīas ſanctoꝝ ſuorū de manu peccatoꝝ
liberauit eos. Lux orta eſt iuſto: et re
ctis corde leticia. Letamini iuſti in dn̄o
et ꝯfitemini memorie ſc̄ificacōis eiꝰ.
Pſalmus dauid. xcvii.

Cantate dn̄o canticū nouū:
q̄a mirabilia fecit. Salua
bit ſibi dexterā eius: et bra
chiū ſanctū eiꝰ. Notum fe
cit dn̄s ſalutare ſuū: in cōſpectu gēciū
reuelauit iuſticiā ſuā. Recordatus eſt
miſcdie ſue: et veritatis ſue domui iſrl̄.
Viderūt omēs termini terre: ſalutare dei
nr̄i. Iubilate dn̄o om̄is terra: cantate
et exultate ⁊ pſallite. Pſallite dn̄o in
cythara in cythara ⁊ voce pſalmi: i tu
ductilibꝫ ⁊ voce tube cornee. Iubilate
in conſpectu regis dn̄i: moueat̄ mare ⁊
plenitudo eiꝰ: orbis terrarum et qui ha
bitant in eo. Flumia plaudent manu
ſil̄ montes exultabūt a conſpectu dn̄i:
quoniam venit iudicare terram. Iudi
cabit orbem terrarum in iuſticia: et po
pulos in equitate. Pſ̄ dauid. xcviii.

Dn̄s regnauit iraſcant̄ pp̄li: qui ſe
des ſup cherubim moueatur t̄ra.
Dn̄s in ſyon magnꝰ: et excelſus ſuper
omnes pp̄los. Confiteant̄ nomini tuo
magno: quoniam terribile et ſanctum
eſt: et honor regis iudicium diligit.

Tu paraſti directiones: iudiciū ⁊ iuſti
ciam in iacob tu feciſti. Exaltate dn̄m
deū noſtrū: et adorate ſcabellū pedū ei⁹
quoniā ſanctū eſt. Moyſes ⁊ aaron in
ſacerdotibus eius: ⁊ ſamuel inter eos q̄
inuocāt nomē ei⁹. Inuocabāt dn̄m
et ipſe exaudiebat eos: in columna nu
bis loquebatur ad eos. Cuſtodiebāt
teſtimonia eius: et preceptū quod de=
dit illis. Dn̄e deus noſter tu exaudie
bas eos: deus tu propitius fuiſti eis: ⁊
vlciſcēs in om̄s adinuentiones eorum
Exaltate dn̄m deū noſtrū: ⁊ adorate in
monte ſancto eius: qm̄ ſanctus dn̄s de
us noſter. P̄s in confeſſione. xcix.
Iubilate dn̄o om̄is terra: ſeruite dn̄o in
leticia. Introite in cōſpectu ei⁹ in exul
tacōe. Scitote qm̄ dn̄s ipſe eſt de⁹: ipſe
fecit nos et nō ipſi nos. Populus eius
et oues paſcue eius introite portas ei⁹
in cōfeſſione: atria eius in ymnis cōfi=
temini illi. Laudate nomē eius qm̄ ſu
auis eſt dn̄s: in eternum miſericordia
eius: et uſq; in generacōnē et generacō
nem veritas eius. P̄s ipi dauid. C.
Miſericordiā ⁊ iudiciū: cātabo tibi
dn̄e. Pſallā et intelligā in via
immaculata: quādo venies ad me. Per
ambulabam in innocentia cordis mei:
in medio domus mee. Nō proponebā
ante oculos meos rem iniuſtā: facientes
preuaricacōnes odiui. Nō adheſit mi
chi cor prauū: declinantē a me malignū
nō cognoſcebā. Detrahentē ſecreto pro
ximo ſuo: hunc pſequebar. Superbo
oculo et inſaciabili corde: cū hoc nō ede
bam. Oculi mei ad fideles terre: ut ſede
ant mecū: ambulās i via immaculata hic
michi miniſtrabat. Nō habitabit i me
dio domus mee q̄ facit ſupbiam: qui lo
quit iniqua nō direxit i cōſpectu oculoꝝ
meoꝝ. In matutino interficiebā om̄s
peccatores terre: ut diſperderē de ciuitate
dn̄i om̄es operātes iniquitatē. Oratio
pauperis cū anxiatus fuerit ⁊ corā dn̄o effud' pcē ſuā. Ci.
Domine exaudi oracōnem meam:
et clamor meus ad te veniat. Nō
auertas faciē tuā a me: in quacūq; die
tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacūq; die inuocauero te: velociť
exaudi me. Quia defecerūt ſicut fum⁹
dies mei: et oſſa mea ſicut cremiū arue
runt. Percuſſus ſū ut fenū ⁊ aruit cor
meū: quia oblitus ſū comedere panem
meum. A voce gemitus mei adheſit os
meū carni mee. Similis factus ſū pelli
cano ſolitudinis: factus ſū ſicut nicti=
corax in domicilio. Vigilaui: et factus
ſū ſicut paſſer ſolitarius in tecto. To
ta die exprobrabāt michi inimici mei: ⁊
qui laudabāt me aduerſū me iurabant
Quia cinerē tanq̄ panē māducabā: et
poculū meū cū fletu miſcebā. A facie ire
indignacōis tue: q2 eleuās aliſiſti me
Dies mei ſicut vmbra declinauerūt: et
ego ſicut fenū arui. Tu aūt dn̄e in eter
nū permanes: ⁊ memoriale tuū i gene=
racōne et generacōnē. Tu exſurgens
miſereberis ſyon: quia tempus miſeren
di eius: quia venit tempus. Quoniam
placuerūt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ ter
re eius miſerebūtur. Et timebunt gen
tes nomē tuū dn̄e: et om̄s reges terre
gloriā tuā. Quia edificauit dn̄s ſyon:
et videbitur in gloria ſua. Reſpexit in
oracōnē humiliū: et nō ſpreuit precem
eorū. Scribantur hec in generacōne al
tera: ⁊ populus qui creabitur laudabit
dn̄m. Quia proſpexit de excelſo ſācto
ſuo: dn̄s de celo in terram aſpexit. Vt
audiret gemitus cōpeditorū: ut ſolue
ret filios interemptorū. Vt annūcient

in ſyon nomen dñi: et laudē eiꝰ i ihrl'm
In cõueniendo pplos in vnū: et reges
ut ſeruiant dño. Reſpõdit ei i via vir
tutis ſue: paucitatē dierū meoꝝ nuncia
michi. Ne reuoces me i dimidio dierū
meorū: in generacione ⁊ generacionem
anni tui. Inicio tu dñe terram funda
ſti: ⁊ opera manuū tuarū ſunt celi. Ip
ſi peribūt tu aūt pmanes: et omēs ſicut
veſtimentū veteraſcēt. Et ſicut oper
toriū mutabis eos et mutabūt: tu autē
idem ipſe es: et anni tui nō deficiēt. Fi
lij ſeruorū tuorū habitabunt: et ſemen
eoꝝ i ſeculū dirigēt. Ps. cij. C. n.

Benedic anima mea dño: et omnia
que intra me ſunt nomini ſancto
eius. Benedic anima mea dño: et no
li obliuiſci omnes retribuciones eius.
Qui propiciat omnibus iniquitatibuꝰ
tuis: qui ſanat omēs infirmitates tuas.
Qui redemit de interitu vitā tuā: qui co
ronat te in miſcdia ⁊ miſeracionibus.
Qui replet i bonis deſideriū tuū: renoua
bitur ut aquile iuuentus tua. Faciēs
miſericordias dominus: et iudiciū omi
bus iniuriā patientibꝫ. Notas fecit vi
as tuas moyſi: filijs iſrl' volūtates ſu
as. Miſerator et miſericors dominus:
longanimis ⁊ multū miſericors. Non
in perpetuū iraſcetur: neqꝫ in eternū com
minabitur. Non ſcdm peccata noſtra
fecit nob: neqꝫ ſcdm iniquitates nr̃aſ
retribuit nobis. Quoniā ſcdm altitu
dinem celi a terrā: corroborauit miſeri
cordiam ſuā ſup timentes ſe. Quantū
diſtat ortus ab occidente: longe fecit a
nobis iniquitates noſtras. Quomodo
miſeretur pater filiorū miſertus eſt dñs
timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit
figmentum noſtrum. Recordatus eſt
quoniā puluis ſumus: homo ſicut fenū
dies eius: tanqꝫ flos agri ſic efflorebit.
Quoniā ſpiritus ptranſibit i illo et nō
ſubſiſtet: et non cognoſcet ampliꝰ locū
ſuū. Miſericordia aūt dñi ab eterno et
uſqꝫ in eternū: ſuper timentes eū. Et iu
ſticia illius in filios filiorū: hijs qui ſer
uant teſtamentū eiꝰ. Et memores ſūt
mādatoꝝ ipiꝰ: ad faciendū ea. Dñs in
celo parauit ſedē ſuā: et regnū ipſius om
nibus dominabitur. Benedicite dño
omnes angeli eius potentes virtute: fa
cientes verbū illiꝰ ad audiendā vocē ſer
monum eius. Benedicite domino omēs
virtutes eius: miniſtri eius qui facitis
voluntatem eius. Benedicite domino
omnia opera eius: in omni loco domi
nationes eius: benedic anima mea dño

Psalmus ciij. C. iij.

Benedic anima mea dño: dñe deus
meus magnificatus es vehement.
Confeſſionē et decorē induiſti amictuꝰ
lumine ſicut veſtimento. Extendes celū
ſicut pellem: q̄ tegis aquis ſuperiora eiꝰ
Qui ponis nubem aſcēſum tuū: qui am
bulas ſuper pennas ventorū. Qui facis
angelos tuos ſpiritꝰ: et miniſtros tuos
ignē vrentē. Qui fūdaſti terrā ſup ſtabi
litatē ſuā: nō inclinabit in ſeculū ſeculi.
Abiſſus ſicut veſtimentū amictꝰ eius:
ſup mōtes ſtabūt aque. Ab increpaci
one tua fugiēt: a voce tonitrui tui formi
dabūt. Aſcēdunt mōtes et deſcendunt
campi: in locum quem fundaſti eis. Ter
minum poſuiſti quem non tranſgredi
entur: neqꝫ conuertentur operire terrā.
Qui emittis fontes in conuallibus: in
ter medium montiū pertranſibūt aque.
Potabūt omēs beſtie agri: expectabūt
onagri i ſiti ſua. Super ea volucres celi
habitabunt: de medio petraꝝ dabūt vo
ces. Rigans montes de ſuperioribꝫ ſuis

de fructu operū tuorū ſatiabitur terra.
Produces fenū iumentis : et herbā ſer
uituti hoīnū. Et educas panē de terra:
et vinū letificet cor hominis. Et exhi
laret faciē in oleo: ⁊ panis cor hominis
cōfirmet. Saturabunt ligna cāpi ⁊ ce
dri libani quas plātauit illic : paſſeres
nidificabunt. Herodij domus dux eſt
eorū : montes excelſi ceruis : petra refu=
giū herinacijs. Fecit lunā in tempora:
ſol cognouit occaſū ſuū. Poſuiſti te
nebras et facta eſt nox : in ipſa pertrāſi
būt oīs beſtie ſilue. Catuli leonū ru
giētes ut rapiāt : ⁊ querāt a deo eſcā ſibi
Ortus eſt ſol et cōgregati ſūt : et in cu
bilibus ſuis collocabūtur. Exibit ho
mo ad opus ſuū : et ad operacōnē ſuā
uſq3 ad veſperā. Quā magnificata ſūt
opera tua dn̄e: oīa in ſapientia feciſti:
impleta eſt terra poſſeſſione tua. Hoc
mare magnū et ſpacioſū manibꝫ: illic re
ptilia quoꝝ nō eſt numerꝰ. Animalia pu
ſilla cū magnis: illic naues pertrāſibūt
Draco iſte quē formaſti ad illudendū
ei: oīa a te expectant ut des illis eſcā
in tempore. Dante te illis colligent : a=
periente te manū tuā oīa implebunt
bonitate. Auertente aūt te faciē turba
būtur : auferes ſpiritū eorū et deficient:
et in puluerē ſuū reuertētur. Emittes
ſpiritū tuū et creabūtur : et renouabis
faciē terre. Sit gloria dn̄i in ſeculum:
letabitur dn̄s in operibꝫ ſuis. Qui re=
ſpicit terram et facit eā tremere : qui tā
git montes et fumigāt. Cantabo do
mino ī vita mea: pſallā deo meo q̄diu
ſum. Iocundū ſit ei eloquiū meū: ego
vero delectabor in domino. Deficient
peccatores a terra et iniqui ita ut non
ſint: benedic anima mea domino. C. iiij.

Confitemini dn̄o et inuocate no
men eius: annūciate inter gentes
opera eius. Cantate ei et pſallite ei:
narrate oīa mirabilia eius: laudami=
ni in noīe ſancto eius. Letetur cor q̄
rētiū dn̄m: q̄rite dn̄m ⁊ cōfirmamini q̄
rite faciē eiꝰ ſemꝑ. Memētote mirabiliū
eius que fecit : prodigia et iudicia oris
eius. Semē abrahā ſerui eius : filij ia=
cob electi eius. Ipſe dn̄s deus noſter:
in vniuerſa terra iudicia eius. Memor
fuit in ſeculū teſtamēti ſui: verbi quod
mādauit in mille generacōnes. Quod
diſpoſuit ad abrahā: et iuramēti ſui ad
yſaac. Et ſtatuit illud iacob in pre=
ceptū: et iſrahel in teſtamentū eternum
Dicens tibi dabo terrā chanaan : funi
culū hereditatis veſtre. Cum eſſent nu
mero breui : paucīſſimi et incole eius.
Et pertrāſierūt de gente in gentē : et de
regno ad populū alterū. Non reliquit
hoīnē nocere eis: et corripuit pro eis re
ges. Nolite tangere criſtos meos : ⁊ in
prophetis meis nolite malignari. Et
vocauit famē ſup terrā: ⁊ oē firmamē
tū panis cōtriuit. Miſit ante eos viꝝ:
in ſeruū venūdatus eſt ioſeph. Humili
auerūt in cōpedibus pedes eius : ferrū ꝑ
tranſijt animā eius donec veniret verbū
eius. Eloquiū dn̄i inflāmauit eū: miſit
rex ⁊ ſoluit eū: princeps populorū ⁊ di
miſit eū. Cōſtituit eū dn̄m domꝰ ſue:
et principem oīs poſſeſſionis ſue. Ut
erudiret principes eius ſicut ſemetipſū:
et ſenes eius prudentiā doceret. Et in=
trauit iſrahel in egiptū : ⁊ iacob accola
fuit in terra cham. Et auxit populum
ſuū vehementer : et firmauit eū ſup ini=
micos eiꝰ. Cōuertit cor eorū ut odi
rent populū eius : et dolum facerent in
ſeruos eius. Miſit moyſen ſeruū ſuum:

aaron quem elegit ipm. Poſuit in eis
verba ſignorum ſuoꝝ ⁊ prodigiorum
in terra cham. Miſit tenebras et obſcu
rauit : et nõ exacerbauit ſermones ſuos
Conuertit aquas eoꝝ i ſanguinẽ : ⁊ oc
cidit piſces eoꝝ. Edidit terra eoꝝ ra
nas: in penetrabilib⁹ regũ ipoꝝ. Dixit
et venit cynomia et ſciniphes: in omib⁹
finib⁹ eoꝝ. Poſuit pluuias eoꝝ gran
dine: ignẽ comburentẽ i terra ipoꝝ. Et
percuſſit vineas eoꝝ ⁊ ficulneas eoꝝ: et
cõtriuit lignũ finiũ eoꝝ. Dixit ⁊ venit
locuſta et bruchus: cuius non erat nume
rus. Et comedit omne fenum in terra
eorum: et comedit omnem fructũ terre
eoꝝ. Et percuſſit omne primogenitũ
in terra eorum: p̃mitias omis laboris e
orũ. Et eduxit eos cũ argento ⁊ auro:
et nõ erat i tribub⁹ eoꝝ infirmus. Le
tata eſt egiptus in profectione eorum:
quia incubuit timor eoꝝ ſuper eos. Et
pandit nubem i protectionem eorum: et
ignem ut luceret eis p noctem. Petierũt
et venit coturnix : et pane celi ſaturauit
eos. Dirupit petram et fluxerũt aque:
abierunt in ſicco flumina. Quoniam
memor fuit verbi ſancti ſui: quod habu
it ad abraham puerum ſuum. Et edu
xit populum ſuum in exultatione: et ele
ctos ſuos in leticia. Et dedit illis regio
nes gentium: et labores populoꝝ poſſe
derũt. Ut cuſtodiant iuſtificationes ei⁹
et legem eius requirant. Allã allã . Cv
Confitemini dño qm̃ bonus: quo
niã i ſeculũ miſericordia ei⁹. Quis
loquetur potentias dñi : auditas faciet
omẽs laudes eius. Beati qui cuſtodiũt
iudicium: et faciũt iuſticiam in omni tẽ
pore. Memento noſtri dñe in benepla
cito populi tui: viſita nos i ſalutari tuo
Ad videndum in bonitate electorum
tuorum ad letandum in leticia gentis
tue: ut lauderis cũ hereditate tua. Pec
cauimus cũ patrib⁹ noſtris: iniuſte egi
m⁹ iniquitatem fecim⁹. Patres noſtri
in egipto nõ intellexerũt mirabilia tua
non fuerunt memores mltitudinis mi
ſericordie tue. Et irritauerũt aſcendẽ
tes in mare mari rubrũ et ſaluauit eos
propter nomen ſuũ : ut notã faceret
potentiã ſuam. Et increpauit mare ru
brum et exſiccatũ eſt : et deduxit eos in
abiſſis ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos
de manu odientiũ: et redemit eos de ma
nu inimici. Et operuit aqua tribulan
tes eos: vnus ex eis non remanſit. Et
nõ crediderũt verbis ei⁹: et laudauerũt
laudem eius. Cito fecerunt obliti ſunt
operum eius: non ſuſtinuerũt conſiliũ
eius. Et concupierunt concupiſcenciã
in deſerto: et temptauerunt deum in aq̃
ſo. Et dedit eis petitionem ipſorum: et
miſit ſaturitatem in animas eoꝝ. Et
irritauerunt moyſen in caſtris : aaron
ſanctũ domini. Aperta eſt terra ⁊ deglu
tiuit dathan: et operuit ſuper congrega
cionem abiron. Et exarſit ignis in ſy
nagoga eoꝝ: flãma combuſſit peccatores
Et fecerũt vitulũ i oreb: ⁊ adorauerũt
ſculptile. Et mutauerũt gl̃am ſuã i ſi
militudinẽ vituli comedẽtis fenũ. Ob
liti ſũt deũ q̃ ſaluauit eos: q̃ fecit magna
lia in egipto mirabilia i terra cham: ter
ribilia in mari rubro. Et dixit ut diſ
perderet eos : ſi non moyſes electus eius
ſtetiſſe i cõfractione i conſpectu eius. Et
auerteret irã ei⁹ ne diſperderet eos: et pro
nichilo habuerũt terram deſiderabilem.
Non crediderũt verbo eius : et murmu
rauerũt i tabernaculis ſuis: nõ exaudie
vocem dñi. Et eleuauit manum ſuam
ſuper eos: ut proſterneret eos in deſerto.

Et ut deiceret ſemen eorū in nacōib⁊:
et diſperderet eos in regionib⁊. Et in
iciati ſūt beelfegor: et comederūt ſacrifi
cia mortuorū. Et irritauerūt eū in ad
inuencōib⁊ ſuis: ⁊ multiplicata eſt in
eis ruina. Et ſtetit phinees et placa
uit: et ceſſauit quaſſacō. Et reputatū
eſt ei in iuſticiā: in generacōnē ⁊ genera
cōnē uſq₃ in ſempiternū. Et irritaue
rūt eū ad aquā cōtradictionis: et vexa
tus eſt moyſes ꝓpter eos: quia exacer
bauerūt ſpiritū ei⁹. Et diſtinxit in la
bijs ſuis: nō diſperdiderūt gentes quas
dixit dñs deus illis. Et cōmixti ſūt in
ter gentes: et didicerūt opera eorū et ſer
uierūt ſculptilib⁊ eorū: et factū eſt illis
in ſcandalū. Et immolauerunt filios
ſuos ⁊ filias ſuas: demonijs. Et effu
derūt ſanguinē innocentē ſanguinem fi
liorū ſuorū ⁊ filiarū ſuarū: quas ſacrifi
cauerūt ſculptilib⁊ chanaan. Et inter
fecta eſt terra in ſanguinib⁊: et cōtami
nata eſt in operib⁊ eorū: et fornicati ſūt
in adinuencōib⁊ ſuis. Et iratus eſt
furore dñs in ꝑplm ſuū: ⁊ abominat⁹
eſt hereditatem ſuā. Et tradidit eos in
manus gentiū: ⁊ dñati ſunt eorū q̄ ode
runt eos. Et tribulauerūt eos inimici
eorū: ⁊ humiliati ſūt ſub manib⁊ eorū:
ſepe liberauit eos. Ipſi aūt exacerba
uerūt eū in cōſilio ſuo: ⁊ humiliati ſūt
in iniquitatib⁊ ſuis. Et vidit cū tribu
larent᷑: ⁊ audiuit oracōnem eorū. Et
memor fuit teſtamenti ſui: et penituit eū
ſecundū multitudinē miſericordie ſue
Et dedit eos in miſericordias: in con
ſpectu omniū qui ceperāt eos. Saluos
fac nos dñe deus noſter: ⁊ cōgrega nos
de nacōib⁊. Ut confiteamur nomini
ſancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dñs de⁹ iſrl̄ a ſeculo ⁊ uſq₃
in ſeculū: ⁊ dicet omīs populus fiat fiat
~~Alleluia~~. Allā alleluya. C.vi.
Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄
in ſeculū miſcdia eius. Dicāt q̄
redempti ſūt a dño: quos redemit de ma
nu inimici: de regionibus congregauit
eos. A ſolis ortu ⁊ occaſu: ab aquilo
ne ⁊ mari. Errauerūt in ſolitudine in
inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi nō
inuenerūt. Eſurientes ⁊ ſitientes: aīa
eorū in ipſis defecit. Et clamauerunt
ad dñm cū tribularentur: et de neceſſita
tibus eorū eripuit eos. Et deduxit eos
in viā rectam: ut irent in ciuitatē habi
tacōnis. Confiteant᷑ dño miſericordie
eius: et mirabilia eius filijs hominum
Quia ſaciauit animā inanem: et animā
eſurientē ſaciauit bonis. Sedentes in te
nebris et vmbra mortis: vinctos ī mē
dicitate et ferro. Quia exacerbauerunt
eloquia dei: ⁊ cōſiliū altiſſimi irritauerūt
Et humiliatū eſt in laborib⁊ cor eorū:
infirmati ſūt nec fuit q̄ adiuuaret. Et
clamauerūt ad dñm cū tribularent᷑: et
de neceſſitatibus eorū liberauit eos. Et
eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis:
et vincula eorū dirupit. Confiteantur
dño miſericordie eius: et mirabilia ei⁹
filijs hominū. Quia contriuit portas
ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. Suſce
pit eos de via iniquitatis eorū: propter
iniuſticias enī ſuas humiliati ſūt. Omē
eſcā abominata eſt anima eorū: ⁊ appro
pinquauerunt uſq₃ ad portas mortis.
Et clamauerūt ad dñm cū tribularen
tur: et de neceſſitatibus eorū liberauit
eos. Miſit verbum ſuū ⁊ ſanauit eos:
et eripuit eos de interitōnibus eorum.
Confiteantur dño miſericordie eius:
et mirabilia eius filijs hominū. Et ſa
crificent ſacrificiū laudis: ⁊ annunciēt

opera eius in exultatione. Qui deſcēdūt
mare in nauibus: facientes operationem
in aquis multis. Ipſi viderūt opera do
mini: et mirabilia eius ī profundo. Di
xit et ſtetit ſpiritus procelle: et exaltati
ſūt fluct⁹ eius. Aſcendūt uſq₃ ad celos
et deſcendūt uſq₃ ad abiſſos: aīa eoꝝ in
malis tabeſcebat. Turbati ſunt ꝛ moti
ſunt ſicut ebrius: et omnis ſapientia eo
rum deuorata eſt. Et clamauerunt ad
dn̄m cū tribularentur: et de neceſſitatib⁹
eoꝝ eduxit eos. Et ſtatuit procellā ei⁹
in aurā: ꝛ ſiluerūt fluctus eius. Et leta
ti ſunt quia ſiluerūt: ꝛ deduxit eos ī por
tum volūtatis eoꝝ. Confiteantur dn̄o
miſcdie eius: et mirabilia eius filijs ho
minū. Et exaltent eū in eccleſia plebis
et in kathedra ſenioꝝ laudēt eū. Poſuit
flumina ī deſertū: ꝛ exitus aquaꝝ ī ſitim
Terrā fructiferā in ſalſugine: a malicia
inhabitantiū ī ea. Poſuit deſertū in ſta
gna aquaꝝ: et terrā ſine aqua in exitus
aquarū. Et collocauit illic eſurientes
et conſtituerunt ciuitatē habitationis.
Et ſeminauerunt agros et plātauerūt
vineas. et fecerunt fructum natiuitatis
Et benedixit eis et multiplicati ſunt ni
mis: et iumenta eorū non minorauit.
Et pauci facti ſunt: et vexati ſunt a tri-
bulatione malorum et dolore. Effuſa
eſt contentio ſuper principes: et errare
fecit eos in inuio et non in via. Et ad-
iuuit pauperem de inopia: et poſuit ſicut
oues familias. Videbunt recti et leta-
buntur: et omnis iniquitas oppilabit
os ſuum. Quis ſapiens ꝛ cuſtodiet hec
et intelliget miſericordias dn̄i. Alla.

Canticū pſalmi ipi dauid. C. vij.

Paratum cor meum deu⁹ paratum
cor meum: cantabo et pſallam in
glīa mea. Exurge pſalteriū ꝛ cythara
exurgam diluculo. Confitebor tibi in
populis dn̄e: ꝛ pſallam tibi ī na cōib⁹.
Quia magna ſup celos miſcdia tua: et
uſq₃ ad nubes veritas tua: Exaltare ſu
p celos de⁹: et ſup omēʒ t̄rā gl̄a tua: ut
liberēt dilecti tui. Saluū fac dextera tu
a et exaudi me: de⁹ locut⁹ ē i ſācto ſuo.
Exultabo ꝛ diuidā ſichimam: et cōual
lem tabernaculorū dimetiar. Meus eſt
galaad ꝛ me⁹ eſt manaſſes: et ephraim
ſuſcepcio capitis mei. Iuda rex me⁹:
moab lebes ſpei mee. In ydumeā ex
tendā calciamentū meū: michi alienige
ne amici facti ſūt. Quis deducet me in
ciuitatē munitam: quis deducet me uſq₃
in ydumeam. Nonne tu de⁹ qui repu-
liſti nos: et non exibis deus ī virtutib⁹
noſtris. Da nobis auxiliū de tribulaci
one: quia vana ſalus hominis. In deo
faciem⁹ virtutem: et ipſe ad nichilū de-
ducet inimicos noſtros.

In finē pſ dauid. C. viij.

Deus laudē meam ne
taceris: quia os peccatoris et os
doloſi ſup me apertū eſt. Locuti ſūt ad
uerſum me lingua doloſa: et ſermoni-
bus odij circumdederunt me ꝛ expugna
uerunt me gratis. Pro eo ut me dilige
rēt detrahebant michi: ego autem ora-
bam. Et poſuerunt aduerſum me ma
la pro bonis: et odium dilectionē meā
Conſtitue ſuper eum peccatorē: et dya
bolus ſtet adextris eius. Cum iudicat̄
exeat condemnatus: ꝛ oracio eius fiat
in peccatū. Fiant dies eius pauci: et e
piſcopatū eius accipiat alter. Fiant fi
lij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferentur filij eius ꝛ mē
dicent: eiciantur de habitacionib⁹ ſuis.
Scrutetur fenerator omēʒ ſbſtantiā ei⁹
et diripiāt alieni labores ei⁹. Nō ſit il
li adiutor: nec ſit q̄ miſereat pupillis ei⁹.

Fiant nati eius in interitū : in genera
cōne vna deleat nomē eius. In memo
riā redeat iniquitas patrū eius in cōſpe
ctu dñi: et peccatū matris eius nō delea
tur. Fiant cōtra dominū ſemper: et diſ-
pereat de terra memoria eorū : pro eo
ꝙ nō eſt recordatus facere miſericordi-
am. Et perſecutus eſt hominē inopem
et mendicū : et cōpunctū corde mortifi
care. Et dilexit maledictionem et ve-
niet ei: et noluit benedictionem ⁊ elon
gabitur ab eo. Et induit maledictio
nem ſicut veſtimentū : et intrauit ſicut
aqua in interiora eius : et ſicut oleū in
oſſibus eius. Fiat ei ſicut veſtimentū
quo operitur : et ſicut zona qua ſemper
precingitur. Hoc opus eorum qui de-
trahunt michi apud dominum : et qui
loquuntur mala aduerſus animam meā
Et tu domine domine fac mecum pro
pter nomen tuū: quia ſuauis eſt miſeri
cordia tua. Libera me quia egenus et
pauper ego ſum: et cor meum contur-
batum eſt intra me. Sicut vmbra cum
declinat ablatus ſum : et excuſſus ſum
ſicut locuſte. Genua mea infirmata ſūt
a ieiunio : ⁊ caro mea immutata eſt pro
pter oleū. Et ego factus ſū obprobriū
illis: viderūt me et mouerūt capita ſua
Adiuua me dñe deus meus : ſaluū me
fac propter miſericordiā tuā. Et ſciāt
quia manus tua hec: ⁊ tu dñe feciſti eā.
Maledicent illi ⁊ tu benedices: q̄ inſur
gunt in me cōfundant : ſeruus aūt tu-
us letabitur. Induant qui detrahunt
michi pudore: et operiant ſicut dyplo-
de cōfuſione ſua. Cōfitebor dño nimis
in ore meo: ⁊ i medio multoꝝ laudabo
eū. Quia aſtitit a dextris pauperis : ut
ſaluā faceret a perſequētib; animā meā.
Pſalmus dauid. C. ix.

Dixit dñs dño meo : ſede a
dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos ſcabellum pe
dū tuorū. Virgam virtutis
tue emittet dñs ex ſyon: dñare i medio
inimicorū tuorū. Tecū principiū i die
virtutis tue in ſplendoribus ſanctorū:
ex vtero ante luciferū genui te. Iura-
uit dñs et nō penitebit eum: tu es ſacer
dos in eternū: ſecundū ordinē melchiſe
dech. Dñs a dextris tuis : confregit in
die ire ſue reges. Iudicabit dñs i na
cōibus implebit ruinas: cōquaſſabit
capita in terra multorū. De torrente
in via bibet: propterea exaltabit caput

Confitebor tibi domine Alleluya. Cx.
in toto corde meo: in cōſilio iuſto
rum et cōgregacōne. Magna opera do
mini: exquiſita in omnes volūtates ei⁹
Confeſſio ⁊ magnificencia opus ei⁹ :
et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi.
Memoriā fecit mirabiliū ſuorū : miſeri
cors et miſerator dñs: eſcā dedit timen
tibus ſe. Memor erit in ſeculū teſtamē
ti ſui: virtutē operū ſuorū annunciabit
populo ſuo. Ut det illis hereditatē gen
tium: opera manuū eius veritas et iudi
